EX LIBRIS
UNIVERSIDADE DE COIMBRA
FACULDADE DE LETRAS
E. T. N.

Universidade de Coimbra
Faculdade de Letras
1317396851

# BLASII FLOREZ DIAZ DE MENA CARRIONENSIS IVRISCONSVLTI, ET SANCTI FACVNDI GEMINARVMQVE ASTVRIARVM FORO DOCTISSIMI, DISERTISSIMIQVE ET VETERANI ADVOCATI, FOECVNDISsimæ, & elaboratissimæ, lucubrationes

## *IN DECISIONES IN SVPREMO Lusitaniæ Senatu olim decretas, & per Antonium à Gamma doctissimum Senatorem digestas.*

AD

ÆGIDIVM REMIREZ DE ARELLANO INAMplissimo regioq; Vallisoletano iuridico Conuentu Sedecim virum nobilissimum, & Philippi Hispaniarum, Indiarumq; inuictissimi Monarchæ ornatissimum Consiliarium.



UNIVERSIDADE DE COIMBRA
FACULDADE DE LETRAS
= Nº 8.054 =

*Cum licentia S. Inquisitionis, & Ordinarij.*

OLYSSIPONE:
Ex Officina Petri Crasbeeck.
Anno M. DCI.

Sala C
Est. 102
Tab. 1
N.º 7
1601

## APPROBATIO.

PErlegi additiones has; cumque nihil prohibeat ne excudi possint, visæ etiam mihi sunt satis doctæ, & pro causis forensibus decidendis vtiles. Olisipone in Domo D. Rochi Societatis Iesv. Kal. Octobris 1600.

*Franciscus Pereira.*


## LICENÇAS.

VIsta a informaçam podemse imprimir estas deciſoẽs d'Antonio daGamma, & depois de impressas tornẽ a este Conselho pera se conferirem com o original, & se dar licença pera correrem. Em Lisboa. 3. de Octubro de 1600.

*Marcos Teixeira.* *Ruy Pirez da Veiga.*

VIsta a licença do S. Officio dou a mesma per authoridade Ordinaria pera se imprimir este liuro. Lisboa 13. de Março 1600.

*Francisco Rebello.*



AEGIDIO REMIREZ DE ARELLANO PHILIPPI Hiſpaniarum & Indiarum Auguſtiſsimi & inuictiſsimi Regis Conſiliario ornatiſsimo, & in Valliſoletano ampliſsimo Regioqúe iuridico Conuentu Sedecim viro clariſsimo, Licentiatus Blaſius Florez Diaz de Mena Carionenſis Iuriſconſultus. F. P.

IRIA ſunt (vir clariſsime) quorum ſingula maximè homines excitare ſolent, vt quibuſdam potiſsimum mundi optimatibus animi ſui fœtus, & ingeniorum monumenta deſiderent conſecrare. Hæc (inquam) vel generis claritas & ſplendor, vel literarum vbertas & eximia eruditio, vel magiſtratus aut dignitatis amplitudo & maieſtas. Quibus ſe, ſuaſqúe lucubrationes ab ignaris, liuidis etiam & naſum habentibus tueantur. Quare cùm ego benè ſubducta ratione tuorum ornamentorum amplitudinem moroſè penſitarem, vnus inter plurimos occurriſti, cui has meas qualeſcunque lucubrationes dicarem, & quem Mecœnatem & tutellarem patronumqúe eligerem, vtpote quem vnum tria illa ſimul, genus, literæ, munus ſatis ſuperqúe declarant & ornant. In primis enim quantæ ſint tuæ proſapiæ imagines clariſsimæ, origo, fundamentum & apex: Familiæ vetuſtiſsimæ, Dominorum (vt aiunt) de Montoria compellationis de Remirez in per vetuſto Nauarræ regno Regio ſanguine tinctæ nobilitata propago cóſpicua & illuſtriſsima, vetuſtiſſima ſtemmata patefaciunt. Vnde etiam magni illi Hœroes Camerorũ Principes, Comites de Aguilar, & alij illuſtriſsimi proceres auîto regno digni antiquiſsimam originem referentes, emanarunt. Ex quibus eiſdem generoſus ille D. Petrus Remirez de Arellano paternus tuus tritauus ad opidum Villaſcuſam de Haro nuncupatam nõ ignobile municipiũ, in ea Toletanæ Caſtellæ parte ſitum, quã Romani Campum Spartarium, & poſt Arabes Manxam, noſtri vero Manchã Montaragonis dixerunt, ſiuè fato, ſiuè cõſilio conuolauit; Vt niſi res notiſsima eſſet, citare equidem poſſem locupletiſsimos teſtes & aſſertores ex omni antiquitate Gaſparum Armẽgaudiũ, Lucium Marineum, Didacum Daualum, Mattheum Chriſtopharũ Stellam, Athanaſium de Lobera Ciſter-

Ciſtercienſem Zœnobitam inſignes noſtrarum rerum ſcriptores, & (qui vnus pro omnibus fidem præſtet) Ioannem Benedictum de Guardiola religione Benedictinũ Monachum Hiſpanicæqúe nobilitatis originis & fundamenti accerrimum & diligẽtiſsimum perſcrutatorem, qui proprio & ſingulari commentario chorographiam nobiliſsimæ Villaſcuſæ laudatiſsimorum virorum tuæ compellationis de Remirez procreatricis,& quaſi parentis,complexus eſt Inter quos VIII. antiſtites ſacratiſsimi, IIII. Præſides illuſtriſsimi, innumeri proceres æqueſtris ordinis viri, qui ſeu bello, ſeu pace,ſibi patriæ,gentique ſuæ illuſtriſsimum nomen compararunt, peremni & continuata ſucceſſione claruerunt. Literarum verò & eximiæ tuæ eruditionis ſplendorem, quæ te per orbis theatrum notum omnibus faciunt & prædicant: Celeberrimum Collegium Diuo Iacobo Zebedeo dicatum, Conchenſe Salmanticæ nuncupatum, quod erexit illuſtriſsimus D. D. Didacus Remirez de Haro ſacratiſsimus Conchenſis Eccleſiæ antiſtes, & vnus ex clariſsimis Villaſcuſanis tuæ cõpellationis & familiæ viris, & iſtius ampliſsimi Valliſoletani conuentus Præſesqui fuit integerrimus,vbi tu collega inſignis per annos ferè XII.ex VII. iuris Cæſarei cathedris quas inclyta illa academia ſuſtentat, VI. prorſus ex quibus III. victricibus lauris conſecutus, frequentiſsima & numeroſa auditorum copia, regẽdo, & illuſtrando fulguraſti, apertiſsime diuulgant. Munus tandem, & magiſtratus ampliſsimus iſtius præclariſsimi ordinis, ad quem doctiſsimorum plauſu, & omnium acclamationibus in tanta Scola Primarius cùm eſſes admirandus, adcitus & euectus fuiſti,& quo ſumma cum laude & prædicatione, & magna animi integritate fungeris, non minus fauſtè ſignificat. Accipe ergo, ò vir nobiliſsimè, iuriſqúe Cæſarij decus, integerrime iudex, hunc mearum lucubrationum libellũ, qui in tuo nomine apparet, & ſub tua tutella & te patrono lucem aſpicit. Hunc tu magna tua dignitate maximoqúe tuo ſplendore, & ſumma tua eruditione ab ignauis, à liuidis, & à naſum etiam habentibus tuere & defende.

# PRIMA PARS ADDITIONVM AD DECISIONES LVSITANAS AB ANTONIO DE GAMMA COMPILATAS, QVÆ EXTENDITVR VSQVE

ad Decisionem. 181. grauissimas materias, maioratuum, fideicommissorum, emphiteosis, successionum, exequutionum, & contractuum, & legitimationum continens.

## Additio ad Decisionem primam.

AVTOR in præsenti eleganter complectitur materiam præcedentiæ & vótãdi in Senatu, ordinibus & alijs compluribus dignitatibus & officijs: de qua vide etiam Antonium Tessaurum decis. Ped. 1. in præfatione inquam ad decisiones Pedemontanas per totam: & Octauianum Osascum, Præsidé illius Senatus, in prœmio ad suas decisiones: latissimê Boeriũ, qui omnia per Authorem híc dicta complectitur, & multo plura in integro tracta. de autoritate magni Concilij: latissimè etiã Doctorem Alfonsum de Azeuedo in sua Curia Pisana, lib. 1. c. 1. 2. & 3. & lib. 2. c. 1. 2. & 3. Dionysium Gotifredum in praxi iuris ciuilis, lib. 1. tit. 9. & tit. 10. Petrũ Greg. in Syntagmate Iuris vniuersi. lib. 15. & lib. 18. c. 3 & 4. latissimè Menoch. cõs. 51. &. 52. per tota consilia, lib. 1. Aufrerium in stylo Parlament. tit. & tract. de autoritate magni Consilij & Parlamentorum, Iacobum Philippum, Portiũ consi. 164. & 165 & 166. & 167. Boerium in tit. de autoritate & præeminentia graduũ vtriusque fori per totum: aliquid per Felin. & Autores in rubri. de maioritate & obedien. & in tit. 4. maximè. l. 6. & tit. 5. maximè. l. 42. & 43 tit. 1. lib. 2. Recop. isti omnes late tractant materiam de qua Autor hic & declarant titulum de albo scribendo: & tãdem semper pro antiquiori & digniori, ratione officij & promotionis ad officium concludit, cæteris paribus, nisi alius sit in maiori dignitate in illo Senatu aut congregatione: & in votando & sententiando maior pars votorum cõsideratur, & Iuniores prius sua vota pronuntiant: & cùm materia clara sit, & nõ semper in praxi multæ vtilitatis existat, & doctores citati copiosè eam pertractent, dicta relatione contentus sum. Ethactenus de hac decisione.

## Additio ad Decisionem II.

NVm ibi, *In primo casu.* Latè tractat materiã & disputat Caldas Lusitanus in tit. de nominatione emphiteot. quæst. 19. 20. 21. tenet etiam sentẽtiam Autoris, & dicit cõmunium Iulius Clarus lib. 5. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 30. & in feudo idem. §. feudum, quæst. 82. laté & elegãter Rip. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. 2. à num. 58. ff. ad Treb. Matthæus Brunus consi. 18. nu. 17. eleganter Decius in locis ab autore citatis, maximè in c. in præsentia, nu. 142. cum sequentib. latissimê & melius quám alibi per Aureliũ. Corb. in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob lineã finitã: qui etiã contra cõmunem defendit, quôd etiã in emphiteosi priuata naturalis nõ admittitur, ex his quæ notãtur in l. generaliter. §. cũ autẽ, de inst. & substit. & in d. §. si quis rogatus. Et faciunt quæ de filijs naturalibus excludẽtibus substitutos ibi notãtur: & latissimê per Meno. in tract. præsũ. li. 4. c. 78. per totã

Manticam de coniecturis, lib. 2. tit. 9. Aluarad. de coniect. lib. 2. c. 3. á nu. 70. & quæ nos notauimus ad quæst. vtrùm filius naturalis succedat in maioratu, lib. 1. variarũ vtriusq; iuris. q. 12. vbi declarauimus tex. in d. §. si quis rogatus, & l. cũ pater. §. volo de leg. 2. & l. hæredibus. §. fi. ad Trebel. & l. Lucius. §. fin. de leg. 2. Et licèt ꝓ reg. tradatur cõmuniter, ꝙ naturalis substitutũ excludit, ibi contrarium probauimus, nisi aliter constet ex coniecturata mente testantis, vt in emphiteosi de qua ágimus, ꝓbat Cald. d. q. 19. & vt in casu Aluaroti de emphiteosi concessa ꝓ filijs procreatis, quẽ sequitur Cald. q. 20. nu. 3. & 4. & Menoch. vbi supra. Sed est intelligẽdus, quando primus nominatus habebat solùm filios naturales, & hoc sciebat ecclesia concedens, vel quando emphiteosis fuit concessa á principio naturali, vel concedens erat naturalis: vt cũ Bal. Decio, Loazes, Croto, Iaſ. Paleoto & alijs probat Cald. vbi supra. q. 20. nu. 3. Sed in hoc casu contrariũ tenet Iaſ. in d. §. cum autẽ, per tex. ibi, quẽ sequitur Cald. vbi infra, & eius opinionẽ credo verioré ex d. §. ibi, *Iusta sobole*, quia in dubio non præsumitur concedens de his liberis in peccato cõceptis cogitasse, maximè ex qualitate personarũ, ex notatis in dicto. §. si quis rogatus, & latè Sforcia in tract. de substitutionibus, lib. 6. cap. an naturales.

Idem, si emphiteosis sit cõcessa pro filijs, ex certa sciẽtia Principis aut alterius, qui potest dispensare, & sciebat ꝙ nominatus habebat solũ filios naturales nam tunc succedũt, & colligitur dispensatio: & ita sunt intelligẽda quæ notat cum pluribus Caldas d. c. 20. nu. 4. & Ceph. cons. 608. num. 24. lib. 4.

Idẽ, si cõcessa sit homini seni, impotenti, qui alios filios non potest habere nisi naturales, vt per Caldas num. 32.

¶ Idem si furioso, ex d. l. hæredibus. §. fin. Caldas nu. 22. post Bart. in d. §. fin. non tamen si clerico cõcedatur, vt per Bartol. ibi & Caldas num. 33.

Idem etiam si de cõsuetudine succedant naturales in emphiteosi ecclesiastica, vt per Caldas ibi num. 15.

Tandem idem erit, si vel ex contractu, vel alijs coniecturis de voluntate concedentium admittantur, vt per supradictos.

Num. 1. ibi, *Decius*. Est Decius cons. 170. tomo. 1. sed opinio Decij ibi num. 1. & 2. quãdo emphiteosis cõceditur ꝓ extraneis, sicut pro filijs, falsa est, & cõtra eam tenet additio, ibi lit. C. quia cũ naturales, sint capaces successionis emphiteoticæ (licèt aliàs digni non sint, nec nomine filiorũ cõtineantur) cur, si extranei possunt admitti ad voluntatẽ nominãtis, nõ poterunt & ipsi, vt extranei, maximè si hæredes sint. Nec ex eo ꝙ ecclesia de eis non cogitauit debent excludi, cũ ecclesia de õnibus in genere cogitauerit. Vnde si in scriptura cõtineatur, ꝙ successor posit nominare secundã & tertiã personã simpliciter, vel emphiteosis sit hæreditaria, vel pro eo quẽ nominauerit successor, vel ꝓ filio & nepote, & in defectũ pro eo quẽ nominauerit vltimus successor, non video quin in defectũ legitimorũ nõ possit nominari naturalis, sicut quilibet extraneus: imò certè potest: & falsũ affirmauit Auditor hic ex dicto cõs. Decij, & decision. 149. num. 3. & contrarium tenet Caldas in dicto tract. quæst. 19. num. 64. & quæst. 21. num. 22. & Ioan. Garcia (in legitimato loquutus, qui non potest succedere in emphiteosi concessa pro filijs) in tract. de nobilitate, glo. 21. á num. 49. & Menochius vbi supra, cap. 79. Imò ipse Auditor in dictis decisionibus contrarium tenuit, quando committitur libera electio successori, per. l. cum quidam. ff. de lega. 2. sed certè libera committitur, quando

quãdo nulla psona nominãda designatur, sed ipse potest nominare, quã vult.

Num. 4. ibi, *Iure autẽ Regio.* In terminis legis Lusitanæ, quã Autor allegat, cõtrariũ tenuit dictus Cal. q. 19. nu. 28.

Num. 6. ibi, *Vnde fit quòd lex ciuilis.* Cõtrarium notat Cald. d. nu. 28. & 29. & contrariũ etiã tenet Decius in c. quæ in ecclesiarũ, de cõst. nu. 16. & ibi additiones, vbi verè distingit, quòd quãdo l. ciuilis & secularis loquitur de vtili dominio emphiteotæ, in eius præiudiciũ benè valet; secus si in præiudiciũ ecclesiæ, aut eius contractus, qui non subiacet foro seculari, vt Bal. & omnes notãt in l. Deo nobis. C. de Epis. & Clericis, & in l. fin. C. de pactis. At verò antequam laicus perfectè acquisierit emphiteosim, si ecclesia non vult, nec potest, nec concedit pro filijs naturalibus emphiteosim. præiudicat illi & contractui lex secularis, si contra eius naturã, & in ecclesiæ præiudicium eum extẽdat vltra intentionem cõcedentis, & iudicat de contractu, qđ facere non potest; & hæc est veritas. Et quando lex ciuilis liget ecclesiasticos, vide autores allegatos à Hieronymo Portoles in tract. de consortio & fideicommisso legali, cap. 31.

Num. 7. ibi, *At iure cõmuni inspecto, filij legitimati.* Cõtrarium videbatur dicendum, quia legitimatus in omnibus, & per omnia æquiparatur legitimis, & venit appellatione filiorum legitimorũ, vt colliges ex his quæ de legitimatis tradit lato sermone Ruinus in. l. Gallus. §. 5. si eius à nu. 20. ff. de lib. & posth. Cephal. cons. 440. num. 59. lib. 3. Curt. cons. 247. à nu. 21. lib. 3. Rolan. cons. 67 á nu. 12. lib. 3. Bonifa. Rugerius cõs. 27. & cons. 3. lib. 1. Ioã. Gar. vbi supra, Ceruãtes in l. 12. Tauri nu. 48. Menoch. d. lib. 4. c. 79. per totũ Mãtica, d. lib. 2. tit. 10. Menoch. cons. 173. nu. 77. lib. 2. Cepha. cons. 525. à nu. 70. lib. 4. Molin. lib. 1. de primog. c. 4. á num. 44. & lib. 3. c. 3. Menes. in l. cùm acutissimi, de fideicõmissis, nu. 30. & 34. Gracian. regul. 295. Vbi omnes, & infiniti quos allegant, cõcludunt, q̃ legitimatus excludit substitutum sub conditione si sine liberis, & q̃ hæc est magis cõmunis opinio, exceptofeudo & primogenio, vt per Molinam vbi supra: sed verius est ex eorũ dictis, q̃nisi expressè sit legitimatus ad talè fideicõmissum, citato substituto, q̃ eum non excludit, vt plures existimãt in d. l. Gallus. §. si eius, & vide per Molin. & Menoch. vbi supra. Facit. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. vide etiam Gutierrez in repet. tex. in. §. sui, insti. de hæred. qualitate, & diffe. nu. 179. Sed quid quid sit, in emphiteosi ecclesiastica legitimatus nõ admittitur, quia semper militat odiũ & voluntas contrahentiũ, ex Menesio, Iulio Claro & alijs vbi sup. & Boer. decis. 123. nu 7. p. 1. Afflict. decis. 386. nu. 1. Bernard. Diaz reg. 131. Antoninus Tesaurus decis. Pede. noua 84. nu. 3. Ruinus vbi supra, nu. 24. Cald. cũ Ias. Bal. & alijs in d. tract c. 21. num. 30. qui secus dicit in emphiteosi priuata: quod intelligo, non existentibus legitimis, ex. l. 10. tit. 8. lib. 5. recop. & ibi Azeued. & Matien. & plura ad propositum congerit Aurelius Corbulus vbi supra nu. 76. Limitatur tamẽ, quando emphiteosis cõceditur etiã pro extraneis, tũc potest nominari legitimatus, ex supra adductis, & ex decisio. Afflic. vbi sup.

Obiter ad propositũ dubitatur, an si emphiteosis sit cõcessa pro quolibet nominando, possit nominari extraneus, omissis filijs legitimis, aut possit nominari legitimatus vel naturalis?

Et videtur q̃ nõ, ex his quæ lato sermone adducit Cald. in d. tract q. 23. p totã, vbi cõcludit, q̃ emphiteosis ecclesiastica in dubio debet ad filios pertinere, & nõ ad extraneos, nisi sit cõcessa cũ clausulis admodũ generalibus, & cũ solẽnitate sufficiẽti ad alienandũ bona eccle-

fiæ, vide eum ibi à nu. 38. notat idé noſter autor deciſ. 72. num. 1. latè Couar. lib. 2. variarū c. 17. á nu. 5. latiſsimè Iul. Clar. lib 5. ſentētiarum. §. emphiteoſis, quæſt 28 per totam, latè Maſſuerus & Ziletus in additionibus ad praxim Ferrariæ, in forma libelli ad ficti præſtationem. verb. *recuſauit*, verſi emphiteoſis, & verſ. extraneis vbi plura allegant.

Ego tamen pro intelligentia dubij conſidero duos caſus. Primus eſt, quando emphiteoſis eſt hæreditaria, & tunc an vita poteſt pater filijs præiudicare, eam alienando ex notatis à Iul. Cla. in d §. q. 16. & ab Aiua. Valaſ. de iure emphiteot. co. q. 49. & poteſt etiã donare, & per viã donationis extraneu nominare, dummodo donatio non exced.t quintũ, ex legibus huius regni. Faciunt quæ notat Iul. Clar. vbi ſupra. q. 15. In morte verò etiam poterit legare, dūmodo eius æſtimatio quintũ non excedat. Si verò excedat, non, ex his quæ in terminis notauit Caldas d. tract. q. 24. à nu. 25. Et faciunt quæ de patre prælegante vni ex filijs notat ipſe ibi nu. 18. cum Couar. vbi ſupra. c. 18. nu. 4. ſi pater non nominet, ſuccedat hæres vniuerſalis, ex Cald. d c. 24. Ex quo vides vanum eſſe, quod ipſe cũ pluribus contendit in emphiteoſi relicta & conceſſa pro hæredibus, non poſſe nominari ſucceſſorē particularē, niſi ex generalitate nimia verborũ id permittatur: qđ etiã fecit Pinel in l. 2. C. de bonis maternis, nu. 12, nã ſi pater poteſt filijs præjudicare alienando, etiã poterit donando & legando extraneo, dummodo nõ præiudicet eorum legitimæ.

Secundus caſus eſt, quando emphiteoſis nõ eſt hæreditaria, tũc enim niſi expreſsè dicatur in contractu q̃ poſsit nominari extraneus filijs exiſtētibus, in dubio nõ poterit nominari, nec etiã naturalis vel legitimatus, ex. d. l. 10. & quia conceſsio intelligitur ſeruato ordine ſucceſsiuo charitatis & gradus, ex Soci. Croto, Ruin. & alijs in l. Gallus, §. quidã rectè. ff. de lib. & poſt. & in terminis Bar. quẽ ibi. Imo. Iaſ. Alex. & alij ſequũtur in. l. qđ dicitur ff de verborũ obli. Iul. Clad. §. emphiteoſis. quæſt. 35. & quia in dubio emphiteoſis eccleſiaſtica conceditur pro filijs, ex autoribus ſupra citatis: & ſic manet dubiũ ſolutũ.

Num. 8. ibi, *De filijs etiã ſpurijs.* Id cõ firmãt autores citati lit, A. & Autor de ciſ. 37. Cal. d. q. 21. Anto. Eugen. Peruſinus conſ. 15. nu. 9. lib. 1. Si tamẽ eſſet legitimatus, aut capax capiẽdi, certè contra autorẽ hic, poſſet nominari, ſi poſſet etiam alius extraneus nominari: vt probat Cald. vbi ſupra, & Maſſuerus in dicta additione, & ſupra probauimus cõtra Decium. Si verò eſſet incapax, & emphiteoſis nõ tranſcenderet quintũ, & eſſet hæreditaria, poſſet nominari, vt alius extraneus, ex. l. 8. & 9. Tauri, de quibus in d. tit. 8. lib. 5. recopil. Aduerte tamen, quòd ad emphiteoſim eccleſiaſticam eſſet neceſſaria legitimatio Pontificis cum clauſula eam ſpecificante, ex Caldas d. quæſt. 21. num. 30.

Ibi, *Conſiliũ Ancharrani.* Vide ad hoc conſiliũ Molin. lib. 3. de primogenijs. c. 5. num. 73 & Velaz. de Auendaño in l. 40. Tauri glo. 9. num. 57. & elegãter in materia emphiteoſis Corbulũ in tract. de cauſis, dicto tit. nu. 2. & nu. 16. vbi declarat dictũ cõſiliũ Ancharrani: & licèt contra illud teneat, dicit cũ illo eſſe cõmunẽ opinionẽ ſeruandã in iudicãdo & conſulendo. & late Menoch. de præſumptio. lib. 4. c. 78 á nu. 34. & 35. vbi plures ſequutos dictũ conſiliũ citat, & cũ Burg. de Paz. Curt & alijs Aluarad. in tract de coniecturis lib. 2. c. 1 nu. 20.

Ex quibus omnibus percipere potes, bene iudicaſſe Senatũ Luſitanum contra opinionem Gammæ, excludendo filiam naturalem, etiam legitimatam ab emphiteoſi, non concurrẽtibus ratio-

rationibus dictis in additionibus.

## Additio ad Decisionem III.

NVm. 1. ibi, *Vtrum fratres naturales.* Quando fratres naturales ex parte patris, vel ex parte matris, succedant alijs fratribus ex parte patris vel matris, vel consanguineis ex parte patris vel matris: & idem de spurijs natis ex coitu damnato & punibili, vel non, & quid iure Regio Hispanorũ seruetur, & de consuetudine Galliæ, vide repetẽtes omnes in l. si qua illustris. C. ad Orfician. & ibi Cagnolũ à nu. 4. Affli. decis. 96 Alex & ibi Molinæ. in addit. cons. 174. lib. 5 Cur. Iun. cons. 123. Ioan. de Monte Sperello cons. 189. Dyn. Rosellũ, Mattheselan. & alios ab ipsis allegatos, Petrũ Greg. in suo syntagmate iurisvniuersi tomo. 3. lib. 45. c 6 & 9 & c. 2 nu. 10. & ex nostris Anto Gomez & Tauristas omnes in l. 9 Tauri, & ibi Velazquez de Auend. glo. 6 à nu. 3. notissimè Ceruantes ibi nu 75. Azeu. in l. 6 nu. 2 & in l. 1. nu. 32 tit 8. lib. 5. Recop & ibi Matien. glo. 4 per totam, maximè nu. 4. & nu. 8. Couar. de sponsalibus. 2. par. c. 8. §. 5. nu. 17. glo. Peregrinã 2. par. verb. succesio lit. C. Spin. in suo speculo. glo. de spurijs, nu. 19. Craffum suo lib. sententiarũ, tit. succesio ab intestato, quæst. 34. & elegantẽ legẽ Partitæ finalẽ, & ibi Greg. Lupiũ tit. 13. par. 6. & cõmunis & verior ex omnibus resolutio est, q̃ iure cõmuni spurij vel naturales nõ succedebant patri, nec cõsanguineis aut fratribus, ex parte patris, quia nõ habebant iura agnationis: quod est immutatum in fratribus, ex dicta lege Partitæ, quia succedunt alijs fratribus ex parte patris, deficientibus legitimis aut naturalibus ex parte matris: & licèt lex illa de alijs cõsanguineis nõ loquatur, nec autores citati, tamẽ idẽ dicẽdũ erit, ex identitate rationis. Matri verò aut cõsanguineis ex parte matris indistinctè succedũt, si nõ sint nati ex coitu damnato, ex. l spurius. ff vnde cognati. Si verò sint nati ex coitu damnato, ex quo mater meretur pœnã mortis, vel ex concubinatu clerici, aut monachi, matri nunquã succedũt: alijs verò consanguineis ex parte matris, sub iudice lis est, quia Alex. Dynus & alij grauissimi interpretes contra spuriũ tenuerunt. Rosellus tamen, Mattheselanus, Cynus, Corne. & alij quãplures, & omnes ex regnicolis cõtra Anto. Gomez. pro spurio tenuerunt: & hæc est magis cõmunis opinio, pro qua iudicauit sacrũ cõsilium Neapolitanũ, & vide omnino Vicentiũ Francũ decis. 238. qui idem dicit, & Ferrariã in forma libelli de hæreditate ab intestato, versic nullus, nu. 2. & ibi additiones modernæ, & Gutier. lib. 2 practicarum, quæst. 102. & seruanda est iudicãdo & cõsulẽdo, cùm iura cognationis, quæ in matre & eius consanguineis versantur, nullo iure ciuili dirimi possint: & sic satisfit fundamẽtis cõtrarijs, cũ & respectu cõsanguineorũ leges nõ loquãtur, nec lex. 9. Tauri: & licèt in consanguineis cõcubinæ clerici Matien. contrariũ tenuerit: Ceruantes & alij idẽ in eis q̃ in alijs tenet: & hæc opinio æqua est, & tenẽda, licèt cõtraria ꝓbabilis sit, quia dicta. l 9. dispositũ per legẽ Soriæ (quæ loquitur de patre) & eius cõsãguineis, repetit in matre: sed, vt dixi, æquior est alia opinio.

Matri illustri nõ succedũt spurij, sed succedẽt eius cõsanguineis, ex Corneo num. 2. in dicta. l. si qua illustris, & hæc est resolutio totius materiæ.

Nu 4. ibi, *Bart. doctrinã.* De hac doctrina vide omnes supra citatos, qui cõmuniter cõcludũt, maximè Matien & ab illo allegati vbi infra in fine, q̃ successio naturaliũ est reciproca; nã quibus ipsi succedunt illi succedent eis, & è contra; & constat ex d. l. part. in fine.

Num. 6. ibi, *Sed ius commune* Leges

regiæ ſunt ius cõmune, maximè in hoc regno, vide Palat. Rub. in repet. rub. de donationib. inter virũ, in præfatio. nu. 8. & ibi additionẽ doctoris á Barahona litera, E, qui allegat Dida. Perez, Couar. Burg. de Paz, Oroſci. Caſtellum, Matiençũ, Mencha. Gomeziũ, & alios.

Num. 7. ibi, *Eo quód mortem teſtatorũ, &c.* Hæres non vindicans mottẽ teſtatoris, vt indignus amittit hæreditatẽ, de quo vide. l 1. & ibi Iacobi. & DD. C. de his quibus vt indignis, & Ioannẽ Igneum in. l. 3. §. ſi alius, verſ. non tantũm num. 7. &. §. ſi conditioni, nu. 9. & in. l. 1. diuus, nu. 29. ff. ad Sillani. nũ. Anto. Gomez. in. 3. to. de delictis. ca. 3. nu. 53. Iul. Cla. in ſua praxi criminali, q. 79. n. 8. & latiſsimè Marcũ Anto. Peregrinũ in ſuo tract. de iure fiſci, lib. 2. tit. 5. Menoch de arbitrarijs lib. 2. cẽt. 5. caſu. 498. n. 34. Aduerte tamẽ q; Iul. Cla. & Peregrinus in fine dicũt, iã nõ practicari dictã pœnã: qđ intelligo exiſtente aliqua cauſa colorata, vel ad hoc q; teneatur vindicare ante adeptã poſſeſsionẽ hæreditatis, vt plures ex autoribus tenuerunt; ſi verò abſque vlla cauſa vindictæ omitteret, credo quód practicarentur dictæ leges & pœna.

Num. 1. & fin. ibi, *Occiſa fuerat ſimul cum adultero.* De pœna adulterij, & an amittãtur bona propter adulteriũ, & de iure huius regni, vide elegantiſsimè Auend. reſponſ. 24. per totũ, Olan. in antynomijs ad Villalobos lit A, á nu. 58. cũ ſequentib. Quæſtadam quæſtionũ iuris, c. 17. & 18. Diaz in praxi. c 85. & ibi addit. Canterã in ſuis quæſtionibus criminalibus lib. vlt. c. 4. tit. de adulterio, per totũ, Velazquez in d. l. 9. glo 9. nu. 6. Pala. & ibi Barah. in addi. in rep. Rub. §. 20. Bonifa. in Peregrina, verbo adulteri, glo. 6. Menoc. de arbitra. lib. 2. cent. 5. caſ. 419. Iul. Cla. lib. 5. ſententiarũ. § adulteriũ, cõmuniſtas omnes lib. 9. tit. 7. nu. 3. & 35. Petrum Greg. in ſuo Syntagmate iuris vniuerſi, li. 45. c. 14. & lib. 48. c. 2. & lib. 36. c. 6. & c. 13. nu. 5. & lib. 9. c. 15. nu. 26. Tandẽ iure & conſuetudine huius regni adulteri ponuntur in poteſtate mariti cum omnibus ſuis bonis, & ſi nõ habeãt filios, modò occidat, modò non, ea lucratur: ſi habeant filios cuiuſcunq. matrimonij, & eos occidat, filij ſuccedũt in bonis. Intellige tamẽ, q; ſi ipſe maritus ſit etiã pater, debet habere vsũfructũ, vſq. dũ ſtatũ mutent, licèt DD. de hoc mentionẽ non faciant. Si verò nõ occidat, durãte vita eorum, habebit bonorum vſumfructum abſque aliqua cautione præſtanda: & licèt iure communi non videantur danda eis alimenta ex dictis bonis, vt plures dicunt, tamen contrariũ practicatur: imô iam vt plurimum adultera detruditur in monaſterium, & adulteralia pæna præter mortem punitur, maximè ſi id maritus velit: de quo vide bonam deciſionem Luſitanam infra 63. & quæ ibi, Deo volente, dicemus.

Ex quibus omnibus conſtat, q; iure communi inſpecto, bene iudicauit Senatus Luſitanus in caſu relato per Gãmam hic, maximè ſi concurrebat indignitas, & adulteriũ: ſed ſi hæc duo non concurrerent, in hoc noſtro regno ex d. l. fin. tit. 13. par. 6. contrarium iudicaretur, & adiudicaretur hæreditas ſorori naturali, etiam ſi eſſet ex parte patris non concurrente alio fratre legitimo vel vterino.

## Additio ad Deciſionem IIII.

NVm. 1. ibi, *Quæ omniũ bonorum, &c.* Vxor habet medietatẽ eorum quæ meliorantur in bonis emphiteoticis, & ſi nõ poſſunt ſeparari á proprietate, dãda eſt ſibi æſtimatio: de quo vide latè Ioan. Gartiã. in tract. de expenſis & melioratiõnibus, cap. 22. per totum, & vxor habet dominium & poſſeſsionem

ſuæ

suæ medietatis, & potest intentare omnia interdicta possessoria; imò hæres in eius præiudicium, & virtute legis Soriæ, non potest illi præiudicare in sua possessione, & ipsa est legitima contradictrix: de quo per Matie. in l. 2. glo. 2. á num 18. & 20. tit. 9. lib. 5. recopilat. Azeued. in. d. l. 2 à num. 17. cum sequentib. vbi refert Xuarez, Couar. Ayorā, Angulum, & Greg. lib 2. practicatū. c. 118. & nouissimè Parladorium lib. 2. rerum quotidianarum c. 5. à num. 14. & Aluaradum de coniecturis vltimarum volūtatum lib. 2. c. 2. §. 1. num. 87.

Nu. 2. ibi, *Propria autoritate, &c.* An dñs emphiteosis, finita emphiteosi, vel ex canone nō soluto, vel quia finita est generatio, possit propria autoritate occupare rem emphiteoticam. Alta, difficilis, & practicabilis est quæst. de qua vide Iaſ. Corn. Gozadi. Decium & alios disputantes, quos refert Aurelius Corbu. qui & ipse etiā disputat in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis tit. de causa priuationis ob non solutū canonem, quæstion. 12. & q. 13. & quæst. 14. & Roman. & ibi Mādos. in additio. lit. 1. cons. 212. num. 7. Federicum Scotum responso. 4 lib. 5. tomo. 1. à num. 6. & melius cons 21. tomo. 2. lib. 2. Matthæum Brunum cons. 172. nu 4. Socin. Iun. cons. 9. num. 13. libro. 3. Rimi. Iun. cons. 94. num. 4. & 17. lib. 1. Menoch. cons. 301. nu. 24 lib 4. Ceph. cons. 508. num 14 lib. 4 & 223. num. 28. lib. 2. Iul. Clar. lib. 5. sententiarum §. emphiteosis, quæst. 1. & quæst. 25. & quæst. 2. & 8. & 9 & ibi additionatorem, Viuium decis. 308. nu. 5. Communistas lib. 4. cō muniū, tit. 44. nu. 256 & 195. & 186. & 164. Ioseph Ludouicum decis. Perusina. 17. per totā, par. 1. Menoch. de recuperanda rem. 5. á nu. 46. & rem. 1. a nu. 78. Peguerā in tract de feudis ad. c. itē ne super laudemio á nu. 2. &. 3. Caldas in tract. de renouatio. emphiteotica. q. 1. à nu. 18. & q. 10. á nu. 2. Aluar. Valas. in tract. de iure emphiteotico q. 8. num. 8. & 9. & nouissimas additiones ad praxim Ferrariæ, tit. quo agitur ad facti præstatio. versi. deijcere, & versi. fictum, & vide nostram. l. Partitæ, & ibi Greg. 28, tit. 8. par. 5. ibi, *Sin mandado de Iuez*, & omnes hi infinitos referūt. Cōmunis resolutio, de iure inquā communi magis cōmunis resolutio erat q̄ eum poterat expellere, sed in praxi apud omnia tribunalia, prout testantur, Guid. Pap. Afflictis, & Molinæus ad Alex. relati à supradictis, semper seruatur opinio contraria: meo tamen iudicio verior est distinctio Speculatoris, quem Soci d cō. Frā. Aretinus subtilis doctor sequitur in. l. clam possidere. § qui ad nūdinas, nu. 12. ff. de acq. poss & fuit opinio plurium antiquorū, quam dixit cōmunem Alber. in. l. 2. C. de iure emphiteotico, & videtur sequi Iacobinus in auth. qui rē. C. de sacros. ecclesijs, & videtur etiā sequi Soci. in. d. §. qui ad nundinas, conclusi. 3. scilicet q̄ sit vacatio emphiteosis, siue mauis extinctio, & non ius emphiteotæ pateat, & euidēs sit, nihilq̄ cōcludens aut probabile allegetur proponaturq. ab emphiteota, q̄ illi iustā detētionē causet, & ius domini eneruare videatur, cū tūc nulla iudicialis cognitio sit necessaria, solaq. supersit executio facti, possit tunc ipse de minus tanquā proprius executor suā ciuilē possessionē cōtinuando, naturalē apprehēdere, & emphiteotā turbare, & posteā cū nō exeūdo, impedimēto sit vsui possessionis, eū incōtinenti etiā vi repellere: quē admodū quilibet ciuilis possessor in defensam suæ possessionis poterat facere, exnotatis á Bart. in. l. 1. §. interdictū. ff. vti possidetis, quē Socin. & alij vbi supra sequūtur: quod & facit Ruin. in. l. 1. §. nuntiatio. ff. de noui. operis. & licēt hæc opinio aperto iure non probetur, concordāt glossæ ab Aretino vbi supra

allegatæ. Si tamen dominus ad iudicē recurrat, tunc nisi protestetur, adviam facti redire non potest. Si verò aliquid probabile ab emphiteota allegetur, quod illi iustam posset causare detentionem, cùm res tunc iudicialem requirat discussionem, nec vllus ius sibi dicat, ex l. extat. qđ metus causa, & ex l. nullus. C. de Iudæis, & ex tit. ne quis in sua causa ius sibi dicat, omissa via facti, ad iudicem recurrēdum est: alias spoliatus erit ante omnia restituēdus: eritq; praxis, vt iudex aliquam summariam & breuem cognitionē ante restitutionem præmittat, & si ius domini quoquo modo turbidium inuenerit, eū restituat emphiteotam, in suamque pristinam possessionem reintegrat. Si verò clarum (& malitiosam emphiteotæ dilationem) restitutionem deneget, & iura partibus reseruet: quod poterit facere, si post spolium, & restitutionem petitam, & responsionem domini, vnico & perēptorio termino omnes alios, scilicet publicationis & conclusionis cumulando, partes ad probationem recipiat, eisque receptis, & termino transacto decreto, vel restituat, vel restitutionem deneget, & iura patribus reseruet, exceptionesque dominij, aut alias altiorem indaginem requirentes, nisi manifestè pateant, negligendo: & hæc est elegans & vera praxis. Idque multo fortiùs obtinebit, quando per viam facti expulsio permissa est, ex notatis per Corbulum vbi supra, & in l. 3 C. de pignoribus & hic est verus omnium qui in hac quæst. inuoluuntur intellectus, & procedit textus elegans ab Aretino citatus in. l. alius. §. bellissimè. ff. quod vi aut clam. Fateor tamen, quòd in tribunalibus supremis semper possessio meri facti, & propria autoritate a domino acquisita, siue à iudice absque citatione partium ei collata, vt attentata iudicatur, & solent semper iudices, qualibet occasione emphiteotam reintegrare, maximè si non finitam emphiteosim alleget, vel retentionem ex causa melioramentorum prætendat, vel á nō solutione canonis se excuset, vt fecit hic Lusitanus Senatus, quod ego multoties fieri vidi, & non absque ratione: ideoque semper consului, vt ad iudicem recurreretur, & ipse citationem præmitteret, licet summariè procedat: indiget enim res hæc iudicis officio ad rixas & scandala vitanda, ideò iudice opus est, ex dicto. §. bellissimè, raroque iam opinio dictarum glossarum practicatur.

Nu. 2. col. 1 fo. 16. ibi, *Sed per habitatores huius villæ.* Sentit Gamma, q̃ emphiteota non possit recuperare melioramenta à suis colonis facta, etiamsi propterea minorem pensionem soluerint. Hæc opinio falsissima est, & contra æquitatem, cùm coloni nomine ipsius emphiteotæ fecerint, & idem est ac si ipse faceret, ex l. idemque, in fine, cum. l. sequē. ff. mandati & contrarium cum Molin. tenet Aluarus Valascus de iure emphiteotico. quæst. 25. num. 10. in fine: allegat notata in. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgar. eleganter Carolus Molinæus in consuetudinibus Parisiensibus tit. 1. §. 1. glos. 5. versiculo Lefrem. num. 101.

Nu. 3 Ibi, *Depositā quantitate melioratiōū.* De materia, quando melioramēta sint soluēda emphiteotæ, vsufructuario hæredibus mortui, & vxori, colono, & alijs, & quando ob talia melioramēta detur retentio, vide Alex. Raudēsem in indice ad titulū de contractibus emphiteoticis, lit. V. verb. *vtilia melioramenta non liquida*, vbi dicit practicari, cessare retentionem data cautione, etiamsi intra breue tempus posset fieri liquidatio per arbitros: & si euitatur oblata cautione, aut depositā quantitate melioramētorum, vt sentit Autor

tor hic, vide Aluar. Valas. vbi supra. nu. 22. & 23. & per totum Ioann. Garc. in tract. de expensis. c. 6. á nu. 14. & c. 15. á num. 1. cum sequentib. Vincenti. Franc. cum decis. 191. 1. part. & 112. ea parte. Iulium Clar. verbo emphiteosis, quæst. 45. Viui. dec. s. 317. á num. 9. Communistas lib. 4. communium, tit. 44. à nu. 375. & 381. & 388. Ioseph. Ludouicum decis. Perusina. 34. num. 9. & decis. 24. Caualcan decis. 44. à num. 65. parte. 1. Menoch. de recuper. rem. 15. à nu. 503. & á nu. 568. Cald. de nominatio. quæst. 18. â num. 30. Burfat. consi. 76. á nu. 36. & cons. 60. á num. 31. lib. 1. Riminal. Iunio. loquutum in vxore retinente res feudales ob melioramenta, cõs. 90. nu. 5. & 6. lib. 1. Fabium Turretum consil. 93. num. 52. Cepha. cons. 213. numer. 1. lib. 2. Burfat. cons. 89. num. 40. & cons. 80. num. 35. lib. 1. hi omnes, & quos ipsi allegant, concludunt, quòd melioramenta vtilia & necessaria debentur emphiteotæ, aut vxori, vel hæredibus: nisi emphiteosis ob sui culpam extinguatur: & si pauper sit dominns, debet censum, aut ex fructibus paulatim soluere: voluntaria verò non soluit: permittitur tamen abrasio sine læsione, & non impeditur restitutio, quando melioramenta non sunt liquida, nec in continenti liquidari possunt. Sed sufficiet cautio, aut depositum partis liquidæ: licèt Menoch. & quos allegat contrarium voluerit: & ita practicatur. Erit tamen iudicio meo secura praxis si nominentur æstimatores, & si in concordia sint, & partes consentiant, soluat dominus æstimationem, & sic res sibi restituatur, & non antè. Si verò non, & res in longum protrahatur, tunc deposita quantitate declarata, & oblata cautione pro illiquida, res sibi restituatur. Si verô non possint æstimatores nominari, & probationes testium requirãtur, sola res meliorata retineatur: & si melioramenta sint pauci valoris, oblata cautione res restituatur: & hæc est materiæ resolutio.

Tandem ex his omnibus vides bene iudicasse Senatum Lusitanum, cùm emphiteotam expulsum á domino, aut eius vxorem, propter melioraméta nõ soluta reintegrauerit.

## Additio ad Decisionem quintam.

NV. 1. ibi, *Ideoq; in ea exequtionẽ fieri nõ debere.* Quãdo emphiteosis possit capi pro debitis emphiteotæ, & quãdo in ea exequutio possit fieri, & an veniat in generali bonorum obligatione, vide Bart. Alex. Imol. & omnes in. l. si finita. §. devectigalibus. ff. de damno infecto, & Parladorium lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. parte. 5. §. 3. num. 33. Aduend responso. 13. per totũ, Cald. de nominatione emphiteotica, quæst. 23. à nu. 10. cum sequentib. Corbul. in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob alienationem, limitatio. 19. & quæstio. 4. num. 8. Burfat. consi. 44. per totum, lib. 1. Carol. Molin. ad Alex. cons. 120. lib. 1. Curt. Iun. cons. 130. Ios. in. l. fi. nu. 66. C. de iure emphiteotico, & in. l. si domus. §. fin. num. 32. ff. de leg. 1. Valle cons. 80. num. 35. lib. 1. Iul Clar. libro. 5. sententiarum §. emphiteosis, quæst. 28. Burfat. cons. 32. nu. 36. lib. 1. & in feudo Viuium decis. 285. Rol. cons. 98. nu. 17. lib. 2. Federi. Scotum cons. 25. lib. 4. tomo. 2. Osascum decis. Pedem. 161. & 162. Menoch. cons. 130. lib. 2. Matth. Brunum cons. 100. num. 2. & cons. 104. lib. 1. per Menoch & cons. 215. libro. 3. Botam cons. 63. á numero. 18. Sforciam cons. 4. á num. 19. Vincent. Francũ decis. 226. latè Felicianũ in tract de censibus lib. 2. c. 5 num. 14 & 15. Iul. Clar. vbi supra quæstio. 18. Corbul. limit. 33.

Menes.

Men. ſ. in l. 3. C. de ſeruitutibus. num. 8. Corbul. vbi ſupra ampliatione. 49. & vide l. 29. tit. 8 par. 5. & ibi Greg. Rip. in l. cum filius. §. diui, nu. 9 ff. de leg. 1. Communis reſolutio eſt, quòd quando emphiteoſis nõ eſt hæreditaria, ſed cõceſſa pro ſe & filijs, vt filijs, non poteſt capi pro debitis emphiteotæ, niſi ſola commoditas, durante eius vita, ex notatis per Bart & omnes in l. quod dicitur. ff. de verborum obligationib. quando verò eſt hæreditaria, conceſſa pro ſe & hæredibus, tunc in ea poteſt exequutio fieri abſque domini licentia, licèt ante adeptam poſſeſsionem, & poſt factam aditionem debeat requiri dominus; quamuis laudemium ſecundùm Iaſ. illi ſolui non debeat, contradicente Auendaño vbi ſupra: ſed opinionem Iaſ. veriorẽ puto, & quæ magis in praxi verſatur; imò etiam ſi eſſet emphiteoſis empta ex pecunia patris, idem crederem, ſaltem quo ad illam pecuniam, ſi hæreditaria non ſit, ex Antonio de Gamma hic, & Senatore Caldas Pereira in d. tract. quæſt. 19. num. 25. qui Bald. Gozadinum & alios allegat, & ex Aluaro Valaſco in tract. iuris emphiteot. ci. quæſt. 49. num, 7. licẽt videantur contradicere cum Corneo, Riminaldo Iun. conſ. 18. á num. 37. cum ſequẽtibus lib. 1. Cephal. conſ. 302. nu. 66. lib. 3. quorum opinio, quo ad illam pecuniam, mihi non vera nec practicabilis videtur: tũm etiam, ſi emphiteoſis ex inſtrumento conceſsionis poteſt alienari abſque domini licentia, eo requiſito, ſi pro tanto velit emere, vt in caſu tex. in l. fin. C. de iure emphiteotico, & dictæ legis Partitæ, non video quare etiam non poſsit capi pro debitis emphiteotæ, cùm & hæc alienatio ſit. Si tamen in ea prohibita eſſet alienatio, ſaltem ſine domini licentia, tũc ſola commoditas capi poterat: & ita procedunt quæ Iaſ. Burſ. & Gamma & alij vbi ſupra dicunt, & quæ notantur in dicto. §. de vectigalibus, & in dict. l. diui. arg. tex. in l. fin. C. de prohibita rerum alienatione. Præterea ſi eſſet in aliquo loco conſuetudo, vt bona emphiteotica cum domini licentia aut requiſitione poſsint alienari in præiudiciũ ſequentium vocatorum, vt eſt in villa Sancti Facundi, nõ video, quare etiam non poſsint capi pro debitis emphiteotæ, ex his quæ notat Gozad. conſ. 75. num. 15. & Valaſ. d. num. 7. in fine, non tamen poſſet ipſe emphiteota dare ipſa bona in ſolutum creditori voluntariè abſque domini licentia, ſi abſque ea eſſent prohibita alienari, ex Corbulo, & ſupradictis; ſed, vt dixi, quando eſt prohibita alienatio, idem eſt de alienatione voluntaria & neceſſaria vltra tempus vitæ emphiteotæ; & quando non eſt prohibita, poſſunt dari in ſolutum in forma dicta, & ſic intelliguntur omnia quæ Doctores confuſe nimis de hac materia tractãt: vnde quando alienatio eſt prohibita, verum puto, quòd in cõcurſu creditorum præferetur creditor qui prius obtinuit licentiam à domino ad emphiteoſim ſibi adiudicandam aut obligandam; & ita procedunt quæ Burſatus & alij, quos ipſe allegat, dicunt. Si tamen non eſſent prohibita alienari, veniunt in generali, & ſpeciali obligatione, ex tex. in l. lex vectigali, ff. de pignoribus, & in l. tutor. §. fin. ff. de pignorat actio. & ex glo. communiter approbata in d. l. fin. glo. magna: vnde primus creditor præferretur ex ſupradictis & in hoc caſu malè conſuluit Burſa. vbi ſupra qui tamen credo quòd in hoc caſu non conſuluit.

Vnde etiam infertur, quòd in caſu quo ſunt prohibita alienari, non poterunt etiam pignorari tacitè nec expreſſe, nec in ſpeciali, nec in generali, ex d. l. fi. nec veniẽt in generali obligatione niſi ſola commoditas, quæ inter bona connume-

connumeratur, nec in eis poterit census constitui extante proprio motu Pij Quinti, qui in bonis immobilibus iubet eum constitui: & commoditas non est immobilis, nec ius reale, vt latè fundat Corbulus vbi supra dicta ampliatione. 49. & in hoc casu non procedet resolutio Feliciani vbi sup. in casu verò quo non prohibeãtur alienari, vel sint hæreditaria, vel soleant ex vsu alienari, veniét in generali bonorum obligatione, vt Bursa. Rip. & omnes dicũt, & poterit in eis census fundari durante contractu, ex Feliciano vbi supra. nec tamen poterit in eis capellania collatiua dotari, nec in dotem ecclesiæ dari, quia censerentur transire in personas ecclesiasticas, aut ecclesias; quæ alienatio semper est prohibita, ex Lambertino in tract. iuris patronatus li 1. part. 1. q. 5. art. 4. in princip. Corbul. vbi sup. limitatione. 20. num. 1. & sic iam consului, & hæc est vera totius materiæ resolutio.

Num. 4. ibi, *Hæreditatem repudiare, & emphiteosim acceptare*. Vide Aluarũ Valascum in d. tract. c. 44. nu. 6. 7 &. 8. Couar. lib. 2 variarum. c. 18. vers. *Quinta conclusiò* & dictum Senatorem Caldas in dicto tract. quæst 12. à num. 45. cum sequentibus, vbi Ias. & alios quam plures allegant, & in omnibus cum autore concordant.

Num. 5. ibi, *Filius acceptãs*. Hæc conclusio non est absque dubio, quamuis, vt diximus ad decis. 4. num. 3. melioramenta facta ab emphiteota, sint bona hæreditaria imò credo eam penitus falsam: nam si bona emphiteotica empta, non sunt bona hæreditaria, nisi quoad pretium, quod pro eis exsolutum est, aut bona emphiteosis de prouidentia, scilicet pro se & filijs, nõ sunt bona hæreditaria, nisi quo ad melioramenta, acceptio illorum potest implicare, vt non hæreditariorum, & vt hæreditariorum, vnde dubia est, & ex actu dubio, qui potest inducere aditionem & non aditionem, nõ inducitur aditio, ex notatis in l. pro hærede, & in. l. siquis extraneus. ff. de acqui. hæred. & in l. 1. C. de rep. hæred. & per Marant. latissimè in. l. 15 potest. ff. de acq. hæred. imò cum denominatio debeat sumi à principaliori, & principalius sit emphiteosis ipsa nõ hæreditaria, quàm illi adiacentia, emphiteosis ipsa, vt sic, erit obiectum talis acceptationis, vnde cùm debeat illi dare speciem, formam, & denominationẽ dabit, non, vt est hæreditaria, sed vt extra hæreditatem est, & sic non erit acceptatio rei hæreditariæ, & per consequens nec actus aditionis: maximè quia ius emphiteoticum, vel emphiteosis, & melioramẽta maximè differunt, ex Valas in dicto tract. lib. 1. quæst. 1. à nu. 19. & ibi in fine dicit, quòd emphiteoti a bona non veniunt in generali bonorum appellatione, sed sola melioramenta, aut commoditas pro vita emphiteotæ: quod intelligendum est secundùm supradicta: & cum hac censura bene procedunt omnia alia quæ Gã ma in hoc num. 4. & sequenti dicit.

Num. 7. ibi, *An per talem solutionẽ quæratur ius vtile filio*. An pater possit filijs in emphiteosi præiudicare, reperies infinitos autores maximè dissidétes, vide latissimè per Iul. Clar. in dicto. §. emphiteosis, quæst. 16. & melius per dictum Aluarum Valascum in dicta quæst. 49. per totam Senatorẽ Caldas in dicto tract. quæst. 15. á numer. 3. Fabium Turretum, qui infinitos allegat, modernos & antiquos, consi. 61. à nu. 27. &. 69. Aretin. in. §. siquis alicui, hic allegato Riminal. & Cepha. vbi supra. Et licèt omnes opiniones contrariæ cõmunes sint, verior resolutio est, quòd quando emphiteosis est hæreditaria, pater potest filijs præiudicare. Idem censerem, quando est empta pecunia

cunia patris, saltem quo ad ipsam pecuniam vel quando liberè vendi potest siue ex pacto, siue ex consuetudine, vt supra diximus: quia tunc vt hæreditaria censenda est: quando verò non est hæreditaria, nec vẽdi potest, tunc nullatenus potest præiudicare, si emphiteosis antiqua sit: si verò sit noua, ab ipso patre acquisita pro se & filijs, tunc si ob merita, aut pecuniam patris acquisita sit, sibi & filijs, vel natis vel nascituris, quod ferè semper fit, tũc respectu filiorũ in potestate, iudicatur vt profectitia, & ius irreuocabile ipsis nõ acquiritur vsque ad mortem patris, ex l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter virum & vxorem, ac proinde pater eis potest præiudicare: & quia de profectitijs liberè pater potest disponere, vt sentit Alua. Valas. vbi supra. Si verò sit donatio gratuita, æqualiter patrem & filios respiciens, aduentitia est, & eis ius acquiritur irreuocabile, cui pater præiudicare non potest. ex l. fin. ff. de pactis, notant. D D. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. Si verò filij sint emancipati, semper ius eis irreuocabile acquiritur, cui pater præiudicare non potest: & hæc est vera totius materiæ resolutio, secundũm quam & alias supradictas, videbis an bene vel malè sit iudicatũ in casu præsentis decisionis.

## Additio ad Decisionem Sextam.

NVm. 1. & 2. & per totã decisionem: an monachus, siue monasterium, possit succedere in maioratibus & feudis, patronatibus & anniuersarijs, vidẽdus est omnino Lud. de Molina lib. 1. de Hispanorum primogenijs cap. 13. à num. 68. cum sequẽtib. & Senator Cal. in tractat. de nominatione emphiteotica, quæst. 6. num. 1. &. 2. & á num. 10. cum sequent. & Matienço in l. 1. glo. 1. à num. 16. tit. 7. lib. 5. recop. Peguera in repet. capituli Item ne super laudemio versi. 7. fol. 93. á num. 30. & num. 28. Aluarad. in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 2. c. 3. á num. 1. cũ sequẽt. Doctor Spino in tract. de testamentis, glo. 12. á num. 33. cum sequent. & vide Velazquez de Auendaño in. l. 40. Tauri, glo. 4. á num. 9. cum sequẽt. elegantissimè Franciscus Mantica in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 8. tit. 12. á num. 25. cum sequent. & Bursat. cons. 47. & cons. 60. & 52. & cons. 97. lib. 1. vbi quando succedat in feudo, in fideicõmisso, in emphiteosi: & idem de moniali, & particulariter dicto cons. 97. à num. 22. Sforcia cons. 19 num. 21. latissimè & melius quàm alius Iacob. Menoch. in tract. de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 83. per totam, vbi num. 45. declarat consilium Decij. 259. & Aluar. Valas. loquutus in emphiteosi consult. 101. num. 6. & Menoch. cons. 245. á num. 7. lib. 3. ex quibus omnibus, & Menes. Couatub. Grego. Lopez, Portio cons. 23. Olasco, Vincencio Franco, & alijs quos ipsi allegant, inferũtur sequentes conclusiones, ex quibus tota materia, & dubia quæ in ea versantur, manebũt resoluta.

Prima conclusio est, quòd monasterium non succedit in his bonis vinculatis perpetuò, sed solùm durãte vita monachi cõsanguinei proximioris, & post vadunt ad sequentem vocatum: ita Gãma hic, sic interpretatus dictum consilium Decij.

Secunda cõclusio est, quòd monasterium nõ succedit in feudo, nisi sit tale, quòd nullum habeat annexum personale seruitium, in eoque fœmina succedat.

Tertia conclusio est, quòd monasterium non succedit in emphiteosi, quæ non potest transferri ad potentiores, ex Valasco vbi supra, licèt contrarium dixe-

dixerit Bursatus vbi supra.

Quarta conclusio est, quòd monasterium non succedit in maioratu, in quo prætenditur cõseruatio nominis & agnationis: quod apparebit ex eo, quia sẽ per masculi vocati sunt, & fœminæ exclusæ, vel ex portatione nominis & armorum à testatore præcepta, & ex bonis vinculatis qualificatis, vt puta, quia castra iurisdictionalia sunt, vel ex alijs coniecturis, & ita procedit dictum consilium Decij vbi supra, quem Menoch. cum alijs sequitur dicto num. 45.

Quinta conclusio est, quòd in maioratibus, quibus est annexa iurisdictio cum titulo Ducatus, & Comitatus, aut alio Regali, non succedit monasteriũ, ex communi Hispaniæ consuetudine, & quia incapax est talium dignitatum idemque erit in maioratibus solam iurisdictionem annexam habẽtibus, cùm in eis semper prætendatur nominis, & agnationis, & dignitatis militaris conseruatio, licẽt contrarium tenuerit Velazquez de Auend. vbi supra á num. 39 qui solum se fundat in eo, quòd non reperiatur expressè exclusum, sed tamen euidens coniectura est bonorum qualitas & vsus communis Hispanorum, qui sæpè sæpius monasteria excludere solent ab horum primogeniorum successione, & in eis suam agnationẽ conseruare.

Sexta conclusio est, quòd monasterium succedit in maioratibus alijs consistentibus in bonis patrimonialibus non qualificatis, vbi nec de nomine & armis agitur, nec aliquid de agnatione consideratur, nec fœmina excluditur, sed sola primogenitura consideratur, ac proinde succedet in anniuersarijs & patronatibus, nisi fundator cõtrarium velit, & ita procedit præsẽs decisio, quæ admodum iuridica videtur, & consona his quæ supradicti tradunt.

Num. 3. ibi, *Consilium Philippi Decij.* Malè intellexerunt Gamma & Barbosa dictum consilium, nam Decius non se fundat in eo quòd monasterium voluerit succedere ex sua persona, perpetuò, & vt filius, sed quia videbatur in omnem euẽtum excluſum à testatore ex eius verbis, *De suo corpore, &c.*, & quia agebat de cõseruanda agnatione, aliàs nullum dubiũ decideret Decius, quia monasterium ex propria persona & perpetuò nullatenus potest in bonis vinculatis succedere, sed solùm ex iure sanguinis existente in persona monachi, durante eius vita.

Num. 6. ibi, *Possit iterũ agere.* Vtrum successor maioratus vel anniuersarij, qui futurus est post mortẽ possessoris, possit in eius vita iudicialiter petere, declarari sibi successionẽ competere? ingens quæstio est, & quæ quotidie in foro versatur, de qua vltra Anton. Gomez, Menchac. Couar. Pinel. Xuarez, Simancas, hic allegatos, videndus est Ludo. de Molina de primogenijs lib. 3. cap. 14. & Sarmien. Calcan. Marzarius, & alij, quos allegat Valdes in additionibus ad Xuarez. d. allegatione. 4. nu. 1. lit. A, & Doctor de Barahona in sua eleganti additione ad Palatios Rubi. in repeti. ca. per vestras, de donatio. inter virum. §. 44. lit. A. allegat vltra supradictos Otoloram & Pelaez de Mieres, & distinguit quatuor casus, & Doctor Xuarez de Paz in sua praxi, tomo 3 c. 9. §. 3. nu. 2. & Doctor Spino in suo speculo de testamẽtis. glo. 19. num. 66. Cepha. cons. 381. per totum, lib. 3. & verior & cõmunior resolutio est, quòd si aliqua causa existat, puta diffamationis, aut dilapidationis, tunc intentari potest pro tali maioratu remedium legis Diffamari. C. ð ingenuis manumissis, & procedũt omnia iura quæ allegat Xuarez dicta allegatione. 4. & quæ notantur per Cagnolum in d. l. diffamari, num. 6. & latè ad propositum de dicto

remedio

remediò Cephal. vbi ſupra, & latiùs Matthæus Vveſembech. conſil. 96. á num.1.lib.2.Menoch conſ. 366. á nu. 1.lib.4. Si verò nulla cauſa exiſtat,tunc nulla actio nec remedium intẽtari poteſt, ne iudicium reddatur illuſoriũ, & ne vana ſit iudicis ſentẽtia:tùm etiã quia multa inconueniẽtia poterũt reſultare ex intempeſtiua ſententia,quæ Molina vbi ſupra refert. Præterea, licẽt ſucceſſor habeat ius in ſpe,vt Cephalus dicit,attamẽ illud ius ſolum, debile admodum eſt,vt in eo fundetur iudicium abſq; alia occaſione vel cauſa: & ita procedit tex.& quæ ibi Bar. Paul. Alber Angel.& Iacobinus notant in.l. non quemadmodum. ff. de iudicijs, & credo nihil aliud cenſiſſe Coua. Xuarez & alios contrariam opinionem tenentes:& hæc opinio & reſolutio ferẽ ſemper practicatur in ſupremis tribunalibus,vt fatentur plures ex ſupradictis,& eam tenuit Gamma hic num.6. & 7. & licet aliquando dicat ſecũdũm contrariam opinionem iudicatum eſſe per Senatum,ſed,vt diximus,noſtra reſolutio verior eſt,nam ſi attentè perpendas iura quæ Xuarez allegat, quæ actionem pro iure de futuro dederunt, ſemper conſiderarunt aliquam cauſam de præſenti,ſiue iactationem,ſiue dilapidationem; ſiue verò dolum, aut culpam, ex qua periculum amiſsionis talis iuris ſperatur, ſiue verò iurium & probationũ occultationem, & ſine cauſa,non admittunt petitionem,vt conſtat ex.l.ſi finita.§.elegãter,& ibi Bar. Imol. Alex.& alij.ff.de dãno infecto.d. l.2.iuncta glo.ff.ſoluto matri.& l.in lege Aquilia ſi deletum.ff.ad legẽ Aquiliam,&.l.1.C.de ſentẽtijs, quæ ſiue certa quantitate proferuntur,& l.ſi.§.fin. C. cõmunia delegatis, & l.cũ pater.§. libertis.ff.de leg.2.& l.vti frui.§.verũ, ff.ſi vſusfructus petatur,& l.ſicut datã, C.de liberali cauſa,& l.1.C. de fideicõmiſsis,& l.ſi contẽdat ff.de fideiuſſ. de cuius intellectu vide Cepha.vbi ſupra, & Oſaſcũ deciſ.Pedem.151.& d.l. diffamari,& l.ſi ita ſcriptũ.§.1.ibi,Nec pertinet ad nos,&c.ff.de leg.2.& l.ſi filius qui patri.§.cũ filius.ff.de bonis libertorũ,& l.1.§.ſi impuberi. ff. de collatione bonorũ,& l.imperator.ff ad Treb.& l. peto. §. fratre de leg.2. & l.Senatus.§. mortis. ff.de donatio. cauſa mortis, & l.rem alienam.1.§.fin. ff. de pignorat. actio.l.ſi mandauero tibi.1. ff.mandati, l.ſi duo patroni.ff.de iureiurando. l.litigatores.§.fin.ff.de arbit. l.1.ff. de inof. teſtamento,& l. fin. §. pen. C.de bonis quæ liberis, & l. 26. tit.4.par.3.l.1.§.1. ff.de vſuris.l.non poteſt.ff.de iud.l. Atteius.§.in hoc iudicio. ff. de aqua pluuia arcenda, quæ omnia iura pro vtraque parte adducuntur, ſed ſemper ad concedendam vel denegandam actionẽ cõſiderauit ius de præſenti, vel eius defectum,aut cauſam, periculum, aut occaſionem de præſenti, vel eius defectum;imò, ſi benè aduertas, ſolùm ius de præſenti ſine aliqua cauſa,quæ ad iudicium moueat, non admittunt: & ita intelliges tex.in d.l.ſi contendat,qui loquitur in reo, cui exceptio competit, camq; per modum actionis proponente,ſecundùm communem intellectum glo. Bart. Ang. Imol.& aliorum: licẽt hic cõmunis intellectus,periculoſus & diuinatorius ſit,cùm dicta lex nũquam de actione loquatur,ſed ſolùm de exceptione,continuando materiam legum præcedentium, quæ de exceptione loquũtur,& caſum diuerſum ponit, ſcilicet,in fideiuſſore fideiuſſoris,qui antea cũ alio fideiuſſerat,cui videbatur nõ dãdã exceptionem, ſi & alij ſoluendo nõ ſint,cùm non fuerit eorum confideiuſſor:nihilominùs datur,quia reſpectu illorum videbatur fideiuſsiſſe pro illo confideiuſſore,&hoc modo intellectus ille tex.conuenit cum lege præcedenti §.fin.

§. fin. immediato ante d. l. si contendat. Quidquid tamen sit de hoc intellectu, communis tamen intellectus quamuis non verus sit, seruatur in praxi, sed remedium dictæ legis secundùm illum intellectum, non datur absque causa de præsenti, vt quia actor non agit, & reus timet, quòd propter lõgitudinem temporis deficiet ei copia probationis, vel quòd aliás obscurabitur sua iustitia, nec ita faciliter eam consequi posset; argumento tex. in d. §. mortis, & in d. l. 2. iuncta gl. magna in fine. ff. soluto matrimonio, & l. in omnibus, de iudicijs, & dicti tex. in. l. in lege Aquilia, & d. § eleganter, quæ permittunt ob metum futuri periculi dari ante tempus cautionem & iudicium. Ex quo inferunt autores, quòd reus tenetur de debito scripturam nõ guarentigiam facere, quod non examino nunc. Tandẽ em his omnibus patet, quòd Senatus benè iudicauit in causa præsenti, adiudicando monasterio monialium bona maioratus, aut capellæ, quæ iure sanguinis deferebantur proximiori, nam de alio articulo non est agitatum inter partes, vt Gãma testatur.

## Additio ad Decisionem Septimam.

NVm. 1. ibi, *Quod iure cõmuni proximior vltimo possessori, &c.* Antonius Gamma in tota hac decisione tractat illam altissimam & difficillimam quæstionem, an in fideicomissis, maioratibus, & substitutionibus, vbi proximiores vocantur, præferatur proximior vltimo possessori; proximiori testatoris, latiùs & meliùs tractauit decis. 206. à num. 23. cum sequentibus, & decis. 354. num. 10. semperque absque vlla distinctione tenuit, considerandam esse proximitatem respectu vltimi admissi: & in fideicommissis vltrà ambos Socinos per eum allegatos, eandem tenuit Molina lib. 3. de primogenijs. cap. 9. per totum. Couar. verò & alij per Gammam citati non ita simpliciter istam opinionem tenent, vt infra dicetur: sed eandẽ in fideicommissis perpetuis, in quibus succeditur de vno in alium, defendit, pluribus relatis, loquutus etiam in primogenijs, Simon de Pretis in tract. de vltimis voluntatibus, lib. 3. interpretatione. 3. dub. 4. solut. 3. à num. 33 cum sequentibus, Roland. de Valle cons. 100. lib. 1. Ceph. cons. 600. lib. 4. & cons. 251. num. 17. lib. 2. & cons. 46. à num. 20. lib. 1. & cons. 313. lib. 3. & cons. 318. num. 7. eo. lib. & 416. eo. lib. & cũ pluribus Tiberius Decianus cons. 25. libro. 3. Matthæus Brunus cons. 3. nu. 9. Viuius decis. 295. Socin. Iun. in. l. hæredes mei, & cum ita, à num. 66. ff. ad Trebell. Michael Crassus suo sententiarum tractatu. §. fideicommissum, quæst. 18. Iulius Clarus lib. 4. sententiarum. §. testium, quæst. 76. Caldas Pereira in tract. de nominatione emphiteotica, quæst. 24. nu. 90. Aluarus Valascus in suo tract. de iure emphiteotico, quæst. 50. num. 34. Velazquez de Auendaño in l. 40. Tauri, glo. 20. á num. 17. & num. 19. & Hispani allegant pro sua opinione tex. in. l. 2. tit. 15. par. 2. ibi, *Al Rey muerto.* & ibi Grego. & Humada, vbi in Regno, mortuo Rege, succedit ei proximior. Sequitur etiam hanc opinionem Spino in tract. de testamentis, glo. 19. num. 58. Mieres de maioratibus lib. 2. quæst. 1. à num. 33. & isti omnes alios infinitos allegant, & dicũt hanc opinionem semper seruatam iudicando & consulẽdo, & quôd nefas esset ab ea discedere. Plures alios pro hac opinione allegat Præses Tessaurus in suis nouis decisionibus Pedemontanis decis. 64. licèt ipse contrarium teneat.

Contrariam opinionẽ defenderunt Ias. Crotus & alij, quos refert Couaru. in la.

in locis à Molina allegatis, & tenuerũt Tellus Fernandez, Peralta, & alij Hispani à Mollina allegati, & eã defendit ex professo Cephal. sibi cõtrarius cons. 333. lib. 3. Portius Imolensis cons. 55. lib. 1. Præses Tessaurus, qui infinitos pro ea refert, & veriorem dicit, dicta de cis. 64. & quando in testamento vocantur proximiores, cũ adiectione, Meos aut de parẽtela, cum pluribus eam tenet Simon de Pretis vbi supra, Rolan. à Valle cons. 70. à nu. 73. lib. 3. pro qua allegãt Deci. Beroi. Mant. Rub. Port. Tiberi. Decia. Ripã, Altiat. Pancirol. & alios: & hanc opinionem tenuit Cephal. cons. 183. num. 16. lib. 2. &. 489. à num. 67. lib 4. & 493. à nu. 1. & 45 lib. 4. eam etiam veriorem dicit, & contrariam erroneam, Francis. Mantica in tract. de coniecturis vltimarum voluntatũ, tit. 2. à lib. 8. à num. 30. & tenuit sibi contrarius Decianus cõs. 21. num. 1. lib. 2. & in alijs consilijs relatis à Tessauro & Mantica vbi supra, eam etiam tenuerũt Ruinus, Crotus, Paris. & alij consulentes in locis á supradictis citatis. Tenuit etiã nouissimè Bonifacius Rugerius cons. 43. à num. 3. lib. 1. qui alios refert Burfatus cons. 61. á nu. 18. lib. 1. eam etiam eleganter defendit Carolus Ruinus in l. Gallus §. quidam rectè, à nu. 60. ff. de liberis & posthumis. Certè sibi benè perpẽdatur autoritates autorum, pro qualibet parte inuenies plusquam centum autores: verum tamen est, quôd exceptis Socinis & alijs perpaucis, alij omnes non ita simpliciter dictam opinionem primam tenent, sed aliquando pro casus contingentia & varijs rerum circunstantijs, & in fauorem filiorum vltimi possessoris, vel ex mente defuncti pro ea consuluerũt: exceptis dictis Hispanis, qui indistinctè eam tenuerunt, & Molina, nescio quo spiritu ductus, & satis leuibus fundamentis nostris, quæ á Rolando de Vale dicto cons. 100. transcripsit, eam non solùm veriorem, sed admodum certam dicit, & quæ omnino seruari debet etiam in transuersalibus, vt patet ex periculosis extensionibus, quas in c. 7. & 8. dicti lib. 3. tradidit, ad representationem legis. 40. Tauri. Autores verò qui hanc secundam opinionem tenent, vt in plurimum, in substitutione vulgari & fideicõmissaria simpliciter eam defendunt, & eam nouissimè & acerrimè tutatur doctissimus, & subtilis ingenij Menochius cons. 124. lib. 2. per totum: & ni fallor, licèt autores cõtrariæ opinionis pro ea Accursiũ, Bart. Imol. Paul. & alios antiquiores allegẽt, videri meo, contrarium ferè omnes antiquiores tenuerunt, & expressè cõtrariũ tenuit Albericus in. l. nam ita. §. in fideicõmisso, in fine. ff. de leg. 2. & Accursius ibi glo. magna, licèt dubitet, qui sint proximiores post nominatos, qui in fideicommisso familiæ relicto, post eos admittuntur, & ponat, nominatos cõsobrinos, & post eos ex vna parte fratres patrueles, qui sũt agnati, & ex alio nomine, & alios consobrinos, qui sunt in pari gradu cum nominatis, & post eos filios ex eis, & ponat etiam vnam opinionem, quòd isti consobrini & defuncti testatoris sobrini, tanquam cognoti & proximiores in linea cognationis, & de eo nomine, præferãtur patruelibus defuncti, qui sunt de linea agnatorum superiorum, & remotiores, & post eos filij ex consobrinis, itaque proximiores sint inferiores, pares, aut immediatè sequentes, post nominatos, & non præcedentes, & superiores ex linea transuersalium, vt puta patruus nominatorum, aut fratres patrueles defuncti: at verò non persistit in hac opinione, & ait, quòd sublata á textu dictione, Ex eo, prout in nouis codicibus sublata est, melius est dicere, quòd proximiores intelligantur, siue præceden-

tes

tes siue sequentes, ac per cõsequens superiores, siue inferiores, sine rèspectu adnominatos, secundùm ordinem succedendi ab intestato defuncto, & non secundùm ordinem graduum respectu nominatorum, atq; ita in illo tex. post nominatos denotatur ordo successionis scilicet, vt succedat qui proximior est absq; distinctione, & non ordo graduum, scilicet, vt post nominatos gradatim succedát qui sunt in gradu pari, aut immediatè sequẽti. Certè hoc modo sententia Accursij explicata, prout & ipse se explicat, & doctores malè intelligunt, manifestus est pro hac secũda opinione: & in hoc sensu, licet non ita explicent, eum sequuti sunt Barto. Paul. & Imola ibi. Nec Paul. ibi in fine voluit contrarium, nam in emphiteosi concessa pro aliquo & proximioribus, non expressè admisit proximiores nominato, sed dixit, quôd debebant succedere secundùm ordinem succedẽdi ab intestato, ex l. fi. C. de verborum significatione, non tamen aperuit, si ille ordo debebat considerari respectu vltimi. Dico itaque, quòd Paulus loquitur in emphiteosi concessa pro aliquo & alijs de domo sua. Duo dicit Paul. vnum, q̃ primò nominatus, cui principaliter fuit concessa emphiteosis, tanquã nominatus præfertur pro eius vita alijs de familia, ita quod non admittũtur omnes simul, sed ordine successiuo, per tex. in l. §. in fidei commisso, & adhoc principaliter decidedum adduxit Paulus illam quæstionem; & licet contrariùm tenuerit ibi Bald. eius tamen opinionem sequuntur ibi Imol. Alciatus, & Peralta, & repetẽtes õnes in. l. Gallus. §. quidã rectè, & ibi Ruinus num. 28. ff. de lib. & posthu. & in hoc nihil dicit contra hanc secundam opinionem. Alterum, quòd post eius mortem præferuntur eius descendentes: sed de hoc non principaliter agit Paulus, nec curauit, an præferrentur quia proximiores primò nominato; aut ob aliam rationem: nec in hoc facit contra dictam opinionem, tùm quia in casu Paulij nullus est testator, cui debeãt esse proximiores, tum etiam, quia in eo familia nominati fuit vocata ad illam emphiteosim, vnde intrat casus legis fi. C. de verborum significatione, quôd illi de familia admittantur secundùm ordinem succedendi ab intestato illi nominato, de cuius familia agebatur, & non domini emphiteosis, cuius respectu nulla proximitas consideratur; quẽmadmodũ quando testator familiæ alicuius tertij legatum reliquit, ex Bart in d. l. si cognatis, in fine. ff. de rebus dubijs. Præterea concessio emphiteosis, contractus est, & in contractibus pater prius filijs aut hæredibus censetur stipulari, ex Bart. in l. quod dicitur, quem ibi Aret. Imol. Alexar. Ias. & alij sequuntur. ff. de verborum obligationibus: vnde Paulus bene intellectus nihil dicit contra hanc secundam opinionem, imò eam tenet, vt dictum est.

Sed & pro hac secunda opinione manifestê facit tex. in dicto. §. in fidei commisso, in quo post nominatos admittuntur proximiores de familia, qui existant tempore mortis testatoris: vnde non curatur de nominatis nec grauatis, qui forsitan post plures annos moriuntur, & alios cõsanguineos sibi proximiores habẽt, qui non erant nati tẽpore mortis defuncti, & eis alij præferuntur. Igitur non cõsideratur proximitas respectu grauati: tùm etiam ex his scilicet proximioribus, secundũ verum intellectum, quem tradit ad illum tex. Præses Tessaurus vbi supra, qui magis amicus literæ est, non admittuntur õnes, sed qui ex eis in proximiori gradu sunt; & cùm tex. non expresserit respectu cuius debebãt esse proximiores,

& de familia ageretur, secundùm subiectam materiam, de proximioribus de familia debet intelligi: at verô proximiores de familia testatoris, sunt ei proximiores secundùm ordinem succedédi ab intestato de quo in d.l.fin.& apertius id probat ille tex. in fine, ibi *Nisi ad vlteriores voluntatem suam extẽderit*, vnde loquitur de testatore, & de ei remotioribus, qui de eius voluntate præferuntur proximioribus: vnde ne contingat fallacia figuræ dictionis, aut de secundùm quid ad simpliciter, siue fallacia accidentis, quæ omnes in hoc casu cõcurrere possunt, in eisdem terminis intelligẽdi sunt remotiores & proximiores, vt vnum alteri correspõdeat, scilicet respectu testatoris: & ita est intelligendus tex. in l.peto. §.fratre ff. de leg. 2. ibi *Post fratrem alienantem extra familiam testatoris admittuntur illi de familia*, non omnes, sed proximiores: & cùm tex. non aperiat, cuius respectu proximiores debeant esse, & de familia loquatur, de proximioribus in familia testantis intelligendus est & sic de proximioribus testatori, ex d.l.fin. cùm de eius familia agatur, & non de hæredis familia: qui licet de familia sit, cõtinuatiuê ad testatorem, non tamẽ est familiæ caput, nec eius ibi appellatur familia, sed testatoris, qui fidei commisit, cuius persona debet spectari.

Et secundũ intellectũ domini Episcopi Couarrubias, quẽ Menochius & alij sequuntur, scilicet quòd verbũ Ex his, intelligatur de succedentibus post proximiores testatori, qui sunt etiam proximiores testatori, cum sint proximiores ipsi proximioribus, etiam facit pro hac secũda opinione, licet cauillationẽ patiatur, cùm proximiores proximioribus possint etiã non esse proximiores testatori, si alij sint in pari gradu cum præcedẽtibus proximioribus: sed licèt in maioratibus & alijs bonis vinculatis, in quibus vnus, aut duo succedũt, cauillatio vera esse possit, tamen in fidei cõmisso familiæ, in quo plures vnius gradus succedũt, de qua loquitur d.§.in fidei cõmisso, &.§.fratre procedere nõ potest, cũ omnes proximiores testatori succedere debeãt, si sunt in pari gradu: vnde post eos immediati, proximiores erunt testatori, & succedent, nõ quia proximiores possessoribus, sed quia sunt proximiores testatori, ex ordine ab intestato ipsi succedẽdi, de quo loquitur tex. in d.l.fin.

Ex quibus apparet, quám expressus tex. sit pro hac opinione, & cũ eo tex. in d.l.fin. in qua admittitur ordo succedendi ab intestato in fidei cõmisso familiæ relicto, consideratus respectu testantis, qui caput familiæ est, & de eo & eius familia loquitur lex, & de grauato verbum nullum: quomodo etiam loquitur dicto. §. fratre. Vnde eius respectu proximitas debet considerari: quod Paul. tenuit in dicta. l.fin. in fine, dum in relicto fratribus testatoris admisit solùm fratres suos vtrinque coniunctos, quia proximiores erant ei, & ab intestato illi succedere debebant. Nec quòd in dicto.§.in fidei commisso, fidei cõmissum sit vel non sit perpetuum, aliquid facit, cùm etsi prima admissione alicuius de familia deficiat, prout Menochius defendit cõs. 85. lib.1. saltem proximitas illius non consideratur respectu nominatorum, sed testatoris. Si tamen ille tex. intelligeretur, prout Socinus Iunior cõs. 126. lib.2. intellexit dictã.l.fi. quem reprobat Menoch. d. cons. 124. scilicet q; ibi succedebatur per modum substitutionis vulgaris, scilicet q; grauatus fuit hæres, vel aliquis alius, de quo nulla mẽtio fit in illo tex. restituere familiæ & nominatis, ita q; vno repudiãte, succedat alius, & sic de alijs gradatim, posita repudiatione præcedẽtium,

vel

vno admisso, alij maneant in perpetuũ excluſi ad modũ ſubſtitutionis vulgaris; tunc nullũ eſſet dubium, quòd proximitas deberet attendi reſpectu teſtatoris, cui immediatê ſucceditur per vulgarem, vt omnes fatentur. Sed hic intellectus ad d. §. in fidei cõmiſſo, eſt contra communem ſenſum doctorum in d. §. in fidei commiſſo, & cõtra Socinum Patruũ in d. l. ſi cognatis, & cõſ. 249. lib 2. qui omnes intelligunt illum tex. in fidei commiſſo perpetuo, in quo ſucceditur gradatim, ex dicto. §. fratre, & ita eſt intelligẽdus tex. in d. l. fi. quia ſemper Iuriſconſulti cùm de fidei cõmiſſo familiæ relicto loquuntur, id perpetuum iudicant ex nomine familiæ; nam cùm in fideicommiſsis reſpectu grauatorum raro fiant ſubſtitutiones vulgares, penè infinitæ, vt comprehenduntur in familiæ ſignificatu, & verba ſint ciuiliter & moraliter intelligenda in caſu vſitato & poſsibili, intelligendũ eſt, quôd ex eo quòd teſtator familiæ legatum aut fidei commiſſum reliquit, & nõ perſonis certis, voluit bona in familia conſeruari, & ſic perpetuitatem inducere; aliàs, ſi aliud vellet, perſonis certis relinqueret, cũ ſua diſpoſitio vna ſola admiſsione eſſet conſumẽda. Fortius tamẽ eſt id quod dictus Socinus Iunior reſpõdet ad d. l. fi. ſcilicet quòd in prima admiſsione primi de familia cõſideretur proximitas reſpectu teſtãtis, cũ nullus alius ſit, cuius reſpectu debeat cõſiderari; nã grauatus potuit nõ eſſe de familia, & ideò nulla de eo mẽtio fit in dictis iuribus, quod etiã Simon de Pretis dixit ad tex. in d. §. in fidei cõmiſſo. Nec valet reſponſio Menochij ſcilicet q̃ quia fidei cõmiſſum eſt, & familiæ relictum, ſaltem debet præſupponi vna admiſsio, & vna reſtitutio, in qua litigetur de proximitate, & ſit perſona de familia admiſſa ea de qua dubitetur, an eius reſpectu debeat conſiderari proximitas, aliàs, dicit ipſe, non eſſet fidei commiſſum familiæ, ſi vel vnus de familia nõ fuiſſet grauatus, & fieret ab eo vna reſtitutio, hæc enim vana ſubtilitas eſt, cùm eſſe vel non eſſe fidei commiſſum, ſolum præſupponat aliquã perſonam honoratam & grauatam de reſtitutione facienda, vt in caſu illorum iurium potuit eſſe, vel hæres, vel alia extranea perſona; & quòd perſona cui debeat fieri reſtitutio, ſit familia, ſatis poterit verificari, ſi vel omnibus de familia reſtituatur, vel aliquibus proximioribus de familia, vt ſic, & non vt Petro vel Paulo, & tunc dicetur fidei commiſſum familiæ relictum, quia vel gradatim debet tranſire in omnes de familia, vel ſaltem ſucceſsiuè, vno nolente, in alios de familia, vſque dum omnes percurrat, & tunc verificabitur nomen collectiuum familiæ. Melius ergo reſpondetur, quòd in caſu d. §. in fidei cõmiſſo, ſecundùm communem intellectũ, primi admiſsi fuerunt nominati, poſt quos debebant ſuccedere proximiores, & vertebatur dubium quorum reſpectu debebat conſiderari proximitas eorum, cùm & ipſi eſſent de familia, an teſtatoris, & reſoluitur in forma dicta, at in caſu dictæ legis finalis ſolùm quæritur qui contineãtur familiæ appellatione, quãdo fidei commiſſum familiæ relinquitur, & reſpondetur, quòd parentes & liberi & alij ſuccedentes ab inteſtato defuncto. In quo facit pro hac opinione, nec curatur de primo nec ſecundo admiſſo, vnde fruſtraneum & diuinatorium eſt, quod Socinus Iunior commentus in ſua reſponſione eſt.

Ex quibus iam apparet, malè ambos Socinos, & fautores contrariæ opinionis, adduxiſſe pro ea dicta iura, putantes, quòd verbũ, Ex eo nomine, de quo in §. in fidei commiſſo intellige-

batur de consanguineis de nomine, & gradu nominatorum, & eis proximioribus, vt in exemplo de consobrinis ab Accursio posito, & verbũ, Ex his, de ab istis descendentibus, & eis proximioribus: cùm illa dictio, eo, sublata sit in nouis codicibus, & si non esset sublata, relatio quam importat, iungitur nomini defuncti, scilicet quòd successores debebant esse ex eodẽ nomine & familia cũ defuncto, & non curatur de particulari nomine & gradu nominatorũ: & idem valet qđ ex nomine, & quando referretur ad nomẽ nominatorũ, esset relatio respectu nominis & familiæ, quia nominati & successores de eadẽ familia esse debebant, non extranei ab ea, licèt de propria familia nominatorum per aliam cognationẽ, vt omnes fatentur, non tamẽ respectu gradus vlla relatio est: itaque identitas quam verbũ Ex comportat, est idẽtitas eiusdẽ parẽtelæ, non eiusdem gradus, lineæ, aut descẽdentiæ: & dictio, ex his, vt supra diximus, ad ipsos proximiores referatur, non notando eorum descendentes, sed proximiores ex eis respectu defuncti, de cuius successione agitur in illo tex. In fidei cõmissis enim primo testatori succeditur, ex. l. cohæredi. §. cum filiæ ff. de vulg. & ibi omnes, & Menoc. latè vbi supra. Et licèt successio fiat per medium grauati, nulla tamen ratio cogit, vt eius persona consideretur, qui non liberè dominus, sed minister restitutionis sit, & ab illo non capiat fidei cõmissarius, ex. l. vnum ex familia. §. si de Falcidia, de leg. 2. vt latè contra Socinum comprobat Menoc. vbi suprà.

Minusque facit dicta l. fi. cùm etsi fateamur quòd in successione fideicommissi seruandus sit ordo successionis ab intestato, tamen negamus esse considerandum respectu grauati, sed respectu grauantis & capitis familiæ, cui succeditur, & ita intelligitur tex. in d l. fi. vt supra diximus.

Hæc sunt vrgẽtiora fundamẽta quæ pro hac parte fiunt: alia vana & futilia sunt, lexque finalis ad Trebell. non probat hanc opinionem; ibi enim ideò fuit non vtrinque coniuncta fratri decedenti, & onere fidei commissi grauato à testatore, admissa fuit cum fratre vtrinque coniuncto, & inuicem in pupillari substitutó cum defuncto, quia id constabat ex voluntate ipsius testatoris, qui in substitutione fidei commissaria quam fecerat vni ex tribus inuicem grauatis, quia non erant eiusdem matris omnes, vt eos parificaret, reseruauerat bona materna & auita, vt ad fratrem de trunco redirent, & in paternis solum substituit, quia omnes erant eiusdem patris testantis filij, & ei vel eis reseruauit morientis portionem: & cum solùm essent tres, vno moriente, numerus pluralis verificari non posset, nisi ambo superstites succederent, & sic apparebat de manifesta testantis voluntate, quam ibi Iurisconsultus ponderauit. Nec pro contraria potest retorqueri à contrario sensu, scilicet si non fuisset facta dicta reseruatio, & quia in ratione dubitandi maiorem coniunctionem, & reciprocam substitutionem adduxit Iurisconsultus, argumentum enim a contrario sensu non est semper validum in iure, nisi euidẽter & necessariò colligatur ex eo dispositio contraria in casu contrario, vt Iason, Purp. Mantua & alij resoluunt in. l. 1. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio: at verò ex illo tex. non deducitur expresse quid Iurisconsultus in casu quo non appareret de illa voluntate, decideret, forsitan tunc ad proximitatem defuncti recurreret, vel non, & sic nihil in contrarium præcise infertur ex illo tex. Minusque probat. l. is qui cum plures. ff. delegat. 3. nam ibi

inter

inter collibertos nulla maior coniunctio naturalis erat respectu patroni, vltra coniunctionẽ testamentariam, scilicet quia aliquibus simul aliquod prædiũ legauit, ita vt de suo nomine & familia non exiret; & ait Iureconsultus, quòd omnes colliberti, vno mortuo, succedunt in eius parte, quia ões sunt de familia, & omnes æque cõiuncti cõiunctione naturali, tam grauato, quàm testatori, illaque coniunctio testamentaria licèt faceret ad dubitandũ de voluntate testantis in casu illius tex. nihil tamen facit ad nostrã quæstionẽ, cùm agamus de coniunctione naturali, quæ in illo tex. æqualis inter omnes libertos erat, siue inter se, siue respectu sui patroni, & omnes de eius familia in eodem gradu: & iste est verus tex. intellectus. Sufficiet tamen q̃ opinioista in puncto iuris verior est, & contraria falsa, nisi in casibus de quibus infra. Nec pro ea facit d.l.fi. nec tex. in d.§. in fidei commisso, quia iam supra responsum est. Nec doctrina Bar. in l. re coniũcti, num. 43. de leg. 3. cùm Bart. ibi in substitutione vulgari non curet de maiori coniũctione respectu grauati; sed solũ in pupillari: de fidei cõmissaria verbũ nullũ, & contrarium diceret, si de ea loquutus fuisset, & in pupillari dubitant Crotus & Ripa & alij repetentes ibi, quos Menoch. supra refert. Nec etiam facit tex. in c. 1. in fine, de natura successionis feudi, cùm & in feudis diuisibilibus loquatur, quæ hæreditaria sunt, in quibus succeditur vltimo possessori, atque ideô eius proximitas consideratur. Nec coniectura. l. cûm auus, in fauorem filiorum grauati conuincit, cùm nõ improbet, sed limitet secundã opinionem in suo casu, ac primam in eo solo probabilem faciat: sed hoc solùm, quando grauamen ab ascendentibus descendentibus, qui cũ liberis moriunntur, impositũ est, restituendi proximiori, quem tunc ex dicta coniectura filij excludunt, non verò si ab extraneis & transuersalibus secundũ communem resolutionem, de qua per Menes. in l. cùm acutissimi. C. de fidei cõmissis num. 25. & 26. & Menoch. latissimè lib. 4. de præsumpt. præsumptio. 89. nu. 55. & nota. Couar. q. 38. vbi supra: extra verô hũc casum, licet hæc cõiectura esset aliqua, nõ tamen cõuinceret semper in fauorẽ filiorũ grauati, nisi alia concurrerẽt. Præterea perpetuitas fidei cõmissi, & pluralitas substitutionũ secundũ quã testator prospexit futurũ euentũ, & ideò nõ cogitauit de suis cõsanguineis existẽtibus tẽpore mortis, sed de his, qui adessent tempore delatæ successionis, & ex quibus proximiores vltimo moriẽti certiores erant secundûm iuris regulas, nihil ad rẽ facit, cũ etsi proximiores, testatori admitti deberent secundũ opinionẽ quã defendimus, hi etiã & certi esse possunt tempore delatæ successionis. Nam fingamus primò admissos aliquos testatori proximiores, eis mortuis, qui sunt in pari gradu, erunt etiam proximiores, & eis mortuis, alij gradus sequentis, vt puta filij eorũ, & eis mortuis, qui itidẽ sunt in pari gradu, eisq; mortuis, filij eorũ, & sic de singulis: ex quibus apparet nullam esse difficultatem aut impossibilitatem in tali successione, vt Molina putauit, existimans ex cursu annorum posse nesciri successores transuersales, aut testatori proximiores; id enim falsum est, facta tali computatione; & hodie sunt plura anniuersaria, in quibus ex consuetudine sic succeditur, & non deficiunt successores, nec est difficilis eorum inquisitio ex relatione ad proximiores qui successerunt. Fateor tamen, quòd facilior erit, considerando possessores, nisi fieret contra testantis voluntatem suos proximiores vocantis. Alia verò fundamenta

Socinorum nulla responsione indigẽt, licẽt eis, exactè Menoch. responderit.

Ex quibus apparet absque dubio in puncto iuris cõmunis veram esse hanc secundam opinionem: sed quia praxi non semper conuenire poterit, nec ei adaptari, secundùm temporum varietatem & fines testatorum fideicommissa perpetua & maioratus facientium, vnde licẽt speculatiuè vera sit practicè tamen aliquando deficit: pro eius resolutione & concordia doctorũ dissidentium cum hodierno vsu, considero casus sequentes.

Primus est, quando testator per viã substitutionis vulgaris vocauit cõsanguineos, proximiores, vel familiam; quæ prima aditione & admissione cõsumitur, & tunc absque dubio debent præferri proximiores testatori, cui per vulgarẽ succeditur, vt Bart. in d.l. reco iuncti, existimauit, quẽ Socini & ones supracitati in concordia sequuntur.

Secundus est, quando eos vocauit per viã substitutionis pupillaris, scilicet, vt succedant filio suo pupillo, si in pupillari ætate decedat, & tũc licẽt admodum dubium sit, vt ibi Rip. existimauit; quia tamen substitutus pupillo succedit, cõsideranda est respectu eius proximitas, nisi aliud, vel ex verbis, vel ex voluntate testantis cõiecturata colligatur: & ita voluit Bart. vbi supra, cũ quo est communis opinio.

Tertius est, quando consanguineos aut proximiores vocauit per viã substitutionis fidei comissariæ, grauando hæredem, vel aliũ, vt illis restituat, & tunc si eos vocauit per modũ vulgaris temporaliter scilicet vt post grauatum succedãt proximiores, & eis admissis, alij excludantur, & repudiantibus, alij gradatim admittantur, prout intellexit Cumanus d. §. in fideicõmisso, & Socin Iun. d.l. si. & tũc quia prima admissio est proximiores, & grauatus potuit non esse de familia, nec de eo mentio sit in illis iuribus, & quia succeditur per modum vulgaris, & semper testatori, nam in fidei cõmissaria etiam succeditur testatori, vt dictum est, consideranda est proximitas respectu testantis, vt etiam ipse Socinus Iunior fatetur, & Menochius vbi supra: sed hæc rarò poterunt euenire, nam semper qui familiam aut consanguineos vocat, perpetuitatem vult, vt latè deducit Portius Insolensis, qui opinionẽ Socini defendit cons. 122. per totum, ac per consequens non cessat fidei cõmissum prima admissione, & semper vertetur dubium, de quo in quæstione: semper tamẽ seruanda est dispositio tex. in d. l. cum auus, vt filij grauati, si & ipse de liberis sit, præferantur substituto, si ex alijs coniecturis de voluntate cõtraria non appareat.

Quartus casus est, si testator fecit fidei commissum perpetuum non qualificatũ qualitate primogenituræ & maioratus, inter proximiores de familia: quod apparet, quia iussit semper in bonis vinculatis succedere duos vel tres ex proximioribus, quod primogenituræ repugnat, vel etiam si iussit vnum post alium succedere, non tamen per viam primogenituræ, quia non vocauit filium maiorem, sed absolutè post primũ nominatũ nominauit consanguineum proximiorẽ, & deinde q; res vadat de consanguineo in consanguineũ proximiorem, tunc succedet consanguineus testatori proximior ex vi verborum, & ex dicta opinione, & ex tex. in d. §. fratre, intellecto vt nos supra intellexim⁹; & hæc fuit doctrina Bartoli in dicta. l. si cognatis, in fine, vbi dixit, quòd si testator legauit consanguineis, intelligitur legasse consanguineis suimet, & quòd succedent ordine successiuo, vt in dicto §. fratre, & si legauit familiæ Titij

extra-

extranei, vel eius consanguineis, omnes succedēt, & nō proximiores Titio, vt in primo casu, denotans in eo succedere ordine successiuo proximiores testatori & hāc opinionem: plures qui opinionem Socin. sequuntur, eam tenent, vt Portius in d. cons. 122. Tiber. Decianus, Rolaud. Rip. d. num. 31. & alij citati à Simone de Pretis dicto nu. 34. licet ipse post contrarium teneat, & hæc est magis cōmunis opinio ex numero autorum, quam ex proposito defēndit idem Rolādus á Valle cons. 38. & 39. per totum, lib. 4 & hæc opinio in antiuersarijs & patronatibus antiquis rusticorum semper practicabatur, cum in eis ex ordine dictæ vocationis, & ex paruitate & ignobilitate rerum vinculatarum, & ex qualitate personarum, nec cognoscebant maioratus, nec primogenituras, sed solùm hæc fidei commissa familiaria, per quæ memorias suas conseruabant, vt temporibus Iurisconsultorum fieri solebat. Et licèt quando vnus succedit, maioratibus assimilentur, & per eos regulētur, vt Regnicolæ fatētur, in multis tamen deficiunt á natura maioratus, fateor tamen, quòd in praxi raro admittitur hæc resolutio, nisi antiqua consuetudo succedendi eam confirmet, quæ omnino seruanda est, ex notatis á Molina lib 2. de primogenijs. c. 6. per totum, & à Velasquez de Auēdaño in l. 41. Tauri, glo. 1. à num. 3. cum sequentibus, vbi dicit, quòd si non appareat testamentum fundationis, consuetudinem debere esse immemorialem, si verò appareat, & sint aliqua verba dubia respectu considerandæ proximitatis, & tunc minus temporis sufficit, allegat Paul. Molin. & alios: quanto magis id obtinebit, si in testamento vocatus sit consanguineus proximior: & ita semper consului, & sic practicatur.

Quintus casus est, si testator erigat primogenituram, quòd apparebit, tùm ex qualitate bonorū vinculatorū, tùm quia alia verba expressit, quibus manifestabat velle cōseruare suam agnationem, nomen & arma; tùm etiam, quia filios primogenitos nominatorum vocauit, & quia plures gradus substitutionum fecit, semper filios primogenitos nominatorū vocando, vel fœminas excluſit, vel aliás dixit quòd maioratum facere volebat, tunc quia maioratus & primogenitura à principio lineæ naturaliter descendit ad omnes qui ex illa linea descendunt; & ea finita, vadit ad lineam secundogeniti, & melius cōseruatur per lineas rectas descēdentium, & proximiorū possessoribus, qui & ipsi ex descēdētibus sunt, & ex immediata linea, quam superiorū transuersalium, in hoc casu seruanda omnino est, propter præsumptam defunctorū mētem, Socini opinio, cui omnium prouinciarum vsus applaudit: & ita Simō de Pretis plures allegando fatetur, & Episcopus Couarr. dicta. q. 38. Portius & alij quā plures, qui prioré opinioné tenuerunt, & tex. in d. c. 1. de natura successionis feud. in fine: & procedēt repræsentationes, de quibus per Molinam in d. c. 7. & 8 & per Tauristas in l. 40. Tauri & linearum continuatio, de quibus per Burgos de Paz cons. 29.

Sextus casus est, si testator in casu quarto & quinto post speciales vocationes vocauit suum proximiorem consanguineum, tunc in casu quarto absque dubio semper succedet proximior testatori, finitis primis vocationibus, salua dispositione dictæ. l. cum auus, in descendentibus á testatore & prima nominato simul, non in alijs, & in casu quinto, finitis lineis primorum vocatorum, post quos vocatus est suus consanguineus proximior, in primo successore, vt proximiore, quia ipse nullam aliam lineam continuat, nec in-

greditur, sed caput lineæ est, considerabitur proximitas respectu testantis, post vero eius descendentes in primogenijs, lineis rectis succedent, non in fidei commissis, nec aliâ interpretationem patiuntur verba, Suus, meus, & similia, vt dixit additio Barto. in d.l. si cognatis. Roland. d cons. 70. & hæc est communis opinio, & cõtraria communiter reprobata, vt Decianus & Crassus vbi supra dixerunt, & de ea nõ est dubitandum.

Septimus casus est In Regnis Ducatibus, & alijs Regalibus dignitatibus semper seruatur dictus ordo primogenituræ, & ita procedit lex Partitæ supra citata.

Vltimus casus est, Si proximior grauato non sit de familia testãtis, nullatenus succedit, & ita omnes citati fatentur.

Ex quibus apparet, in præsenti decisione malè iudicasse Senatum Supplicationum, dum in fidei commisso, & anniuersario à trãsuersali in transuersalem clericũ fundato, & suis proximioribus semper vocatis, nulla alia substitutione per viam primogenituræ facta, excluſit proximiorẽ testatori, reprobata sententia alterius Senatus, nisi ex sua lege Lusitaniæ & particulari consuetudine moti sunt. Sed tamen illa lex, etiam prædictas patitur interpretationes, quæ omnia, censura melius sentientis semper salua, dicta sint, & sic ad honorem diuini nominis manet hæc quæstio resoluta melius & copiosius quám vllus ex Hispanis scribentibus eam resoluerit.

## Additio ad Decisionem Octauam.

NVm.1.ibi, *Communis est opinio.* De hac opinione, an pater possit præiudicare filijs in emphiteosi acquisita pro se & filijs, vide quæ diximus ad decisionem quintam nu.7. & vltra Velascum, Caldas, Turretum, & alios ibi per me allegatos, vide Menoch. cons. 162. num.1. & 4. & cons. 155. à num. 25. & cons. 158. à num. 58. lib. 2. & cons. 61. à num 21. lib. 1. & melius cõs. 309. lib. 4. per totum, & cons 286. lib. 3. Ceph. cõs. 272. num. 30 & 152. num. 16 lib. 2. & cons. 12. per totum, & cons. 29. num. 18. lib. 1. & cons. 302 & 337 num. 16. lib. 3. & cons. 608. num. 32. & 594. num. 10 & 469. à num 104. lib. 4. vbi ex his colliges, veram esse distinctionem quam fecimus in dicta decisione, & de consuetudine vendendi emphiteosim in præiudicium vocatorum, de qua ibi mentionẽ fecimus, videndus est Bursatus, qui eleganter loquitur, consilijs 40. 82. 29. num. 1. lib. 1.

Num. 2. *Ad illud Barto. dictum, &c.* Contra decisionem Bart. in. §. Flauius, communis & verior resolutio est, quôd pactum adiectum in tertij fauorem, si illi ius sit quæsitum, non potest reuocari in eius præiudicium de consensu ipsorum paciscentium, de qua vide Menoch. cons. 191. num. 43. & num. 53. lib. 2. & cons 91. num. 75. lib. 1 & cons. 92. à num. 25. eo lib. & nu. 74. & cons. 388. à num. 34. lib. 4. Fab. Turret. cons. 61. Burgos de Paz cõs. 26. à nu. 8. Caualca. qui Gutier. Riminal. & alios allegat. de cis. 42. num. 16. part 1. Rolan cons. 19. num. 19. lib. 1 & cons 10. num. 37. lib. 3. Tessaur. decis. Pedemon. 70. Ceph. cõs. 12. num. 30. lib. 1. & cons. 302. à nu. 88. lib. 3. & cons. 440. num. 1. eo libro, & cons. 312. à num. 13. lib. 3. Rodericum Xuarez in repetitio. l. quod iã in prioribus, quæs. 8. per totam, de inofficioso testamento, & ibi Valoes in additione lit A. allegat Couar. Molin Menchac. Didac. Perezium, Dueñas Matieçum, Pelaez de Mieres, & Tellũ Ferdinandum, & alios regnicolas, & hodie ex

l. Regni

l. Regni 2. tit. 16. lib. 5. recop. non est de ea dubitandum, cùm ex stipulatione tertio quæratur ius irreuocabile, licèt nõ acceptauerit, vt latè probat Anto. Gomez in l. 40. Tauri à num. 29 Xuarez vbi supra, & alij quam plures quos allegant Azeue. in l. 2. tit. 16. lib. 5. recop. licèt ipse & Olanus, Molina lib. 4. de primogenijs c. 2. á num. 58. cum sequentibus contrariam opinionem teneant, imò semper requiri acceptationem absentis, & ante eã posse pœnitere donantem aut promittentẽ, & quod plus est, ipse Molina cum Curt. Alex. & alijs, absolutè putat, quòd etiam si notarius stipuletur pro absente, requiritur eius acceptatio, & ante eam nõ est perfectio contractus, ac per consequẽs potest reuocari ex pœnitentia donãtis, aut promittentis & si hoc verum est: absolutè ante acceptationem tertij, etiam si alius legitimè pro eo acceptauerit, vera est Bart. opinio, quam cum pluribus limitationibus. Aret. Alex. Socin. Iaſ & alij ibi sequuntur. Sed certè eius opinio, quam nec benè nec malè fundat sed solùm aliquibus allegationibus autorum contentus est, & dicit contrariam repugnare iuris principijs (licèt defenderit cũ pluribus Parisius cons. 77. lib. 1.) manifestè etiam in terminis iuris communis falsa est, nam licèt ex regula cõmuni alteri per alterũ actio vel obligatio non quæratur, id fallit, nisi notarius pro absente stipuletur, qui ex communi cõsuetudine alij ex vi officij publici acquirere potest, vt benè Bart. Alb. Ang. & omnes affirmarunt in l. 2. ff. rem pupilli saluam fore, & in l. neceſ. § eorum ff. de adoptionibus. Si igitur alteri notarius acquirere potest, manifestè sequitur, absenti sine cessione vtilem actionem ex stipulatione notarij esse acquisitam, & promittentem valida existẽte promissione, remansisse efficaciter obligatum, eiusque rati habitio solùm requiritur, vt vel ipse non repudiet, vel maneat etiam obligatus. Igitur non potest ius illud sibi auferri absque eius consensu, vt manifestè probat tex. in l. si pater. C. de pactis conuentis, & in l. fin. ff. de pactis, & in l. cum à socero, & ibi Bal. C. de iure dot um, & in c. si tibi absenti, de præbendis in. 6. & in l. si insulam. §. fin. ff soluto matrimonio, & in regula id quod nostrum, de reg. iuris ff. vbi Decius & Cagnolus plura concordantia allegãt: & plura alia iura allegat Anto. Gomezius vbi supra. Nec notata in l. absenti ff. de don. & in l. consensus. ff. de actionibus & obligationibus, & in l. 1. in fine ff. de contrahenda emptione, quicquã obstant, cùm loquantur in cõtractu inter absentes facto, nullo pro absente acceptantẽ, qui validus non est sine acceptatione absentis per literas & proprium nuntium facta, secus si notarius acceptaret. Nec obstat. l. qui absenti. ff. de acqui. possess. ex qua Molina colligit quòd qui absenti donat aut promittit, non aliter obligari vult, quàm eueniente acceptatione absentis, ad quam refert suam promissionem; id enim verum no est, nisi ipse exprimat, cùm purè & simpliciter se obliget, cuius obligatio resolutur & cessat, absente non acceptante, secus verò est quo ad possessionem admittendam in casu dictæ. l. qui absenti, nam quando quis suam possessionem alteri cedit, non eã simpliciter pro derelicto habet, sed alij cedit, vnde ex eius voluntate ita à se abdicat, si ad alium cui tradit perueniat, & ante ipse censetur habere, saltem ciuilem ex animo, quam alius absque apprehensione acquirere non potest, cùm talis acquisitio quid facti sit, & naturaliter acquiratur, obligatio verò & actio, iuris sunt, & legis ministerio, absque facto acquirentis, illi acquiri possunt, & iure naturali absque eius con-

consensu ab eo auferri nõ possunt: nec claudicatio contractus aliquid facit, scilicet quòd donatarius possit repudiare, & non donans post donationem, hoc enim est ex natura actus, nam inuito non confertur beneficiú, ex regula iuris, de qua per Cagnol. ibi (qui cõtra opinionem Molinæ tenet) at verò licèt inuitus, debet quis in obligatione quam iam fecit sistere, qui etiam volens fecit, & ex natura actus admittitur claudicatio contractus, ex tex. in l. Iulianus §. si quis á pupillo. ff. de actio. empti. notat additio. Bart. in l. cũ lex, in fine. ff de fideiussoribus, imò nec hic terminis paribus consideratis, contractus claudicat, nec vni permittitur qđ alij denegatur: multo magis falsa est in terminis iuris regij, de quo in d.l. 2. cũ ex eo semper alteri per alterum actio quæratur, & si acquiritur illi, nescio quomodò, si ipse ea velit vti, sine eius cõsensu ab ipso auferri possit, nec vlla acceptatio ibi necessaria est, licèt eam autores regni confingant, supradictis exceptis. Nec etiam Bart. opinio vera est, cùm ei manifestè repugnet tex. in l. quoties, in fine. C. de donationibus quæ sub modo, & lex Partitæ, quã Xtua rez allegat, cui ipse nullum bonum responsum accommodare potest, nam ꝙ ibi misceatur contractus innominatus cum nominato, ac proinde admittatur pœnitẽtia, vt in l. si pecuniam ff. de condictione causa data, mihi non satisfacit, quippe qui cogitem, duas ibi interuenisse donationes, alteram formalé in fauorem præsentis, alteram virtualem in prima inclusam in fauorem absentis: tùm etiam, quia cum cõtractus innominatus miscetur cũ nominato, fomentũ ab illo recipit, quemadmodùm, & pactum nudũ vestiebatur cohærentia contractus, cui miscebatur, & fomentum ab illo sumebat, ex l. pacta conuenta. ff. de contrahẽda emptione, vnde non debet ex pœnitẽtia reuocari, quemadmodùm si stipulatione roboratus esset, vt in. l. ex placito, de rerum permutatione. Præterea in contractibus innominatis solum re integra admittitur pœnitentia, vt in d. l. si pecuniam; at non video, quòd in casu d.l. quoties, res sit integra, facta donatione & re tradita, & sic ab vtraque parte contractu perfecto, amplius Imperatores, Diocletianus, & Maximianus in d.l. & in d.l. si pater, ex æquitate & contra iura antiqua, & decisionem tex. in. l. cũ res. C. de donationibus, de derunt vtilem actionem absenti: vana tamẽ & inutilis esset illa æquitas, si ad nutum concedentis aut donantis frustraretur: nihil tamẽ in rei veritate amplius contineret, quám si soli donanti ius esset acquisitum, quod ipse remitteret, vt in casu tex. in d.l. cùm res, præsertim cùm in donationibus iam tunc esset admissum, quòd quis alteri acquirere posset, actione in eius persona remanente, vt in d.l. cùm res, quemadmodùm fiebat in contractu mutui propter eius frequẽtiá, & singularia præcepta, vt in. l. certi condictio. §. si numos. ff si certum petatur, & ibi Aret. & omnes. Fateor tamẽ quòd ante dicta iura noua, vera fuisset opinio Bart. tũ quia alteri acquirere extraneus non poterat, tum etiam, quia si aliqua obligatio in donatione, ex pacto in fauorem tertij appositio resultaret, manebat in persona donantis, qui illud repudiare poterat, & ita procedunt. l. 3. & l. quæsitum, ff. de seruis exportãdis, & l. 2. C. si mancipium ita fuerit alienatum, vt manumittatur, vbi & amplius pactum manumittẽdi domini causa positum fuit, licèt in d.l. quæsitum, appositum dicatur amborum contrahentium causa, & ideò non potuisse remitti ex sola donatoris pœnitẽtia: quod ad illum tex. diuinatorium est, & verius mihi videtur,

vt

vt iura iuribus concordemus, quòd in casu illius tex pœnitente venditore,& manumisso seruo ab emptore, nulla actio ex vendito poterat ipsi venditori dari; tùm quia illa cessabat pœnitente venditore, in cuius fauorem pactũ appositum erat, aut seruo manumisso, etiam contra venditoris voluntatem; quia cũ act o exempto daretur ad implendũ id quod in contractu conuentum fuerat, non poterat ibi dari, quia cùm pœnitentia & manumissione cõtractus extinctus erat, nulla actio ad dictum implementum dari poterat: non tamen aperit Iurisconsultus an alia actio detur contra emptorem manumittentem, quia aliud genus negotij erat, de quo non agebat, sed solùm de actione exempto. Nec mireris, quomodo ex contractu aut pacto in fauorem serui nascatur actio, vt in casu tex. in d l. si pecuniã §. 1. etiam fundata in domini persona: nam id ob libertatẽ est, aut quia traditio actũ naturalem continebat, in qua valet pactum in fauorẽ tertij appositum, vt in l. ea quæ ciuiliter. ff. de acquir rerum dominio, quam sic intelligit Couar. l. c 14. col. 2. Nec opus est ad illorum iurium interpretationem, recurrere ad naturam contractuum innominatorum, vt scribentes ibi aduertũt, & in d. §. Flauius, nec dubitare, an aliqua actio seruo, vel officiũ iudicis esset quæsitum ex illo pacto, vt Couar. Socin. & alij in d. §. Flauius dubitant; verius est enim, ante mortẽ domini nullam actionẽ nec ius seruo quæsitum, licèt eo mortuo, cùm iam pactũ ab eius hærede reuocari non posset, nil mirum si saltem officiũ iudicis pro libertate adipiscenda illi quæratur: & ita procedit tex. in d. § Flauius, iuncto tex. in d. l. 3. & l. 1. ff. qui sine manumissione. Nec etiam pro Bart facit. l. si pater. ff. de manumissis vindicta, cùm ibi filius ex patris permissione & mandato, & non per viam alterius contractus & obligationis, libertatem seruo dare debebat, vt glo. ibi explicat, quam Bened. de Plumbino ibi sequitur: at verò mandatum cessat mandantis voluntate cessante.

Vides igitur ex his, nec Bart. opinionem esse veram, quæ iudicando & consulendo non seruatur, nec aliam Molinæ & Regnicolarum dicentium, in pacto pro absente interposito requiri acceptationem, & ea non facta posse reuocari ante acceptationẽ, nec sufficere notarij stipulationẽ: hæc enim manifestè legibus & rationi naturali repugnant, & legi regni. 2 d. tit 16. Et in hoc quod de notario dicit Molina, infiniti contradicũt, quos videbis cõgestos per Iuli. Clar. qui contrarium tenet lib. 4. sententiarũ §. donatio quæst. 12. & 13. latissimè per Rolan. a' Valle cons. 19. lib. 1. per totum & per decisionem Pedem. 32. Rimi. Iun cõs. 112. à num. 238. lib. 1. Menoch. cons. 92 num. 76. lib. 1. Ceph. cõs. 33. lib. 1. Anto. Gabriel in suis communibus, conclusio. 5. tit de donationibus, Port. Imolensem cons. 176. num. 15. lib. 1. & alios infinitos cõgerit Ioan. Botta cons. 58. à nu. 23. lib. 1. & cõmunistæ omnes lib. 8. communium tit. 32. num. 73. & 75. & 80. 81. 82. & ego contra dictas opiniones semper cõsulerem, & iudicarem, nisi absens esset in tanta mora acceptandi, quòd res derelicta videretur: vt in d l. absenti notatur, & pluries sic vidi iudicatum, licèt Molina & alij de contraria praxi testẽtur, quæ certè, nulla mora existẽte acceptare debentis irrationabilis praxis est, si est de quo dubito.

Num. 6. ibi, *L. cùm à matre.* Quando filius hæres patris aut matris possit venire contra alienationem factam á patre vel matre de bonis fidei commissi, maioratus, emphiteosis, aut alijs vinculatis, & de intellectu dictæ. l. videndus

est

est latè Pinelus in.l. 1. parte. 3. á num. 92. cum sequentibus. C. de bonis maternis, & Molina de primogenijs lib. 4. c. 1. á num. 16. Burgos de Paz cons. 34. á num. 38. & 14. num. 71. & 40. num. 5. Valdes ad Xuarez in l. quoniã in prioribus, ampliatione 7. lit. E. cum sequẽtibus, vbi solùm autores allegat. Aluarus Valascus consultatione. 69. per totam, Menoch. cons. 274. à num. 60. & 203. num. 25. & 231. num. 2. & 264. nu. 19. lib. 3. & cons. 89 lib. 1. Rimin. Iuni. cons. 23. à nu. 34. Bursat. cons. 49. & 3. & 82. lib. 1. Cephalus cons. 532. á num. 20. lib. 4. Fabius Turretus cõs. 10. á nu. 13. lib. 1. vbi infinitos allegat. Hieronymus de Portoles in tract. de consortibus, & fidei commissio legali. c. 23. per totum, Matien. in. l. 7. glo. 1. à num. 66. tit. 2. lib. 5. recopil. Boeri. decis. 23. Caualca. in tract. de vsu fructu mulieris, á num. 98. Roland. cons. 71. à nu. 36. lib. 2. & cons. 30. num. 29. & 34. á num. 71. lib. 4 Greg. Lopez in. l. 24. tit. 15. par. 5. versi. *entonce*. Bursat. cons. 173. a num. 64. lib. 2. & hi alios infinitos allegant. Idem facit Tiraq. in tract. de retractu lib. 1. §. 1. glo. 9. à num. 50. & communis resolutio est, quòd hæres absque beneficio inuentarij non potest rescindere alienationem â defuncto factam, nec venire contra eam, etiam in bonis fidei commisso, aut alij vinculo suppositis; respectu tamen bonorum feudalium, aut de emphiteosi ex pacto & prouidentia, & non hæreditariorum, nec de feudo aut emphiteosi hæreditaria, quæ alienari non possunt, ne cõtingat alienatio, licèt dissensio sit inter autores, verius est, quòd potest contrauenire, offerendo damna & interesse; & idẽ in bonis maioratus existimat Molina vbi supra: quod mihi admodùm rationabile videtur; in emphiteosi verò quæ vendi potest etiam domino requisito, vel ex pacto vel ex cõsuetudine in præiudicium successorum, idem iudicandum est quod de emphiteosi hæreditaria. De hærede verè cum beneficio inuentarij maxima cõtrouersia est inter autores, & magis communiter concludunt, quòd in alijs bonis, exceptis supradictis, non potest contrauenire pro rata bonorum quæ à defuncto habuit; & ita existimant Bal. Paul. Corne. Ias. & alij in. l. fi. §. in computatione C. de iure deliberandi, & alij quos supra citati referunt: & licet hæc opinio, quia communis est, & quam ferè omnes tenent, tenenda sit iudicãdo & consulẽdo, mihi tamen suspecta videtur; nam si per tex. in d. §. in computatione, hæres ex beneficio inuẽtarij, remanet creditor defuncti, vt antea erat, nec actiones confunduntur, & habetur ac si nõ adijsset, ipseq; creditor defuncti sit respectu rei alienatæ, non video quare non possit contrauenire, vel soluendo interesse, vel dimissis bonis hæreditarijs. Nec me cogit regu. Quem de euictione, &c. nam ea cessat dimissis dictis bonis, quibus dimissis, ex beneficio inuẽtarij non tenetur amplius de euictione, ex d. l. fin. §. & si præfatam. Nec etiã obstat regu. Ex qua persona, de qua doctores loquuntur, nam non militat lucro dimisso. Nec representatio, quæ magnam vim autoribus facit, plurimũ nos mouet: quippe quia licèt nomine & figura appareat, & in aliquibus maneat in cõmodum hæredis qui adiuit cum beneficio inuentarij, & in eius damnum, si hæreditatem dimittere non vult, attamẽ quoad realem effectũ sublata est ex d. tex. si hæres ex ea aliquod damnũ patiatur: vnde probabilis videtur opinio Alberici in d. §. qui propter interesse rei alienatæ concessit hæredi contrauentionem dimissis bonis, aut interesse euictionis soluto: quod dictum notabile Molina vbi supra dixit. Quidquid tamen sit, nisi

magnum

magnum hæredis ex non contrauentione dānum appareat, aut publicum versetur interesse in conseruatione familiarum, vt in feudis & maioratibus, tenenda est cōmunis opinio, aliàs non, bonis dimissis.

Num. 8 ibi, *Quasi testis affuit.* Nota, quòd ex præsentia ratione officij aut testimonij, non inducitur cōsensus: vi de Tiraquell. de retract. lib 1. §. 1. glo. 9. á num. 141. Anto. Gabri. lib. 3. communium, tit. de rerum alienatione, cōclusione. 2. num. 1. &. 2. Menoch. cons. 58. num. 6. lib. 1. Portoles in tract. de consortibus. c. 49. á num. 9. ibi, Nō tollitur ius de futuro: hoc dictum falsum est, & contra notata per omnes in. l. 1. C. de pactis, & in. l. filius familias. §. diui. ff. de leg. 1. & in. l. quoties ab omnibus. C. de fidei cōmissis, latè Portoles vbi supra num. 3. & allegationes Gāmæ non loquuntur in hoc casu, nec eas inueni, quod verius est.

Ex quibus omnibus patet, quòd bene iudicauit Senatus in hac decisione, rescindendo alienationem à patre factam in emphiteosi de prouidentia, si ipse non erat hæres.

## Additio ad Decisionem Nonam.

NVm. 1. Quærit Gāma in tota hac decisione, an in successione ascēdentium descēdentibus, fiat distinctio & separatio bonorū, scilicet vt ascendentes ex linea paterna, succedant in bonis quæ à patre, defuncto prouenerunt, aut ab alijs ascendentibus ex dicta linea, exclusis ascēdentibus ex linea materna: ascēdentes verò ex linea materna sortiantur bona quæ ex illa linea defuncti contigerunt, exclusis paternis ascēdētibus: & refert duas opiniònes contrarias. Primam Bart. partem affirmatiuam tenētis. Secundam Bal. negātis, imò quòd qui sunt in pari gradu, æqualiter succedāt, omni bonorum separatione postposita. Bartolum sequūtur, licet dubitādo, Paul. ibi, & in authentica itaque. C. cōmun. de successionibus. Alberic. ibi, & sequūtur Imola, Roma. & Ias. in. l. post dotem. ff. soluto matrimonio, tenuit ipsemet Bart. in d. l. post dotem, in fine, & cons. 18. sequuntur etiam Alex. Nouellus, Oldēdorpius, Ang. Marcus, Perusinus, Guillermus Benedictus, Roman. cons. 40. Chassanæus & alij quos refert Tiraq. in tract. de retractu. lib. 1. §. 14 glo. 2. â nu. 12. & Matien. in. l. 1. glo. 3. á num. 17. tit. 8. lib. 5. recop. Sequitur etiam Vincentius Frācus decis. Neapolitana. 59. num. 5. par. 1. & Franciscus Viuius decis. 173. in principio, & sequuntur Rubeus, Gerardus Mulert. Montanus, & alij quos refert Michael Crassus in suo sententiarū lib. §. successio ab intestato, quæst. 22. á nu. 5 sequitur eam Ioan. de Monte Sperello cons. 97. num. 1. 2. &. 3. Bald. sequuntur Salic. Corne. & alij in. l. quod scitis. C. de bonis quæ liberis, idē Corne. & Benedictus de Perusio cons. 7. lib. 3. & cons. 94. lib. 1. & in alijs consilijs relatis á Crasso vbi supra, sequuntur etiam Bologninus, Valentinus Forester, Grauet. Mattheselanus, Anto. Gabriel, Menchaca, ab eodem Crasso relati qui & hanc opinionem sequūtur & magis communem appellāt. Sequuntur Petrus a Bellapertica, Cynus, Fulgo & alij in d. l quod sciti s, Cumā. Ang. Aretin. Nicolaus de Vbaldis, Castellus, Couar. Greg Lopez, & alij allegati à Matien. vbi supra, & cum Villalobos sequitur Azeue. in d l. 1. num. 5. d. tit. 8. lib. 5. recop. Autores huius regni pro hac secunda opinione allegant l. 4. tit. 13. par. 6. quæ mihi id non probat, sed solùm generaliter loquitur, scilicet quòd fratres, vel ascendentes, succedūt descendētibus & fratribus æqua-

liter

liter ſecundùm paritatem gradus, ſiuè ſint ex parte matris, ſiuè ex parte patris: ſed cùm lex generalis, per legẽ ſpecialẽ ſolet limitari, ſi contrarium de ſeparatione bonorũ in caſu particulari, quòd concurrent aſcẽdentes ex vna & alia parte, eſſet per aliquam legem diſpoſitum, non tolleretur illa lege, quem admodũ non tollitur in fratribus, imò per aliam legẽ Partitæ illius tituli, ita eſt diſpoſitũ: quam reſponſionem, qui Bartoli opinionem defenderunt, tradiderunt ad auth. defuncto. C. ad Tertul. quæ abſq. vlla diſtinctione & ſeparatione bonorum, ſed ſimpliciter & generaliter, admiſit aſcendentes pro æquis partibus, in pari gradu exiſtẽtes, ad ſucceſsionem deſcendentium. Allegant etiam d. l. 1. quæ erat l. 6. Tauri. ibi, *En todos ſus bienes, de qualquier calidad que ſean*, & ibi, *Saluo en las partes do ſe acoſtũbrare*, &c. quæ magis facere videtur, cùm generaliſsimè, nõ facta diſtinctione bonorũ, admittit aſcẽdẽtes, nec cõſiderat truncũ, aut ſtipitẽ, niſi vbi ſit cõ ſuetudo, & ſic manifeſtè videtur excludere opinionẽ Bart. qui truncum maternum & paternum conſiderauit. Sed & hæc lex etiam non apertè huic opinioni fauet, cùm generaliter loquatur, & poſsit verificari in aſcendẽtibus, vel reſpectu tranſuerſalium alterius trunci, vel aſcendentium ſuperiorum alterius trũci: & limitari, quando aſcẽdentes diuerſæ cognationis concurrerent in gradu æquali: vt etiam in fratribus diſpoſitum eſt, ſecluſa illa conſuetudine. Nec vnitas patrimonij etiam facit, quia illa potuit à lege ſeparari, prout ſeparatur reſpectu creditorum vtriuſque patrimonij ex beneficio iuris deliberandi, & ex tit. ff. de ſeparatione bonorum. Nec rationes quas pro Bartolo Romanus adducit, aliquid concludũt: nã ſolùm ex ſimilibus arguit, propter quæ, ſi lex expreſsè nõ diſponat in caſu tam exorbitanti, non eſt recedendũ á regula generali dictarum legum, vt qui contrariam opinionem ſequuntur affirmãt. Reſtat igitur, quòd totũ negotiũ nobis facit text. in d. l. quod ſcitis, quẽ Bart. pro ſe allegat, & hoc modò inducit, ſcilicet quòd in ſecunda parte, ibi, *Tam patre, quám auo paterno*, intelligatur de patre vxoris, matris nepotis defuncti, de cuius ſucceſsione agitur, qui eſt ſuus auus maternus, & de auo patre patris ipſius nepotis, qui eſt ſuus auus paternus, & ſit totius legis ſenſus, q; filia familias nupta illo tempore nõ acquirebat proprietatem rei ſibi à marito vel ſocero propter nuptias donatæ, ſuo patri, in cuius poteſtate erat, ex l. 1. & 2. illius tituli, nec etiam maritus dotem vxoris, quæ in aliquem euentũ ex pacto ſibi acquirebatur, etiam ſi ipſe filius familias ſub poteſtate patris eſſet: quod cõfirmat & ãpliat Imperator, ſcilicet quôd non ſolũ non acquirant iſti filij familiàs ſuis patribus, ſed etiã ſi moriãtur relictis liberis, non capiant illi patres bona illorum ex modis dictis prouenientia iure peculij, vt tempore magis antiquo ob patriam poteſtatem capiebant ex l. 2. ff. de caſtrenſi peculio, & ibi glo. ſed filij filiorum, ſcilicet nepotes illorũ, hæreditent, & per legitimam ſucceſsionem ſui patris capiant. Ita tamen quòd illi nepotes aut nepos non ſit peioris conditionis quàm pater, ac per conſequens, non re acquirat auo paterno, in cuius poteſtate eſt (quod pater non faceret) propietatem relictorum, ob patriam poteſtatem. Poſtea autem in ſecunda parte, licet ſub eodẽ genere, aliquo modo Imperator mutat caſum, & extendit dictam ampliationem, vt non ſolùm nepotes ſuis patribus ſuccedant in bonis aduentitijs, de quibus lex. 1. & 2. loquũtur, ſed etiã ſi ipſi morientur, non capiat ab eis auus iure peculij, ob dictam

patriam

patriam poteſtatem, ſed ſibi ſint hæredes in prouentis á matre, & á matre lucratis, auus maternus, & in alijs paternus; itaque lex illa voluit cõtinuari de patre in filios naturam aduẽtitiorum, faciẽdo ſemper bona libera, & nõ ſubiecta patriæ poteſtati, quo ad propietatem: & vt mutatio caſus, & extenſio extra caſum primæ partis, quæ de dote & donatione loquebatur, legi non diſconueniat (nec aduerſetur verbum, *ſin autem idem nepos*, quod omnimodã facti ſimilitudinem inducit) in vtraq; textus parte, tollit á textu verbũ Idem. Sed non debuiſſet tollere, quia, vt bene Nouellus aduertebat, ſufficit identitas in aliquo: at verò in dictis legibus de dote & donatione & bonis aduentitijs agitur, nimirum etiam; ſi illa lex quæ ſe ipſam ad præcedentia continuat & extendit, etiam ad omnia extendatur, etſi in prima parte ſit ſpecialis, in ſecũda ſit generalis, comprehẽdens dotem & donationem & aliquid amplius, ac proinde elegantem extenſionẽ ad primam ſui partem facit toto titulo congruentem. Hæc ergo eſt explicatio caſus Bartoli, á nullo vnquam ita facta, & in gratiam ipſius adijcimus, quod tex. in prima parte loquitur de filijs familiàs, & de rebus ipſis acquiſitis, & de patribus eorum, quibus dicit non acquiri quo ad proprietatẽ, nec eis defunctis, eos capere iure peculij, ibi, *Non ad patres iure peculij &c.* Præſupponit ergo tex. filios familiàs defunctos viuis patribus & tunc dubitat, an capiant iure peculij: & reſpondet quòd non, imò nepotes debent ſuis patribus ſuccedere. Bona igitur erit eiuſdem materiæ cõtinuatio, ſi etiam in ſecunda parte, ſeruato ordine caſus, dicamus eos defunctos, ac tunc de auis loqui debet ac intelligetur verbum, Patre, quemadmodùm Bartolus intelligit; & quéadmodùm intelligitur in principio tex. Bartolus ad ita intelligendum motus fuit, quia Accurſius ita videtur intelligere in ſuis gloſſulis, ibi, Proſequitur in filia lucrante; & ibi, Tam patre lucrantis, & ibi, Ex matre lucrata, & ibi, Auo paterno lucrantis, admittit enim quòd ſemper ille tex. loquatur de filia familiàs nupta & mortua, in poteſtate patris relictis filijs, quæ ex pacto lucrata fuit donationem propter nuptias, & quòd de eius patre loquitur tex. & non de patre nepotis, de cuius ſucceſſione agitur, & ſic de auo materno: ex quo confirmatur Bartoli opinio, & quia ſi tex. loqueretur de patre nepotis, præſupponendum eſſet, vxorem ante eum mortuam, quæ etiam ex pacto lucrari non poſſet dictam donationem; quia non valet pactum, vt vxore prædecedẽte, ipſa talem donationem lucretur: quemadmodum non valet, quòd prædecedẽte marito, ipſe lucretur dotem, ex l. 2 ff. de pactis dotalibus. Sed hic intellectus Bartoli, manifeſte falſus eſt, & illi legi repugnãs: tum quia ſi in ſecunda parte tex. ageret de auis ſuccedentibus nepoti, ſatis incongruè vnum appellaſſet patrem, alium auum paternũ, cùm melius dixiſſet, auo materno & paterno, ne in æquiuocationem & dubiũ lectores inijceret: tùm etiam quia in ſecunda parte tex. non loquitur niſi de nepote & de eis ſuccedentibus & ſemper omnia verba ad nepotẽ refert, ibi, *Sin autem idem nepos, ſuperſtitibus*, tam patre, quàm auo paterno: vnde cum cõtinuatio debeat eſſe ad proxima illi, ablatiui determinantur ab oratione immediatè proxima, ſcilicet idem nepos, & ſic à nepote: & ibi, Ad patrem eius, ſcilicet nepotis, quia de nullo alio accommodatius & congruẽtius intelligitur relatiuum, eius, quod refert ea de quibus agitur, & ſic nepotem, de cuius ſucceſſione ſolùm agitur in illa ſecunda parte: tùm etiam illa ſecunda pars con-

continuatur ad primã per verbũ Idem: at in prima & legibus præcedentibus agitur de filijs habentibus aduentitia bona, quæ patribus non acquirũtur, & extendit, vt etiam ipſis ſuccedant filij, & non patres: qui ſunt patrum ipſorũ nepotes: & continuando ampliat, vt non ſolùm in his nepotes ſuccedãt ſuis patribus, ſed etiam patres his, & non auus paternus, quia ſemper manẽt bona aduẽtitia: de auo verò materno verbum nullum: tum quia nihil decideret Imperator reſpectu filij familias, de quo ſemper agitur in tit. de bonis quæ liberis, & non de nepotibus, nec auis, niſi in ordine ad filios familias: tùm quia eſſet reprehenſione dignus, ſi nomine ſolito eum non nominaſſet; vnde cùm de filio agatur, & de eo ſemper dubia proponantur, intelligendum eſt, quòd de eo ſemper in prima & ſecũda parte loquatur, & in prima eum appellauit filiũ reſpectu ſui patris, in ſecunda patrẽ reſpectu nepotis ſui filij: auũ ſemper paternum eodem nomine nominauit: & non ſine myſterio in ſecũda & prima parte ſemper dixit auo, quia in prima propter patriam poteſtatem aui paterni, in qua inuenitur nepos patre mortuo, videbatur, illi res acquirendas, quod negat: in ſecunda eo viuo, nepote mortuo, videbatur auum iure peculij ei debere ſuccederẽ, vt patri ſuo, nonque ipſe pater, cum filius familiãs ſit: cuius contrariũ decidit, eximendo filium patrem ab auo ſuo patre, quoad propietatem bonorum aduentitiorũ: quod cœperat facere in legibus præcedentibus. Nec obiectio Bart, quidquam obſtat, nam contrariũ Accurſius tenet in glo. ex matre, & omnes ſupradicti; eſt namque magnũ diſcrimen in dote & donatione: nam in dote nullum pactum admittitur, per quod deterior conditio dotis & vxoris fiat, ipſaque indotata maneat; ſecus vero in donatione propter nuptias in dãnum mariti, qui ea non indiget. Non tamen curo de eo quod contra Barto. obijcit, ſcilicet quòd ſi de auo materno loqueretur ille tex. nõ reſeruaret vſum fructum bonorũ a' matre peruentorũ auo paterno, cùm imò haberet auus maternus, quia mater fuit ſua filia familias, & eius morte nõ amittitur vſus fructus: vt glo. generaliter in omnibus hîc, & in l. 2. C. de bonis maternis, determinat, & eſt tex. in l. ſiquis, vel ſi qua in fine C. ad Tertull. & hic ſuo patri pertinebat: nam contrariũ verius eſt ex d l. quod ſcitis, quomodocunque intelligatur, ſemper enim auos viuos præſupponit, vt conſtat ex principio: & cõtrarium tenuerunt. Paul. & Corn. in d. l. ſiquis, & ſequitur Socin. Iunior conſ. 124. num. 5. lib. 2. licẽt contradicat Pinelus in l. 1. parte. 1. num. 40. C. de bonis maternis, Matiençó in. l. 9. glo. 1. num. 7. tit. 1. lib. 5. recop. Nec contrarium probat dicta l. ſiquis, in fine, quæ generaliter loquitur, & in ſpecie de noſtro caſu verbum nullum, imò id mihi apertè probat tex. qui in contrariũ ſolet allegari, in l. ſancimus, in fine. C. cõmunia de ſucceſsionibus, vbi vſus fructus rerum maternarum patribus filiorũ reſeruatur, nec curatur de auis maternis, imò & de nepotibus loquitur ille tex. ſaltẽ non facit pro contraria parte, cùm generaliter etiam loquatur; idque admodũ rationabile eſt, nam cum nepos ſit in poteſtate aui paterni, & non materni, & bona ipſi acquirantur, etiam per eum debet vſus fructus auo acquiri; & non ſine myſterio dicta lex ſemper de auo paterno loquitur. Nec Accurſius aliquid pro opinione Barto. vrget, cùm, vt ex eius gloſsis colligitur, alio modo tex. illum intelligit, ſcilicet vt ſemper loquatur in filia lucrante, & quæ deceſsit ſuperſtite filio nepote, & ſuo patre auo nepotis, & ſuo

auo

auo proauo nepotis, & tunc admittat partem ad successionem nepotis, vt proximiorem respectu proaui, non curando de patria potestate proaui, nisi solùm circa vsumfructum; & ita tunc cessant prædictæ omnes difficultates, quas contra Bartolum obijciebamus, & ipse obijcit contra intellectum, de quo reprehendendo Bart. agebamus: & consonat verbum, Idem, quia semper agitur de eodem nepote, & de eadem filia in sacris decedente, & de eodem patre, & eodem eius auo paterno, respectu matris, cui reseruatur patria potestas respectu vsusfructus, quem habebat in bonis nepotis ex linea materna ob filium suum auum maternũ nepotis, & filiam eius suam neptem, qui ex successione nepotis non debebat sibi tolli, postquam acquisitus erat, & proprietas patri filiæ, auo materno nepotis, reseruatur ob rationes dictas: & qua soluta erat à dicta patria potestate, respectu acquisitionis & successionis ex dicta lege & præcedentibus, & quia ipse proximior erat: & sic etiam consonabit id qđ Accursius in. l. 2. & 3. glossis dixit á verbo, *acquirendæ*, & glo. verbo *ad patrem*, ibi, *Qui proximior est*. quæ non consonaret, si de auis intelligeretur tex. cũ in pari gradu essẽt, nec vnus esset proauus morientis, vt glo. verbo *auo paterno*, dixit, & sic Accursiũ intellexerunt Corne. & alij, & hic est eius intellectus satis probabilis, sed certè nõ consonat verbis tex. vt supra ponderatis: vnde verus intellectus ex his tribus mihi videtur esse, quẽ supra diximus, scilicet, quòd tex. in. 1. & 2. par. semper loquatur de filia familiás defuncta cũ liberis, & ex pacto lucrata donationẽ, aliaque bona habente, & in nepote ei succedẽte, posteaq; defuncto, viuo patre suo & auo paterno: cui ex illo tex. nouiter decidente, auus paternus non succedit iure peculij, quemadmodum nec eius patri succedebat ex noua primæ partis decisione, semper auo vsufructu reseruato, ac proinde noua illa decisio ampliet, quæ in alijs decisionibus proximis statuta erant, bonaq; omnia materna libera faciat a nexu patriæ potestatis respectu propietatis. Et secundũ hoc ille tex. hodie in his regnis, statibus regijs legibus eximentibus filios á patria potestate per matrimonium, eiusq; vsumfructũ cõcedentibus de nihilo seruit, cùm iã nec auus nepoti in vsufructu, nec in propietate possit succedere, patribus viuẽtibus: secundũ verò Bart. intellectũ etiã hodie magnum nobis negotiũ faceret, sed verus nõ est, vt dictũ est. Remanet igitur Bart. opinio omni auxilio, & fundamento destituta, quæ certè in praxi æqua est, & quæ deberet seruari iudicãdo, & cõsulendo, & pro lege stabiliri, & in multis tribunalibus audio in praxi seruatã, licet in hoc regno non existẽte particulari cõsuetudine trũci malè seruaretur ex supra adductis: eam nouissimè tuetur, & defendit Præses Anto. Tessau. decis. Pedemon. noua. 27. per totam, & secundú eam dicit iudicatũ, & Hierony. Gabr. cõs. 136. & magis cõmuniter, vt audio, practicatur: nõ extenditur tamen vltra ascẽdentes prioris gradus, vt per Hieronymum Gab. vbi supra. Gamma verò hic, titubans opinionem Bart. sequitur, & insinuat nobis in suo regno seruari, licẽt eam limitet, & in omnibus dubius sit: & Galliæ seruari insinuat Tiraquellus vbi supra, & Cantabriæ etiam seruatur, vt constat ex. l. 8. titu. 21. fori, de Vizcaya, & Sepulucdæ & Aragoniæ, & alijs locis vbi est consuetudo, vt bona ad truncũ redeant, imò & Neapoli, vt Viuius & alij testantur, & quod magis est l. 10. fori, titulo De las herencias libro. 5. fori hanc Bartoli opinionem confirmat, quam dicit practicari Castellus

in d.l.6. Tauri, licèt cõtradicat Couar. in locis per Azeu & Matien. relatis tãdem Bart. opinio æquissima est, & absque vlla lege vel fundamẽto debet seruari iudicando & consulẽdo, & ego intrepidè eam seruarem, salua alia praxi, & melius sentientis censura.

Num. 2. ibi, *Aut ergo opinio Barto. est falsa, &c.* Parcat mihi dominus Gamma, quia Pauli declaratio in d. l. quod scitis, vera est, existente Bartoli opinione vera, nam Bartolus omnia bona materna defert auo materno; & iudicat bona materna, ea quæ ipsa mater habuit à marito suo, & id clarè probat dicta. l. quod scitis, in quocunque sensu intelligatur. Imò etiamsi Bart. opinio nõ sit vera, vera est declarario Pauli; nec ea tollit quin etiam alia bona matris ab antiquo sibi prouenientia, materna dicantur in retracta, ex. l. 70. Tauritũ sequentibus, recopilata in Regia recopilatione tit. 11. lib. 5 & ex ll. fori, res patrimonialis appellatur, quam ipse pater primus habuit, si tempore mortis inter sua bona relinquat, & de hoc dubitandum non est.

Num. eodem Gamma dicit, quòd in suo casu ob consuetudinem cõmunionis bonorũ inter virum & vxorẽ, quam nos habemus, iudicauit bona nepotis, quæ a suis patribus sibi obuenerũt promiscuè paterna, & materna, ita q̃ paterna essent materna, & materna paterna, & per consequẽs vnum patrimonium, etiam in vita patrum nepotis, & sic nulla distinctio debet fieri inter auias paternam & maternam secundùm Bart. opinionem, quam in hoc casu limitat: sed cùm tanta vnio & commixtio fiat, bonis vtriusque ad nepotem peruẽtis, & adita hereditate, & nihilominus in multis casibus admittatur separatio bonorũ, vt dictum supra est, vana fuit & futilis consideratio Gammæ, & si in suo regno & tribunali seruata fuit in pluribus casibus Bart. opinio, ipse & alij coauditores, qui illũ sequuti sunt, male iudicarũt in hac decisione, contra Ioannam de Pauia auiam paternã, non adiudicando illi bona, quæ patri nepotis ex sua parte peruenerũt, temere ab opinione Bartoli recedentes, meliusque alij, quorum ipsi sententiam reuocarũt, arbitrati sunt.

## Additio ad Decisionem X.

NVm. 1. Vtrùm remedium. l. 2. de rescind. vend. habeat locum in transactione, videndi sunt scribentes in d.l. 2. & in locis á Gãma hic allegatis, maximè Pinel. & Menes. in d.l. 2. Matienço in. l. 1. tit. 11. lib. 5. recop. & ibi Azeue. nu. 5. Communistæ lib. 4. cõmunium t.t. 30. á num. 28. Gutier. qui autores huius regni, qui de hac quæstione loquũtur, refert, lib. 2. practicarum, quæst. 141. Ceph. cons. 496. nu. 8. lib. 4. Sfortia de restitutione par. 2. q. 66. art. 4. & cõs. 37. à nu 60. lib. 1. Vincent Frãcus decis. 159. nu 6. part. 1. latissimè & melius quàm alius Rolan. Valle cons. 28. lib 4. per totum. Aluarus Valascus consultatione. 18. nu. 8. Vera & magis communis resolutio est, & quæ ob maximam æquitatem seruatur iudicando, & consulendo, quòd si considerato dubio euentu litis secundùm tempus transactionis factæ, enormissima læsio vltra dimidiam iusti pretij resultet, habeat locum dictum remedium, maximè si transactio dolo malo sit facta, quod præsumitur ex enormissima læsione; si verò vel transactio bona fide facta sit, & tempore contractus læsio non appareat, licèt expost facto appareat ex instrumentis nouiter repertis, vel læsio appareat respectu quantitatis vt sic, non verò eiusdem cõiunctæ dubio euentui litis, tũc vt lites finiantur, non est locus dicto remedio, & ita est intel-

intelligẽdus tex. difficilis in. l. Lucius. §. fin. & ibi glo. & Imol. ff. ad Trebell. cui addes tex. qui in eisdẽ terminis loquitur, in l. sub prætextu. 2. C. de transactionibus, & sic debẽt limitari iura quæ generaliter loquũtur, in. l. in suma. ff. de cond. in deb. & in l. quòd si deferẽte. ff. de dolo, & in. l. 34. tit. 14. part. 5. & pro hac resolutione facit tex. in d. l. 1. qui cõcordat cũ lege Lusitaniæ á Gamma hic allegata, secundùm quam iudicatũ est ín hac decisione, & benè.

## Additio ad Decisionem XI.

NVm. 1. & 2. De legitimatis & dispẽsatis, & an possint dicere testamẽtum patris nullũ, in quo præteriti sunt, & quis dicatur legitimatus, & quis dicatur dispensatus, & de materia huius decisionis vidẽdus est Rojas in tract. de successionibus ab intestato. c. 23. & 15. & Couar. in. 4. 2. part. c. 8. §. 8 nu. 2. Iul. Clar. lib. 4. sentẽtiarũ. §. testamentũ q. 84. & q. 31. Matien. in. l. 10. glo. 1. 2. & 3. tit. 8. lib. 5 recopil. & glo. 5. & 7. Azeue. in d l. 10. á nu. 15. Moli. lib. 3. de primogenijs c. 3. á nu. 38. Tellus Fernan. in. l. 12 Tau. Emanuel Costa in. l. Gallus. §. & quid si tãtũ par. 2. á nu. 152. Icã. Gar. in tract. de nobilit. glo. 21. per totã, maximè á nu. 75. cũ sequẽtibus, Gutierrez de Placẽtia in repet. §. sui instituta. de hæred. qualitate á nu. 177. Anto. Tessa. in suis decis. Pedemon. nouis decis. 84 Francis. Viuius decis. 213. lib. 2. Hipp. Rimi. Iun. cõs. 46. & cõs. 21. num. 47. & cõs. 79. á nu. 27. & 108. nu. 10. lib. 1. Bursat. cons. 10. 17. 76. 18. & cons. 15. & 85. & cons. 1. nu. 27. lib. 1. nouissimè Marcus Anto. Euge. Perusi. cons. 52. & cõs. 53. & cons. 57. lib. 1. in quibus consilijs latissimè de hac materia agit: agit etiã Michael Crass. in suo libro sententiarũ verbo successio, q. 19. á nu. 9. & vide Caldas in tract. de nominatione emphiteotica, q. 21. per totã, & Burg. de Paz in l. 3. Tau. par. 1 conclusio. 2. á nu. 307. cũ sequẽtibus, nouissimè & latissimè Sfortia cons. 1. per totũ, & cõs. 16. lib. 1. Cõmuniter concluditur, quòd dispensatus non potest querelare testamentum, quia non habetur vt legitimus: legitimatus verò sic: & dispensatus dicitur, quando non est plenè & in omnibus & per omnia legitimatus, & natalibus restitutus: legitimatus verò, quando à non recognoscente superiorem, in omnibus & per omnia, quo ad ea quæ pertineant ad essentialia legitimationis, est natalibus restitutus: quod constabit ex verbis legitimationis, etiam si quoad effectus ex ipsa legitimatione procedentes, aliqua limitatio annectatur, quæ secum compatitur legitimorum statum, & quæ etiam ex potestate legis ciuilis filijs legitimis & naturalibus posset conuenire legitimitate manente, vnde posset etiã successio limitari, etiam quoad legitimam, ex testamento, & ab intestato, manẽte salua causa alimentorum, quæ filijs ex iure naturali debentur, in quibus tollẽdis nihil potest lex ciuilis, & quæ licèt non pertineant ad essentiam legitimitatis, sunt tamẽ quidam propij effectus á filiatione resultantes, vt ab homine, risibilitas. & ideò per potentiam ciuilem tolli non possunt, essentia manẽte. Et ita sunt intelligẽda quæ Gãma hic dicit, aliás contra eum est magis communis opinio, quæ debet seruari iudicando & consulendo. Et quando legitimatio fit existentibus legitimis, seruat l. 10. Tauri per quam corriguntur quæ isti autores notant, scilicet, quòd legitimatus, succedat cum legitimis, etiam si sit in totum natalibus restitutus, saltim in hoc regno. Et licèt censeatur in dubio dispẽsatio, quãdo filius ex damnato coitu natus est, & á personis, inter quas matrimonium consiste-

re non poterat, id tamen limitandum non eſt, niſi ex tenore legitimationis appareat, quòd plenſsimè ſit natalibus reſtitutus,& à Principe qui in impedimentís diſpenſare poterat, etiam de abſoluta poteſtate, vt puta à ſummo Pontifice,&ſi hoc deficit,non ſunt extrema habilia nec in actu, nec in potentia,& eſt impoſsibilis legitimatio, vnde potius eſt diſpenſatio, & ita procedunt quæ per Bart. & repetentes omnes notãtur in.l.ſi is qui pro emptore, ff.de vſucapionibus,& in.l Gallus.§.& quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthumis. Quod verum eſt,etiamſi non poſſit diſpenſare in impedimentis, vt latiſsimè defendit Eugen. d. conſi.52.& 53.& 57.quod verum credo.

Num.6. Ad.l.fin. C. de naturalibus liberis, vbi nepos ex ſpurio, etiam ſi ipſe legitimus ſit, ſolùm fit capax ex teſtamento,& non ſuccedit mero iure ab inteſtato, nec poteſt contratabulare teſtamentum, vide Greg. Lup.in.l.11. tit. 13.part.6.Couarr.in 4.part. 2.cap. 8.§. 5.num. 13. & 14. Olan. in antynomijs ad Villalobos,verbo,nepos Matiẽço & quos ipſe allegat. in.l.6. tit.8. gloſ.8. à nu.21.lib.5.recop. & ſuprà dicta eſt vera de communis reſolutio.

Num.7.& 8. An auus paternus teneatur alere nepotem ſpurium, vel legitimum ex filio ſpurio, vltra autores hic à Gamma citatos, videndus eſt Abb.in cap. cum haberet, hic allegato Couar. de ſponſalibus 2. parte. cap. 8. §.6.num.16. Ducñas regu.367. amplia tione 7. Mencha. de ſucceſsionũ creatione.§.20 num.318. Matienço in. l. 8. glo.1.à num.23.& ibi Azeù.nu.12.tit.8. lib.5.recop. Molin.cum Padilla,& Gregorio lib.2 de primogenijs. c. 15. à nu. 66. Lara in tract de alimentis. §. idem reſcripſit,â num.39. Ceruances in.l.10. Tauri á num. 78.& licèt de iure ciuili cõtrouerſum ſit,& verius videatur,auũ non teneri alere, quã opinionẽ videtur ſequuta.l.5.tit.19.part.4. verius tamen eſt ex æquitate canonica, de qua in d. c.cùm haberet,ſi ipſe nõ poſsit ſe alere, nec habeat patrẽ aut matrẽ, aut auum maternũ,qui poſsint eũ alere, nec officiũ,nec artificiũ,ex quo alipoſsit,quòd in ſubſidiũ tenetur eum alere auus paternus,quemadmodũ tenebatur & pater:& ita iudicatum eſt, vt teſtatur Gãma hic,& bene.

Ex quibus omnibus apparet,quòd ſi ex forma legitimationis non appareat vera & integra legitimatio,ſed diſpenſatio,benè iudicauit Senatus Luſitanus in tota hac deciſione, imò amplius dico, ꝙ ſi legitimatio ſolũ extendebatur ad ſucceſsionẽ ex teſtamento, & nõ ab inteſtato,ꝙ etiã ſi eſſet plenè legitimatus,nõ poterat querelare teſtamẽtũ, excitatis à Gãmma hic. Si tamẽ legitimatus eſſet ad id ꝙ pater ei reliqueret, & eſſet plenè legitimatus,ita ꝙ non eſſet diſpenſatus poſſet attẽtari, ꝙ ab inteſtato in totũ ſuccederet, ſi pater teſtamentũ non feciſſet,quia tacitè videtur ei relinquere,ex.l.cõficiũtur de iure codicillorũ:ꝙ nota,quia nouũ & ſingulare eſt,& colligitur ex citatis autoribus.

## Additio ad Deciſionem XII.

DE materia huius deciſionis vide Iaſon & Meneſſ.in.l. cũ cauſa. C.de iuris & facti ignorant. Deci.in.l traditionibus. C.de pactis. Tiraq. de retractu conuentionali.§. 1.glo.7.nu.4. Rodoan.in tract de rebus eccleſiæ nõ alienandis,verb.emphiteoſis,num.40.pag. 521.Curt.Seniorem conſ.8.& de reme. l.ſi quis conductionis,de quo agit hæc deciſio,infinitas allegationes Cauala. deciſ.43.â num.103.parte prima. Matthæ.Bru.conſ.33.nu.4.Maſcar.in tract. de probationibus.1.par.concluſio. 541. num.

nu. 7. & de tota materia decisionis Aurelium Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob alienationem, ampliatione. 28. Aluar. Valascum in tract. de iure emphiteutico, quæst. 9. per totã & á num. 18. Curt. Iuniorem cons. 228. á num. 36. lib. 3. Ferraram in praxi in forma libelli quo agitur ad ficti præstationem, verbo super solutione, num. 8. Ioseph. Ludoui. decis. Lucana 54. & decis. 64. Bursat. cons. 46. á num. 14. & 4. lib. 1. & cons. 27. à num. 8. eo. libro. Alciat. cons. 93. num. 8. lib. 8. & cõs. 12. lib. 1. & cõs. 4. num. 8. lib. 4. Menoch. de arbitrarijs, lib. 2. cent. 1. cas. 42. num. 5. & cons. 95. num. 40. lib. 4. & cons. 1. á nu. 89. lib. 1. & in tract. de recuperanda remedio. 10. Iacob. Michael patrocinio 13. DD. in l. si rem aliquam ff. de acqui. possess. & vide latè Menoch. cons. 409. á num. 5. lib. 5. & vide Felician. de censibus lib. 3. cap. fi. in principio: communiter cõcluditur, q; recognitio ex certa scientia facta animo transferendi dominium, si interueniat traditio vera vel ficta, id transfert, & fauore Ecclesiæ etiam absq; traditione; at verõ non ita facta, non transfert, nec ex ea probatur dominiũ, licèt in dubio ex ea præsumptione probetur, donec probetur contrariũ; & ita intelligitur praxis de qua autor hic mentionem facit: at veró cõtractu emphiteotico, vel locationis dominus in iudicio possessorio recuperãdæ vel retinendæ, habet fundatam intentionem contra emphiteotã, vel colonum, vt ante omnia dimittere rẽ teneatur, non obstante exceptione dominij opposita, & post de propietate litigare, ex reme. l. si quis cõductionis. C. locati. nisi exceptio. sit ita notoria, qđ euidenter concluderet dolum petentis id, qđ statim restituturus est; & hæc est vera totius materiæ resolutio.

Ibi, *Quod sufficiat ad præscribendũ*, vide quæ dixi lib. 3. quæstionũ, q. pẽnul. Num. 1. ibi, *Quód emphiteota allegans.* Attende quòd de hac materia loquuti sunt Rodoan. Curtius Senior, Ias. Aurelius Corbulus supra citati; melius idẽ Aurelius limit. 34. quem vide, & cõcordat cum autore, & vide eum limit. 35. 36. 37. & vide distinctionem quam adducit Hieronymus Portoles in tract. de consortibus & fideicommisso legali c. 18. à num. 14. vbi distinguit inter pactum resolutorium incontinenti appositum, secuta resolutione, & appositum ex interuallo: primam putat excusare á caducitate, non secundum, & id sentit, autor hic.

## Additio ad Decisionem XIII.

DE hac decisione, & de intellectu legis finalis. §. fi. ff. de cõtrahẽda emptione, videas omnino, lato sermone disputantem & distinguentem Ioann. Gar. in tract de expensis & meliorationibus c. 4. á nu. 30. & vide etiam Cabal linũ milleloquio 191. par. 1. & Gutier. in suis quæstionibus practicis, lib. 2. q. 167. nu. 4. Azeue. in l. 1. tit. 15. nu. 7. lib. 5. recop. & Autorẽ infra decis. 145. Aluar. Valas. in tract. de iure emphit. otico, q. 32. á nu. 15. qui omnes allegant Couar. Parladoriũ, Rupellanũ, & alios, & vide etiam Felicianũ in tract. de censibus, lib. 3. c. fin. & c. 4. Salazar de vsu & consuetudine c. 11. per totum. Pacem in sua praxi. 3. tomo c. 2. §. 4. à num. 36. & eundem Felicianum qui plures refert d. tract. lib. 1. c. 4. num. 1. col. 8. communiter tamen seruatur, omissis distinctionibus Ioannis Garciæ, quòd onus impositum super aliqua re, sit reale, & afficiat ipsam rem, ac pro eo possit conueniri tertius possessor, nulla facta excussione in bonis principalis obligati; & cum id praxis admiserit,

vt Rupellanus & Guido Pape à supradictis relati testantur, & semper sic vidi practicari, non est cur in inquisitione veritatis, analetice cõtorqueamur: interim tamen ad materiam huius decisionis vide Hieronymum Grabielem con. 47. lib. 1.

Num. 4. ibi, *Aliud est promissio vendendi, &c.* Quod promissio vẽdendi, vel alterũ aliũ contractũ faciendi, non sit ipse contractus, latissimè notat & deducit Traaquell. quem vide in tract. de retractu conuentionali. §. fin. à num. 40. qui etiam plura in cõtrarium adducit, & plures alios autores adducit Antonius Tessaurus in sua decisione Pedemontana noua 234 à nu. 5. Vera resolutio est, quòd quando contractus in substantia nihil aliud continet quàm promissio, iudicatur promissio ex æquitate vt contractus, vt euitetur inutilis circuitus: quando verò contractus addit supra promissionem, & vel in modo vel in tempore aut alijs propietatibus accidentalibus aut substantialibus, valde differunt, & promissio non iudicatur vt contractus, licet ex vi promissionis compellatur quis ad faciendum cõtractũ, quod est vtile ad promissiones quæ quotidie fiunt de meliorãdo, de quibus vide. l. 22. Tauri & ibi Velazquez de Auendaño 2. parte á num. 4. & l. 6. & ibi Azeued. & Matienço tit. 6. lib. 5. recop. & Pelacz de Mieres in tractat. de maioratibus & melioratibus prima parte quæst. 66. per totam, vbi concluditur id quod nostra resolutio continet, vide etiam Marcum Anto. Eugenium Perusi. cons. 7. lib 1. per totum, & á num. 13. & 14.

## Additio ad Decisionem XIIII.

VIdendus est omnino Caldas Pereira Lusitanus qui in materia huius decisionis plura adducit in tract. de nominatione emphiteotica quæst. 4. á num. 7. cum sequentibus, qui concordans cum autore in præsenti, semper putat pupillum posse nominare ad emphiteosim, restitui tamen in integrum aduersus nominationem, si læsus reperiatur: quod verum credo.

## Additio ad Decisionem XV.

AN absens vltra mare, vt apud Indos, sit citandus priusquam eius bonis detur curator, subobscurè hic determinat autor, & distinguit inter debitorem ipsum, & eius hæredem, vt primus non sit citandus, secus secũdus: sed mihi nulla ratio differentiæ apparet inter vnum casum & alium: vnde absolute puto quòd in causis grauibus semper absens sit citandus personaliter, vel in domo præsentis habitationis, siue sit vltra mare, siue in alio loco longinquo, dummodò cõpertum sit quòd viuat, & in quo loco sit & domicilium constituerit, aliàs poterit dari curator eius bonis: quod apparet ex his quæ de citatione lato sermone notarunt Lanfrancus, Corradus, & alij practici apud Gottifredũ in praxi iuris ciuilis, lib. 2. tit. 4. fol. 991. & fol. 999 lit. A. vers. debet esse domus, Math. Brun. cons. 158. num. 12. lib. 2. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 9. glo. 2. & nu. 27. & per totã, & cũ Clar. Ceph. & alijs Fabius Turre. cõs. 27. á nu. 10. lib. 1. Petrus Racha. in praxi. c. 4. à nu. 9. & 10. qui expresse in terminis tenet. Viuius decis. 274. num. 3. Asinius in praxi. §. 6. cap. 1. Vestrius in praxi lib. 4. cap. 2. Rebuffus in 3. tomo ad ll. Galliæ art. 2. glo. 3. nu 23. stylus Parlamenti tit. de adhiornamen. à nu. 24. & nu 30. licèt contrarium videatur tenere Doctor Xuarez de Pace in sua praxi tomo 1. parte. 3. nu. 5. allegat Bald. in l. cùm

cùm proponas. C. de bonis autoritate iudice possidendis, & glo. in. l. ab hostibus ff. ex quibus causis maiores, & l. 1. 2. tit. 2. par. 3. & ibi Greg. & Menoch. de arbitrarijs lib. 2. cent. 2. cas. 150. Sed certe licèt in causis leuibus & parui præiudicij, ne expensa citationis superet principale interesse, id sit verum, & practicetur, & conforme his, quæ dicti autores notant, in causis tamen grauibus id mihi falsum apparet, & quod nullo iure probatur, nisi quando nõ patet tutus accessus, iniquũ etiã & contra ius naturale, cum nulli defensio debeat denegari, quando se per se defendere potest, nec Bal. id probat, cum loquatur quando absens nescitur vbi sit, & sic est intelligẽda glo. in d. l. ab hostibus, & sic Albericus ibi tenet: lex etiam partitæ solùm loquitur de dando cùratore bonis absentis pro derelicto apparẽtibus, quia nullus ea defendit, vnde non est ad nostrum casum trahenda, & sic teneo sine vlla distinctione, salua melius sentientis censura.

## Additio ad Decisionem XVI.

NVm. 1. an possit solui prælato putatiuo existẽti in possessione prelaturæ, vel alij existenti in possessione alicuius administrationis, vltra autorem hic, & per eum allegata, vide Caualcan. decis. 44. à nume. 2, & 15. parte prima, qui Ias. Bart. Simon. de Pretis, Afflictis, Alexan. & alios allegat, & vide Bald. in l. emptorem, num. 8. C. locati, & eundem Caualcan. in tract. de tutore num. 272. fol. 255. allegat Nauar. & alios, & Aurel. Corbulum cum Ruino in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis titu. de causa priuationis ob non solutũ canonem, limit. 24. & Benuenutum in tract. de mercatura vltima parte num. 25. & cõmuniter concluditur cum autore hic, q̃ prælato putatiuo soluens liberatur, nisi ei sit interdicta administratio; si tamen sibi moueatur lis ab alio, debet offerre fideiussionem, aliàs debitor potest denegare solutionem. Si verò sit quæstio inter duos de prælatura, aut officio vel administratione in possessorio & petitorio, tunc neutri debet solui, sed deponi, ex l. litibus, & ibi notant Angel. Plat. & Rebuf. post Bart. C. de agricolis & censitis libro. 11. notat Caballinus in suo milleloquio parte 2. milleloquio 648. & Aurelius Corbul. vbi supra limitat. 23. & vide notata per Rebuf. tomo 1. ad ll. Gallicas tit. de sententijs prouisionalibus, à num. 100. cum sequentibus.

Num. 3 ibi, *Secunda quæstio.* Vera resolutio est, quòd bona maioratus aut alia prohibita alienari non possunt locari ad longum tempus, nec dari in emphiteosim, & nisi decisio Gammæ defendatur ex consuetudine quam allegat, in puncto iuris falsa est, vt videbis ex his quæ lato sermone allegat Aurelius Corbulus in dicto tractatu, titulo de causa priuationis ob alienationem, ampliatione 25. & ampliatione 48. Aluarus Valascus in tractatu de iure emphiteotico parte prima, quæst. 29. & consultatione 95. num. 2. Antonius Gomez in l. 40. Tauri nume 48. Molina latissimè in tractatu de primo genijs lib. 1. cap. 21. à nume. 21. vltra Pinel. & alios ab autore in præsenti allegatos, notat etiam Michael Crassus in suo libro sententiarum. §. fideicommissum, quæst. 59. cõmuniterque omnes concludunt contra Accursiũ, non valere talẽ locationẽ nec concessionẽ in emphiteosim: & licet Molina vbi supra cõtra Couar. limitet; quãdo locatur sola cõmoditas, certe verũ mihi nõ videtur, quia ex hoc fraudibus via aperitur, & esset verbis legẽ imponere, non

rebus, nihilominus in praxi pro vita possessoris seruaretur opinio Molinæ, quam semper seruari vidi: & vide Felician. de censibus lib. 2. c. 3. num 15. & caue à Mario Anguisolo consi. 216. á num. 15. lib. 1. qui contrarium innuit.

## Additio ad Decisionem XVII.

NVm. 1. ibi, *Efficiat notabilẽ deteriorationem.* De materia, vltra autores hic citatos, vide Iosephum Ludouicum decis. Perusina. 22. & decis. 94. & decisione Lucana. 8. num. 12. Menoch. in tract. de arbitrarijs lib. 2. cent. 1. cas. 78. aut 88. Iuli. Clar. lib. 4. sententiarũ, §. emphiteosis, quæst. 26. Roland. Valle conf. 49. lib. 2. Bursat. con 91. á num. 3. lib. 1. Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob deteriorationem, per totum, & num. 13. Menoch. consi. 372. num. 30. lib. 4. & conf. 460. à num. 16. lib. 5. & communiter concluditur, quòd ob notabilem deteriorationem, cuius quantitas & qualitas arbitrio iudicis remittuntur, amittitur emphiteosis, etiam si in alia parte rerum emphiteosis interuenerit melioratio; in quo tamen dissensio est inter autores, quam videbis concordatam per Corbulum vbi supra, mihique videtur, q; si melioratio excedat damna, quòd tũc ex æquitate non amittatur emphiteosis, & quantum ad excessum compensetur cum dãnis, nisi sit talis melioratio ad quam emphiteota teneretur ex vi pactorum. cuiusque æstimatio non debebat sibi solui finita emphiteosi, nam tunc licet ob notabilem melioratione excusetur à caducitate, tenetur tamen damna soluere. Attenden ius est tamẽ tenor pactorum, vt ex eo conijciatur si melioratio etiam notabilis cedat lucro domini, an non, nam si clarè cõtra rium non appareat, quãdo meliora tio notabilis est, non cedit lucro dom ini, nisi æstimatione soluta, vt videbis per Autorem infra decis. 22. & decis. 333. num. 4. & decis. 41. num. 7. vbi latius Deo volente dicemus.

Num. 2. ibi, *Nam pœnalis actio.* Vide de materia Menoch. conf. 248. num 8. lib. 3 & 304. à num. 47. & 54. lib. 4. & 558. num. 6. lib. 6. & 460. nu. 21. lib. 5. Iul. Clar. §. feudũ, quæst. 64. & cũ Ceph. Alex. Roma. & alijs. Caualca decis. 43. á num. 69. prima parte. Bursat. conf. 91. á num. 5. lib. 13. latissimè Aurelium Corbulum in d. tract. tit. de causa priuationis ob non solutum canonẽ, ampliat. 45. num. 5. & 13. Osascum decis. Pedamon. 29. & decis. 132. Anto. Grab. lib. 7. communium, cõclusione. 35. à nu. 3. Riminal. Iuniorem, qui Benitendũ & alios allegat conf 1. à num. 7. lib. 1. Ceph. conf. 534. á num. 17. lib. 4. Communis resolutio est, quôd caducitas nõ transit ad hæredes, nec cõtra hæredes, quando dominus fuit sciens, & non cõ questus est in vita eius, vel vasalli, alias sic, vt Bursat & alij affirmant: licet doctissimus Carolus Ruinus in consilijs allegatis á Corbulo & alijs vbi supra, fuit in singulari sententia, quód etiam si dominus ignoret, per mortẽ finitur caducitas, quia illa caducitas non venit ex vi contractus, & ciuilis interesse, ac proinde non descendit ex obligatione ciuili, sed ex pura culpa & delicto emphiteotæ, & datur ad vindictam, ac proinde morte extinguitur quemadmodum alia delicta ex tit. C. ne ex delictis defunctorum. Imò soluto interesse dñi, nec ex æquitate canonica transit contra hæredes, vt Ruinus & Corbulus putant Sed licèt hæc assertio singularis sit, mihi falsa videtur, quia illa caducitas non solùm concernit vindictã, sed etiam interesse domini, vt rem suã non habeat, qui eam deteriorauit, &

qui

qui ob deteriorationem suspectus efficitur, & præsumptio est contra eum: tum etiam non solùm ob delictum punitur emphiteota, sed etiam ex natura contractus emphiteosis, ex cuius cõditione meliorare, & non deteriorare tenebatur, & ideò ex abusu cõtractus punitur, vt notatur in authẽtica qui rem. C. de sacrosanctis Ecclesijs, vnde ad hæredes & contra hæredes transire debet, si dominus tacitè vel expressè non remittat: ac hoc melius ex æquitate canonica, de qua per Aurelium Corbulum vbi supra, vnde tenenda est communis opinio, quam autor hic tenet, & pro qua iudicatum est, & cauẽdum à Menoch in d. cons. 304. qui putauit absolutè quando caducitas incurritur ipso iure sine iudicis ministerio, transire ad hæredes: id enim falsum est, quia licèt ipso iure incurreretur, incurritur tamẽ volente domino, & ad eius voluntatẽ, qui remittere videtur, non protestando, aut querelãdo, si sciat: & hæc est veritas huius quæstionis.

## Additio ad Decisionem XVIII.

VTrum declaratio voluntatis defuncti, aut electio personæ, vel rerum, transeant ad hæredes, videndus est Mantica in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 3. tit. 1. a num. 24. Simon de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum, interpretatione. 1. dubio 3. solutio 4. Menoc. in tract. de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 68. num. 29. cum sequentibus, & quæst. 69. à num. 2. cum sequentibus: & idem Menoch. cum Parisio, Ruino, Tiberio, Deciano & alijs ab eo allegatis, consi. 594. num. 5. lib. 6. & quãdo transeat ad hæredem hæredis, vltra autorem hic videndus est in terminis Caldas Pereira in tract. de nominatione emphiteotica quæst. 9. à num. 28. cum sequẽtibus post Burgos de Paz quem allegat in l. 1. Tauri à num. 428. & ad propositum de hærede hæredis videndus est Cephal. cons. 499. per totũ, lib. 4. & allegationes Frãcisci Viuij decisione 20. per totam, & magistraliter Simon de Pretis in d. tract. lib. 3. interpretatione 1. dub. 3. solutio 5. à num. 24. cum sequentibus, Hieronymus Gabriel cons. 132. quæst. 2. nu. 8. Videndi etiam sunt ordinarij, maximè Alexan. & Ias. post Bart. in l. siquis â filio. §. siquis plures. ff. de leg. 1. & in l. centesimis. §. cum ita, & in l. inter stipulantem. §. Sthicum. ff. de verborum obligatio. & in l. idem Pomponius scribit. § fi. post glo. ff. de reiuẽdicatione, & in pluribus alijs locis citatis á Caldas vbi supra. Vera resolutio collecta ex vero sensu Iurisconsultorũ est, quo ad declarationẽ voluntatis defuncti, quôd hæres non potest eam declarare, nisi in casibus à iure expressis, & in alijs, solùm in sui præiudicium, vt Menoch. dicto consilio existimat: vel quando neminem lædit, & ipse melius est informatus, vel sibi defunctus commisit. Hæres verò hæredis nullatenus potest voluntatem defuncti declarare, quia id ad hæredes non est transitoriũ, ex notatis in d. §. Sthicum, & ex regulis de quibus per Simonem de Pretis vbi supra: quoad electionem verò, siue cõpetat ex contractu, siue ex vltima volũtate, hæres hæredis potest eam facere, quando consistit in recipiendo, hoc est in sui fauorem qui debet recipere, quãdo verò consistit in disponẽdo in fauorem alterius, qui ex sua electione aliquid debet habere, quod vni ex pluribus dari poterat, tunc si primus hæres cui à defuncto commissa est, eam non faciat, ille non potest facere: quia hoc importat declarationem voluntatis illius, cui commissum est, quam ipse certò scire non potest, & ita procedit tex.

in

in.§.rogo hic allegatus,&tex.in l.cum quidam 24.ff.de leg 2.& in l.ſiquis Titio §. fin. eo. tit. & vtrobique videndi ſunt Meneſes,& Peralta, Molina etiã in tract.de primogenijs lib.2.c.4.num. 41. & cum hac diſtinctione vera ſunt quæ hic Senatus decilit, vt non nominante primo hærede confraternitatẽ, ſuccedat cõſanguineus proximior, cui relictum erat anniuerſarium, niſi hæredi videretur nominanda fuiſſe dictã confraternitatem:& caius qui communiter in praxiverſatur de anniuerſarijs & maioratibus,qui de vno in aliũ ſuccedunt per viam nominationis ab vltimo poſſeſſore faciendæ, de quo per Molinam vbi ſupra,& caſus de emphiteoſi relicta pro Petro & filioquem nominauerit,de qua per Caldas vbi ſupra,eo enim non nominante,eliget vel dominus,vel iudex; & non hæres,de quo ſuo loco infra dicetur.

## Additio ad Deciſionem XIX.

NVmer. 1. ibi; *Contra Decij opinionem.* Eſt Decius conſ. 583 num.8. qui conſtanter tenet,remedium l.2.nõ habere locum in contractu locationis, finito tempore contractus, & perceptis fructibus à locatore, quia res non eſt integra: & eius opinionem defendit. Aluarus Valaſcus in tract. de iure emphiteotico, quæſt. 28. ſed contrarium tenet Autor in præſenti cũ Pineloper eum citato allegãt conſilium Alexan. 107.lib 3.qui in individuo nihil tale dicit,ſed opinionem Gammæ hic ex profeſſo tenet & ſequitur Gutierrez lib 2. practicarum quæſtionum, quæſt. 138. per totam,& cum ea tranſit Matien o in l. 1.tit 2.glo.6 num.5.lib.5.recop. & Azened.ibi num.4. qui refert autorem in præſenti ſequitur:etiam Mench. lib. 3. controuerſiarum vſu frequẽtium.c. 61. num. 12. Valaſcus & Gamma,quilibet ſuam opinionem dicit practicari, & pro ea iudicatum : nullus legem aliquam pro ſe adducit, ſed ſolùm rationes apparentes, quibus faciliter poteſt reſponderi: mihi tamen pro nunc opinio communis contra Decium tenenda videtur: tum quia magis æqua:tum etiam quia á regula generali d.ctæ legis ſecundæ (quæ habet locum in contractu locationis,vt per Pinel. Cagnol. Meneſ.& alios ibi,& in d.l.1.tit.2.quæ cum ſequenti expreſſe hoc decidit) de facili diſcedendum non eſt: hoc tamen addito, quòd conductor qui deceptionem allegat,fructibus perceptis petente locatore, illorum veram & legitimã reddat rationem,& ei illos reſtituat,expenſis deductis,vel ſaltem eorum valorem per arbitros æſtimatum, & deceptio clarè probetur: alias ſemper ſequerer opinionem Decij,& pro ea iudicarem:&cum hoc additam ẽto ambæ opiniones cõcordantur: & hæc de hac deciſione.

## Additio ad Deciſionem XX.

AD materiã huius deciſionis videndus eſt omninoMenoc.qui in proprio caſu conſuluit conſ. 418.à nu.2.cũ ſequentibus lib.5.& Sforcia per totum conſilium,conſi.41.á num 75. cum ſequentibus in tribus dubijs, per tota: & de materia quando alienans rem alienam, feudalem, aut emphiteoſi, cenſui,hypothecæ,vel alij oneri ſubiectam aut rem maioratus vel fideicommiſſi, teneatur de euictione, ad intereſſe, & reſtitutionem pretij: & quid ſi ſcienter vel ignoranter,quia Autor in tam graui &continua,vel frequenti quæſtione parcè ſe habuit, ne dicam negligenter, & Deciũ & Aretinũ corruptè & perperã allegauit,videndi ſunt Bald. Salic. & alij

& alij in l. si familiæ. C. fam. hercis. Ang. in l. cum lex, & ibi Imola. ff. de fideiuss. idem Imol. in l. cùm vir. ff. de vsu capio. Alb. in l. qui libertat. s. ff. de euictio. tex. & ibi autores, in l. emptorem. §. fin. ff. de actio. empti. autores omnes in. §. fin. hic allegato. Couar. in loco ab autore citato. Speculator in tit. de emptione & vend §. 3. num. 8. Faber in d. l. si familiæ, & in. §. 1. num. 8. insti. quibus alienare licet vel non. Nouell. in tract. de dote. parte. 7. limit. 12. num. 15. Campesius in eodē tract. quæst. 23. glo. & ibi Isernia & feudist. in c. 1. de prohibita feudi alienatione per Feder. DD. in l. quemadmodum. C. de agricolis & censitis lib. 11. Menoch. cons. 226. à num. 145. lib. 3. & cons. 87. à num. 95. lib. 1. Roman cons. 396. à num. 3. Cravet. cons. 64. à nu. 4. lib. 1. Rolan. cons. 67. lib. 4. Molin. de primogenijs lib. 4. c. 1. à nu. 28. & latius & melius per Tiraquell. in tract de retractu lib. 1. §. 12. glo. 1. à num. 7. & 8. cum sequentibus Molineus in cōsuetudinibus Parisiensibus tit. 1. §. 1. glo. 5. nu. 76. Alex. cons. 21. à nu. 11. lib. 5 & cons. 108. á num. 1. li. 4. Riminal. Iun. cons. 49. á num. 7. lib. 1. Vera tamen resolutio collecta ex mente Iurisconsulti in d. l. emptorem §. fin. & ex autoribus in d. l. si familiæ. post glo. ibi & Fabrum, quibreuiter, veré & eleganter loquitur, & in. l. si fundū sciens, per tex. ibi, iūcta l. cum quæstio. & l. cum liberam. C. de euictio. & iuncta. l. si fratres. C. communia vtriusque iudicij, & l. si sciens C. ad Velleian & ex glo. & autoribus in d l si libertatis, est, scilicet, quòd vendēs rem alienam, vel fideicommisso subiectam, quæ per legem prohibetur alienari in fauorem tertij si vendat scienter & scienti, non tenetur de euictione, nisi promittat ac proinde non tenetur ad damna nec ad pretium, ex d. l. si fundum, & ita intellexerunt Faber, Cynus, & alij in d. l. si familiæ. Si verò promittat, tenetur ad vnum & ad alium, licèt aliqui contradicāt, si verò ignoranter & ignorāti, tenetur simpliciter de euictione, etiamsi non promittat: si verò vendat rem prohibitam alienari in sui fauorem, quando lex contractum annullat, non tamē imposita pœna vendenti nec emēti, vt puta mulier aut minor, non tenetur de euictione, nec ad restituendum pretiū, etiam si promittat & det fideiussores, per d. l. cum lex, ne aliàs per indirectū lex defraudetur, licèt si venderet probabiliter ignoranti teneretur ad pretium conuersum in sui vtilitatem ex æquitate. l. si inter me & Titium, & l. nam hoc natura, & ita procedunt quæ Sfortia & Nouellus notāt: & facit tex. in d. §. fi. Si verò venderet rem prohibitam alienari, & in casu quo propter alienationem imponitur pœna, tūc ignorans recuperat pretium ex dicta æquitate, sciens verò, nihil, & venditor non tenetur de euictione ex glo & feudistis vbi supra, & ex Menoch. & Sfortia vbi supra: si verò ex conuentione vel alias ex natura contractus venditor non tenetur de euictione, etiam si emptor sit in bona fide, tenetur tamen ad restituēdum pretium, nisi specialiter illi remissum sit, ex Alberi. in d l. qui libertatis, qui ita declarat glo. ibi, quæ aliis falsum dicit, vt per Couar. vbi supra. Non curo tamē de distinctione quam aliqui faciūt in d. l. si familiæ, & specialiter cum Roman. & alijs Menoch. in d. cons. 48. an scilicet euictio cueniat ex natura bonorum alienatorum, an aliàs, vt primo casu non debeatur, etiā si sit promissa, in secundo seruetur distinctio sciētia & ignorātiæ: hæc enim distinctio conficta est, & nullo iure probatur: nam, vt benè Bald. aduertit in d. l. si familiæ, si dicta bona vendātur sciēti rei naturam, & non stipulāti de euictione, iam propter scientiam sibi non

debetur

debetur euictio, etiam quo ad pretium promissum: si verò ignoranti, non video quare sibi non debeatur euictio, cũ ipse vt liberam emerit. Idem si stipuletur de auictione, vt in d.l. si fundũ sciens, & ita sentiũt Faber, Cyn. Odofred. & Bald. in d. l. si familiæ. Nec obstat. l. fin. §. fin. C. communia de legatis, quia vt omnes ibi respondent, loquitur in casu fidei commissi conditionalis, vbi simpliciter res non prohibetur alienari nisi in euentum alicuius cõditionis, quæ potest non euenire, vndè cùm res sit media inter omnino liberam & omnino alienam vel oneri subditam, ita fides emptoris nec est omnino mala, quia putauit licitè posse emere, cũ posset non euenire conditio, nec est omnino bona, & sic Imperator seruauit etiã in sui decisione mediam viam, vt venditor non in totum teneatur de euictione, etiam si promittat, nec emptor, totam euictionem consequatur, quo ad interesse & pretium, sed solùm pretium; & hæc est vera resolutio, secundùm quam in rigore iuris malè iudicauit Autor in præsenti, licèt in praxi sua decisio vera sit, cùm nunquã vltra pretium & melioramenta condẽnetur vẽditor: imò etiam si emptor malæ fidei sit, dicit Sforcia, quòd de æquitate debet sibi refundi pretium. Allegat Imol. in d.l. cum vir sed æquitas hæc fictitia est, nec tale dicit Imola nisi in casu bonæ fidei: tunc tamen haberet locũ, quando mala fides esset potius culposa quàm dolosa, & venditor esset potens soluere. si tamen esset dolosa, vt in casu tex. in l. 1. C. de præscriptione 30. annorum omnino deberet amittere pretium, etiamsi promissum esset de euictione, ex supra adductis.

Ibi, *Decius consi.* 185. Est Decius cõsi. 184. num. 7.

Ibi, *Aretinus in. l si rem.* Malè allegat Aretin. nam Aretinus solùm dicit, quòd emens scienter rem alienam, potest agere ad pretium, & quòd est cõmunis opinio: de re obligata restitutioni nihil dicit, & est casus tex. in d.l. fin. Sed opinio Aretini est falsa, & nõ comunis, vt videbis per Couar. Menoch. & Sfortiam vbi supra. Iterũ dico, quod si fideicõmissum erat omnino certum, malè iudicauit in rigore Autor hic: secus si incertum, vt in d.l. fin.

## Additio ad Decisionem XXI.

NVm. 1. ibi, *An actio.* An remedium l. 2. C. de rescind. vend. competat contra tertium possessorem, vltra Couar. & Pinel. Costam Xuarez & alios hic allegatos, vide infinitos congestos á Doctore Valdes in suis admodũ doctis & laboriosis additionibus ad Xuarez in d allegatione. 21. num. 4. lit. E. & Menes. in d.l. 2. num. 39. & omnino, vide Matiençum allegatum á dicto autore in. l. 1. glo. 8. num. 24. tit 11. lib. 5. recop & Cagnolum in d.l. 2. á nu. 114. & Emanuelem Xuarez lib. 4. communium opinionũ, tit. 30 num. 34. & Anton. Gomecium tomo. 2. de contractibus. c. 2. num. 22. qui in proprijs terminis loquuntur: & vide Sfortiã in tract. de restitutione, parte prima artic. 30. q. 17. Communis resolutio est, quôd dictum remedium est personale, etiam si sit in rem scriptum, ac proindè non potest intentari directò contra tertium, nisi ipse fuerit sciens, vel emerit cum eadem deceptione, vel possideat ex causa lucratiua, etiamsi non sit sciens, ex tex. eleganti in. l. qui autem. §. simili quoque modo. ff. quæ in fraudem creditorum, & tunc semper debet præcedere excussio in bonis principalis emptoris, licèt Autor excussionem non requirat, quando tertius possidet ex causa lucratiua; sed loquitur contra com-

communem, & sua opinio nullo iure probatur, in praxi tamen, solemus vno & eodem libello agere contra ambos, primum & secundũ emptorem, & ambo condemnãtur, vnus in defectum alterius ex eodẽ processu: prout in simili casu dixi in quæst. de fideiussore lib. 1. quæstionum vtriusque iuris, vbi vide.

Ibi, *Ideó reputatur impossibilis*. Nota quòd fideiussor alicuius potentis & difficilis cõueniendo potest cõueniri absque excussione: quod verum est, & vltra allegata hic vide Menoch. cõs. 410. á nu. 46. lib. 5. Cõmunistas lib. 8. cõmunium, tit. 25. nu. 136. limit. 3. & 4. Bursatum cons. 48 à nu. 10. lib. 1. Rol. cons. 9. lib. 1. Menoch. in responso secundo, causæ Finarensis artic. 3. nu. 24. Ferraram in sua praxi, verbo in forma libelli in actione hypothecaria, verbo exceptionem excussionis, num. 7. Marsilium in rubri. de fideiussoribus num. 10. Socin. reg. 177. fallen. 9. Dueñas regu. 335. limit. 7. & 8.

Num. 5. ibi, *Similẽ esse dicebã in hypothecaria*. Hæc opinio Alexã. quòd tempus quod datur ad præscribendum cõtra hypothecariam, currat á die factæ excussionis, & non ante, quidquid velit Autor hic, communiter est reprobata, vt videbis per Franciscum Balbum, & Negussantiũ, quos Pinelus hic citatus allegat, & vide ad propositum quæ allegat Azeued. in l. 6. num. 42. tit. 15. lib. 4. recop. Parlad. lib. 1. rerum quotidianarum. c. 1. §. 16. in fine, & idem erit in quadriennio de quo in d. l. 2. nam curret á tempore primæ venditionis, & non à tempore excussionis; quia id nullo iure probatur, nec aliquod impedimentũ suffragatur, cum voluntarium sit, vt bene dicti autores aduertunt.

## Additio ad Decisionem XXII.

NVm. 1. De melioratione bus quas emphiteota facit, quòd hæredes lucrẽtur, & sint bona lucrata inter eos & vxores, etsi sint magna, etiã si detur emphiteosis ad meliorandũ, dum modò de alio expresse partes nõ agant, est bona decisio hic, de qua vide quæ allegaui & dixi ad decisionem. 4. & vltrá ibi allegata, vide Menoch. cons. 454. num. 1. lib. 5. & Fab. Turretum cons. 37. in fine lib. 1. Rimi. Iuniorem cõs. 435. num. 69 & 49. lib. 4. Hieronymũ Portoles in tract. de consortio & fideicommisso legali. c. 26. Ioan. Gar. de expensis. c. 15. Gutierrez lib. 3. practicarum, quæst. 89. Bursat. cons. 295. num. 45. lib. 3. Lancelot. in tract. de attẽtatis. 3. parte. c. 24. quæst. 29. Bertachinum latissimè in suo repertorio lit. E. verbo Emphiteota expendens, cum sequentibus, Dueñas regu. 237.

## Additio ad Decisionem XXIII.

DE materia huius decisionis videndus est omnino Socin. cõs. 148. lib. 1. Tellus Fernandez in l. 9. Tauri á nu. 24. Ceruantes in eadem. l. nu. 114. Velazquez ibi glo. 6. num. 2. Matien. in. l. 7. glo. 8. num. 3. tit. 8. lib. 5. recop. & in. l. 9. glo. 1. in fine. d. tit. 8. & in l. 6. glo. 8. á num. 21. & ibi Azeue. num. 6. & vide eũdem Azeued. in. l. 7. tit. 8. á num. 1. cum sequentibus. Couar. de sponsalibus. 2. parte. cap. 8. á num. 16. & 17. & Velazquez de Auend. in d. l. 9. glo. 2. num. 3. Azeued. in d. l. 7. num. 39. Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum lib. 3. interpretatione. 1 dub. 3. fol. 2. num. 11. Caldas latissimè in tract. de nominatio. quæst. 19. á num 38. Craff. in suo libro sententiarũ. §. institutio. q. 8. Paleot. in tract. de nothis & spurijs c. 53. in fine Cepha. cons. 358. lib. 3. Gutierrez in suis practicis

ticis quæstionibus lib. 3. quæst. 55. á num. 38. Mattheſillanum & ibi Bologninũ in additione, in tract. de ſucceſſionibus ab inteſtato 2. artic. membro. 2. num. 3. cum ſequentibus, & primo articulo. 3. membro á num. 16. & quia materia difficilis eſt, quam ipſimet autores difficilem reddiderũt, non benè ſe explicando, vera reſolutio collecta ex vero ſenſu quæſtionis eſt conſtituẽdo ſequentes caſus.

Primus: Filius ex coniugato & ſoluta, licèt ſit ſpurius & patri inſucceſſibilis, non tamen eſt natus ex coitu damnato & punibili per ſe, ac pro inde iure communi legitimus hæres eſt matri, & auiæ, & omnibus aſcẽdetibus & cõſanguineis ex parte matris, ac per conſequens melius ſuccedet nepos legitimus ex eo, itidẽque nepos ipſe ſpurius, dummodò ſit filius filiæ legitimæ, ſuccedet auiæ, quemadmodũ mater ſuccederet, & quemadmodum ipſi matri ſuccederet & hoc colligitur ex dicto eleganti conſilio Socini, quẽ malè aliqui reprobarunt, & ſequitur Azeued. in d. l. 7. Secundus caſus eſt: Filius ſpurius ex patre legitimo nõ ſuccedit auiæ ex parte patris, quemadmodũ nec patri, quia agnatus non eſt, & auiæ debebat ſuccedere per viam agnationis: & ita tenet Azeuedo cum alijs contra Paulũ Caſtrenſem, benè tamẽ reſpectu auiæ eſt capax legati, ſicut extraneus quilibet, dummodo non ſit natus ex coitu inceſtuoſo, aut aliàs dãnato, punibili & accuſabili, vt per autorem in præſenti, & tenent Ceruantes & alij vbi ſupra, & hoc quo ad quintũ in his regnis eſt indubitabile ex dictis legibus. 8. 9. & 10. cum & ipſe filius ſpurius prædicti quinti ſit capax.

Tertius caſus eſt: Nepos ſpurius ex patre legitimo, non eſt auo legitimus ſucceſſor ab inteſtato, tamẽ ſi auus non habeat filios legitimos, poteſt hæres inſtitui ab auo, ex l. fi. C. de naturalibus liberis, dummodô non ſit natus ex coitu damnato: & ita Paleotus & alij vbi ſupra intelligunt & nõ procedunt quæ Simon de Pretis vbi ſupra allegat, nam reſpectu aui non eſt incapax, ſed vt extraneus quilibet, ex Ceruantes vbi ſupra; ac per conſequens melius erit capax relicti intra quintum, ex ſupra adductis.

Quartus caſus eſt: Nepos legitimus ex filio ſpurio poteſt hæres ab auo inſtitui, dummodò non inſtituatur contemplatione filij, ex Matienço & alijs vbi ſupra, & hæc eſt communior & verior reſolutio.

Quintus caſus eſt: Hodie in his regnis reſpectu matris coitus damnatus dicitur in quo mater incurrit pœnam mortis naturalis, & tunc nepos inſucceſsibilis eſt matri, & per conſequens auiæ maternæ: & in hoc approbamus Telli & aliorum opinionẽ, quia & hoc erat iure antiquo in quocunque coitu damnato & punibili, nec eſt immutatũ ex dictis legibus, nec Socinus contrarium dixit: erit tamen per viam teſtamenti capax quinti ex dictis legibus, cuius contrarium erat de iure communi ex authentica ex complexu. C. de inceſtis nuptijs, & cum his manet reſoluta quæſtio de qua autor hic, copioſius & melius quàm ipſe reſoluerit.

Ibi, *Cognitam fuiſſe in carcere.* De pœna carceratij carceratam carnaliter cognoſcẽtis, vide Auileſium, qui plures allegat, in cap. prætorum. cap. 18. verbo, *carcel*, num. 45. Iul. Clar. lib. 5. ſententiarum, §. fornicatio, num. 24. Boer. deciſ. 317. & 318. Anton. Gomez in. l. 80. Tauri num. 25. & aduerte quoad præſentem caſum, quòd ad hoc vt ſpurius ſit inſucceſsibilis, coitus ex quo natus eſt, debet eſſe per ſe punibilis ratione ipſius coitus, & ratione perſonarum coeuntium, & tandem ex natura rei, &

non

non per accidens ratione loci, aut alterius circũstantiæ extrinsecæ: & ita sentit autor hic, licèt nõ ita intelligat nec declaret; & ita colligitur ex dicta authentica est cõplexu: quod est singulare ad intellectum dictarum legum regiarum.

Declara tamẽ dicta in prima additione, quòd nepos spurius, vel legitimus ex spurio, nato ex coitu damnato & punibili, & accusabili, dummodò nõ sit natus ex coitu propriè incestuoso, etiamsi filius clerici pater vel ipse sit, potest ab auo instituì, & est capax, non existentibus filijs legitimis, vt cum Anto Gomez Cast. Xuarez & alijs infinitis concludit & dicit magis communẽ opinionem Matienço in d.l. 6. glo. 8. num. 23.

Item aduerte, quòd quicumque nepos, aut filius spurius vel incestuosus, est legati intra quintũ capax ex dictis legibus regijs, quæ corrigunt iura communia.

Præterea aduerte, quòd Ceruantes in d.l. 9. à num. 88. cum sequentibus, cũ Castello & alijs constanter defendit, quòd nepos succedit auiæ ex parte matris, etiam si natus sit ex coitu damnato & punibuli, & sic intelligit dictam legem. 9. quæ solum corrigit iura communia quo ad matrem: in alijs verò remanẽt incorrecta, & sic cum iure Digestorũ succederet matri & auiæ, remanet ius illud incorrectũ quoad auiam: sed illud verũ esset, si auia aut alij ascẽdẽtes expressè in hoc casu vocati essent à iure antiquo, cum tamẽ iura antiqua solum in genere de spurijs, & de matre & cognatis ex parte matris loquantur, vt in.l. spurius &. l Mostinus. ff. vnde cognati, & per. l nouam, de qua in d. authentica ex complexu & in authentica quibus modis naturales efficiantur sui. §. fin. reprobati sunt tales filij & ablata ab eis iura cognationis, quoad affectus ciuiles: vnde certè ista opinio nullo iure probatur, & contra eam Cynus, Salic. Odofred. Matthesilanus, Corn. & alij tenuerunt in d.l fin & in authentica si qua illustris. C. ad Orfician & Angel. in dicto. §. fin. Angel. Aretin. in. §. nouissimè, num. 3. instituta ad Orficianum. Fateor tamen, quòd probabilis est dicta opinio, vt Corneus putat, qui acutè respondet ad dictum. §. fin. & quia æqua est, seruaretur iudicando & consulendo.

Aduerte etiam, q̃ Cynus & alij antiquiores in d.l. fin. tenuerũt, quòd nec nepos spurius ex damnato coitu natus, nec nepos legitimus ex filio spurio, ex tali coitu nato, erant capaces ex testamento aui non existentibus legitimis. Sed licèt id probabile sit in nepote spurio, in legitimo nullo iure probatur: & contra id faciũt rationes, de quibus in d.l. fin. & in ambobus casibus, nisi in incestuoso, est magis communis opinio contra eos, vt per Ceruantes & Matienço vbi supra.

Tandem aduerte, quòd quidam ex supra citatis appellarunt cognatum nepotem, spurium respectu auiæ paternæ, & legitimum ex spurio, respectu eiusdem. Sed considera, quòd si nepos ipse sit spurius, auiæ non succedit ab intestato, quemadmodum nec patri, vt per Azeue. vbi supra. Potest tamen ex testamento capere, vt extraneus quilibet: si verò sit legitimus, succedet, si pater succedere poterat, quia non erat ex dãnato coitu natus, & hoc non iure cognationis, quia licet pater respectu præsentationis, quia licet pater respectu auiæ suæ matris, sit cognatus filius verò, qui & ipse nepos est, respectu eius agnatus est, quia agnatio à patre sumitur, vt in d.l. si spurius, ibi, A patre oriũ tur. Et cum his manet hæc salebrosa materia diligenter enucleata.

Addi-

## Additio ad Decisionem XXIIII.

VIde de materia latè Cald. in tract. de renouatione cõtractus emphiteotici, quæst. 14. qui tenet cõtra Gammam in præsenti, & dicit cõtra eũ militare communem praxim, & vide Viuium decis. 17. num. 9. Mariũ Anguisolum cons. 131. num. 8. & cons. 17. nu. 28. Gutierrez lib. 3. practicarum, quæst. 75. num. 5. Alex. Raudẽsem in tracta. de contractibus emphiteoticis, tit. de non concedenda, nume. 42. Matien. in l. 1. glo. 10. num. 2. 3. & 5. tit. 4. lib. 5. recopil. Aliquid per Tiraquell. de retract. lib. 1. §. 1. glo. 10. à num. 88. Vera resolutio est contra autorem in præsenti, quòd eadem solennitas requiratur in renouatione contractus emphiteotici, quæ requirebatur in eius prima cõcessione, etiam si renouatio fiat durante primo contractu; tandem cũ renouatio, prorogatio, additio aut detractio fit circa substantialia, & eadem ratio, quæ fuit causa inducendæ solennitatis, militat in secundo contractu, quæ in primo, eadem solennitas requiritur; & hæc opinio seruatur in praxi, & licèt in contrarium sit alia communis opinio, vt per Caldas vbi supra, procedit, quando non militat eadem ratio, nec ex prorogatione nouus cõtractus inducitur, nec aliquid circa substantialia mutatur, aliàs falsa est: vt constat ex his quæ autores citati adducunt: & in contractibus emphiteoticis rerum ecclesiasticarum tunc seruabí tur, quando sunt consuetæ emphiteoticari, nam tunc sine solennitate potest emphiteosis renouari; & ita loquitur extrauagans Ambitiosê, & autores in contrarium citati, aliàs semper eadem solennitas requiritur, ne perperam, & contra ecclesiarum vtilitatem res in totum alienentur.

## Additio ad Decisionem XXV.

DE hac decisione vide. l. & si fideiussor, & ibi Imol. & omnes. ff. de re iudicata, & Hippolyt. Marsilium in repetitione Rubr. de fideiussoribus à nu. 273. Et aduerte, quòd remedium Bart. in d. l. & si fideiussor, nullo iure probatur: nam leges quas allegat, non loquuntur de exceptione personali: tum etiam, si fideiussor per indirectum vteretur dicta exceptione personali; lex esset imposita verbis, & contra intentionem contrahentium, qui ideò fideiussores accipiunt, vt magis secum maneant: vnde contra Bart. tenuit Cumã. ibi, & in l. Marcellus. ff. de fideiussoribus, & contra eum tenendum est iudicando & consulendo: & bene iudicauit autor hic.

## Additio ad Decisionem XXVI.

NVm. 1. De materia an emphitota, vel alius, qui non est perfecte dominus, & cui est prohibita alienatio, possit locare ad lõgum tempus, vel sub emphiteoticare, vide quæ notauimus ad decisionem 16. num. 3. vbi concluſimus quòd non, nisi consuetudo exiſtat in contrarium: vide etiam Caldas de nominatione, quæst. 23. à num. 48.

Num. 2. ibi, *Nullus alius præter dominum directum*, an secundus emphiteota possit petere commissum, vel solum dominus directus, vltra autorem hic, vide late Aurelium Corbulũ in tracta. de causis ex quibus amittitur emphiteosis; tit. de causa priuationis ob alienationem, ampliatione 24. Menoch. consi. 226. á num. 157. & nume. 185. & 186. lib. 3. concluditur, quòd quando primus

primus emphiteota ceſsit omne ius ſuum in ſecundum, tunc licentia domini eſt requirenda, & ipſe commiſſum poteſt petere : quando verô aliquid ſibi remanſit, & ſibi ſoluenda eſt penſio, ipſe habetur vt dominus reſpectu ſecundi emphiteotæ,& ipſe cõmiſſum petere poteſt, & ab ipſo eſt licentia petenda,licet aliqui dicat, quòd ab vtroque,& ſic communiter practicatur in emphiteota vniuerſitatis habente ſub ſe plures ſubuaſallos,vel emphiteotas.

Numer. 3. ibi, *Per quam ius coloniæ.* Per quantum tempus præſcribat quis coloniam vel emphiteoſim, vide dictum Aurelium Corbulũ in dicto tractatu, titulo de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, ampliatione 39. & Ioſephum Maſcardum de probatio. concluſione. 603. lib. 2. Antoniũ Teſſaurum in deciſionibus Pedemontanis nouis,deciſio. 179. per totum. Ioſephum Ludouicum deciſi. Peruſina· 106. a num. 21. parte. 2. & cum Mario Anguiſolo Ancharrano Rhegiẽſi, Ludouico Romano & alijs, Caualcanum in deciſ. 44. à num. 80. parte. 1· Communiter concluditur, quòd ſi nõ conſtat de contractu locationis temporalis, præſcribitur. 30. vel 40. annis: ſecus ſi conſtat,vt per Caualca. cú Ruino vbi ſupra.

Nume. 4. An pater poſsit præiudicare filío in emphiteoſi,& an filius poſſit venire contra factum patris, cuius eſt hæres, vide quæ latè notauimus deciſ. 8. num. 1. & nu. 6. vbi declaraui l. cum á matre,& eius materiam,& deciſ. 5. num. 7.

Numer. 5. Materia hæc, an præſcriptio obſit ſuccedentibus in fideicommiſſo, maioratu, feudo & emphiteoſi, quando fuit perfecta invita alicuius ex poſſeſſoribus, ſatis vulgaris eſt, & de ea vide auiores hic ab autore citatos; & vltra eos Ludouic. Molin. in tract. de primogenijs lib. 4. cap. 10. per totum, Matienço in l. 8. glo. 5. nume. 25. titulo. 7. lib. 5. nouæ recopilat. Oſaſcum deciſ. Pedemonta. 177. per totam, Pinelum in authentica niſi tricénale, num. 39. C. de bonis maternis, Hieronymum Portoles in tractatu de conſortibus & fideicommiſſo legali. cap. 20. á nu. 11. & Hieronymum Gabriel. conſ. 163. num. 12. lib. 1. Aymon Cravet. conſil. 967. lib 5. Menoch. conſil. 304. & 305. lib. 3. Ioan. Bottam conſil. 48. Ceph. conſ. 624. numer. 58. lib. 5. Sfortiam de reſtitutione quæſtio. 90. numer. 36. parte. 2. & plures alios quos allegat Fab. Turretus conſi. 69. á num. 26. lib. 1.

Numer. 5 in fine. Verum dicit Autor, & ſua deciſio bona eſt, licét ipſe in dicta deciſio. 8. contrarium tenuerit: ſed ibi locutus fuit præſuppoſita certa conſuetudine.

## Additio ad Deciſionem XXVII.

NVmer. 1. ibi, *Semel fuit excluſus.* Quando in fideicommiſsis, maioratibus & primogenijs, ſemel excluſus, cenſeatur ſemper excluſus & Dominum Ludouicum, vide latè per Molinam lib. 3. de primogenijs cap. 10. Bonifacium Rugerium conſ. 1. numer. 27. & conſ. 13. num. 100. lib 1. & eundem Molinam lib. 1. cap. 6. á num. 22. Velazquez de Auendaño in l 40. Tauri, glo. 9. á uumer. 76. Burſat. conſ. 63. á numer. 17. & conſ. 80. lib. 1. Sfortiam conſ. 13. à numer. 11. Menoch. conſil. 585. á numer. 35. lib. 6. & conſil. 172. num. 31. lib. 2. & conſ. 318. lib. 4. & 85. á num. 44. lib. 1. & Alexand. Raudenſem conſ. 142. á numer. 22. ſecunda

patte conſiliorum Zileti de vltimis voluntatibus, vbi conſuluit pro Rege noſtro Philippo circa ſucceſsionem regni Portugalliæ: & communis reſolutio eſt, qnòd ſemel excluſus, manet ſemper excluſus, durante perſona & cauſa excluſionis, aliàs idfinita perſona & cauſa, poteſt denuo admitti: & hoc in ſucceſſionibus tractum ſucceſsiuum habẽtibus, vt in primogenijs, & fideicõmiſsis perpetuis, in alijs verô quæ vnico actu conſumuntur, ſemel excluſus, ſemper manet excluſus: & ita intelligũtur quæ notant feudiſtæ in c. vnico, Epiſcopũ vel Abbatem, in vſibus feudorum.

Nume. 2. ibi, *De perſona ad perſonam.* Quando in fideicommiſsis & primogenijs admittatur extenſio de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, vide latiſſimè per Menoch. in tract. de præſumptio. part. 2. præſumptio. 73. & præſumpt. 65. & conſ. 232. nu. 11. & 235. num. 7. & 220. num. 36. & 233. numer. 11. & latius, & melius conſ. 243. per totum, lib. 3. & 530 numer. 21. & 585. á numer. 11. & 500. num. 8. lib. 6. & conſ. 427. num. 7. & 432. num. 25. lib. 5. Ioan. Bottam, qui plures allegat conſ. 50. per totum, Craſſum in libro ſententiarum. §. fideicommiſſum, quæſt. 4. á nu. 22. Franciſc. Manticam in tractatu de coniecturis lib. 3. titulo 19. á numer. 9. Riminald. Iuni. conſ. 80. á nume. 14 & 42. à numer. 123. lib. 1. Burſat. conſ 13. & 52. & 50. numer. 21. lib. 1. Sfortiam conſ. 56. á numer. 36 & 66. à numer. 80. & 67. à numer. 18. lib. 1. Simonem de Pretis in tractatu de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 2. interpretatione. 4 dub. 1. ſolutio. 2. à nume. 89. Roland. de Valle conſ. 100. á num. 80. lib. 4. & conſ. 94. numer. 20. lib. 2. & 59. numer. 19 & 55. nume. 24. lib. 3. & 14. numer. 30. eod. libro. Burgos de Paz conſ. 9. á num. 13. & conſ. 2. á num. 77. Ceph. conſ. 472. num. 97. & 455. nume. 8. & 509 numer. 17. & 490. numer. 9. & 469. numer. 12. & 478. num. 52. & 517. & 582. numer 2. & 537. nume. 17. lib. 4. & 446. numer. 35. & 430. numer. 10. & 408. num. 66. lib. 3. Hieronymum Gabrielem conſ. 83. á numer. 61. & 95. á numer. 13. lib. 1. Federicum Scotum lib. 2. reſponſorum tomo. 2. reſpon. 9. & lib. 4. reſponſo. 41. Bonifacium Rugerium conſ. 25. per totum lib. 1. Communis reſolutio eſt, quód de perſona ad perſonam eſt omnino prohibita extenſio, niſi apparcat de voluntate teſtantis contraria expreſſa, vel ex coniecturis vrgentiſsimis collecta. De caſu ad caſum etiam eſt prohibita ſed ex voluntate teſtantis tacita aut expreſſa, ſæpe ſæpius permittitur, atque hic, leuiores coniecturæ ſufficiunt ad eam elicié dam, imô & ſimilitudo, aut idẽtitas rationis ſufficiunt, ex notatis per Doctores in l Gallus. §. & quid ſi tantũ ff. de lib. & poſthumis.

Nume. 3. ibi, *Si de tali voluntate diſpoſitiua, &c.* Nota, quòd non ſufficit voluntas ex coniecturis elicita, niſi ea ſit diſpoſitiua, & collecta ex verbis diſpoſitiuis in teſtamento inſertis, vt per Autorem hic, de quo vide Menoch. de præſumption. parte. 2. lib. 4. præſumptione. 67. á nume. 15. & præſumptione. 50. á numer. 57. Teſſaurum deciſione Pedemonta. noua 248. num. 2. & Menoch. conſ. 210. num. 18. & 218. num. 71. & 236. num. 25. lib. 3. Rimi. Iun. conſ. 46. á num. 76. & cõſ. 110. num. 23. & conſ. 20. & conſ. 23. à num. 90. lib. 1. & conſ. 37. à nu. 2. eo. lib. Velaz. de Auend. in d. l. 40. glo. 20. nu. 2. Simonem de Pretis in d. tract. lib. 2. interpretatio. 1 dub. 1. ſolut. 5. à nu. 13. Cõmunis reſolutio eſt cõtra autorem in præſenti, quòd quomodocunque ex verbis teſtatoris, ſiue diſpoſitiuis, ſiue

siue enuntiatiuis, constet de eius voluntate, aut ex alijs coniecturis ex verbis deductis, vel ex signis & ratione in fideicommissis saltim, seruanda est, & ita practicatur.

Numer. 4. ibi, *Effectus consummatus.* Quando in fideicommissis & maioratibus post effectum consummatum, admittatur alius melius ius habens in præiudicium iuris ab alio quæsiti eo tempore, quo vel non erat natus, vel non apparuit is, qui melius ius habebat, vide omnino Molinam dicto lib. 3. cap. 10. Velazquez in dicta. l. 40. glo. 6. à num. 13. Menoch cons. 278. à nume. 14. lib. 3. elegantissimè & melius quam alibi Menoch. consil. 413. lib. 5. Hippol. Riminald. Iunior. in eodem casu cons. 564. lib. 4. Roland. Valle consi. 70. lib. 3. á num. 10. Ceph. cons. 318. à num. 23. lib. 3. Alexan. Raudensem dicto cons. 142. numer. 80. Hieronymum Gabr. cons. 123. numer. 2. lib. 1. Federi. Scotum respon. 1. tomo. 1. num. 52. lib. 4. & respon. 1. tomo. 1. lib. 2. num. 255. inter quos omnes magna còntroversia est, an natus post euentum casus substitutionis, siue ob mortem, siue ob alienationem, præferatur proximiori, qui fuit admissus tempore delatæ successionis, quia alius tunc proximior non erat, licèt postea natus sit: & cõmuniter concluditur contra Molinam & Riminald. quòd non admittitur, nisi adhuc res sit inregra, nulla distinctione facta; & ita ego in proprio casu habeo consulere, & soleo limitare, ex notatis in cap. 1. de eo qui sibi, & hæredibus masculis & fœminis, in vsibus feudorum, nisi in nato de nouo concurrat aliqua qualitas, quam voluit testator semper in suo primogenio durare, & quòd non habens illam qualitatem, succederet temporaliter, scilicet interim quòd alius non appareret: sed hoc debet cõstare ex claris verbis, & clara voluntate testatoris, aliàs male practicaretut.

Nume. 5. ibi, *Per momentum.* Quando conditionem sufficiat semel impleri, licèt per momentum duret, vidè Menoch. de præsumpt. 2. parte, lib. 4. præsumptio 69. á num. 3. & 183. numer. 29. & cons. 220 à numer. 4. lib. 3. & 85. à numer. 46. lib. 1. Crassum in dicto tractatu. §. legatum, quæst. 53. Riminaldum Iunior. cons. 52. â num. 136. lib. 1. Sfortiam cons. 19. à numer. 2. & 13. à num. 115. lib. 1. Molin. dicto tractatu, lib. 1. cap. 6. à numer. 17. Roland. cons. 52. num. 46. lib 2. & 56. num. 11. lib. 3. Burgos de Paz consil. 9. numer. 12. Rugerius cons. 1. num. 26. & 27. num. 46. lib. 1. Gabriel consil. 117. numer. 9. & cons. 61. numer. 12. 2. parte consiliorum Zileti de vltimis voluntat. Communiter cõcluditur, quòd sufficit momento impleri, nisi ex voluntate testatoris requirat perseuerantiam, vel habeat tractum successiuum, vt est conditio de nomine & armis, & ea de qua loquitur Autor hic.

Nume. 6. ibi, *Coniectura voluntatis.* Nota quòd fideicommissum potest induci ex coniecturata mente testantis, absque expressa dispositione, de quo vide Menochium in dicto tractatu de præsumptionib. lib. 4. præsumptio 64. & 67. & cons. 232. á numer. 4. & 233. à nu. 2. lib. 3. Antonium Tessaurum decision. Pedemontana noua. 248. nume. 13. Molin. in dicto tractatu lib. 1. cap. 1. á numer. 10. Crassum in. §. fideicommissum, quæstione 4. 5. & 6. Bursatum cons. 51. num. 9. lib. 1. & cons. 52. Fabi. Turret. cons. 77. lib. 1. Sfortiam cons. 45. á num. 26. lib. 1. Hieronymum Gabriel. cons. 132. quæstione. 7. & 9. Roland. cons. 97. lib. 4. Cephalum consil. 523. lib. 4. & 330. à numer. 27. lib. 3. & 517. numer. 66. lib. 4. & 524. numer. 48 & 455. numer. 67. & 520. eo. lib. 4.

Simonem de Pretis in dicto tractatu, lib 3. interpret. 3. dub. 3. solut. 4. & 5. & consil. 27. & 37. nume. 10. inter collecta à Zileto de vltimis volentatibus, parte. 2. Siluan. consil. 63. lib. 2. & iupradicta est communis & vera resolutio.

Nume. 7. ibi, *Quôd prohibitio*. Nota, quòd prohibitio negatiua obligat semper, & ad semper: de quo vide Velazquez in dicta l. 40. glo. 6. numer. 13. & Crassum in dicto libro sententiarum. §. legatum, quæst. 53. in fine Sfortiam consil. 19. lib. 1. & vera est Autoris resolutio.

Nume. 8. ibi *Quôd qualitas & forma*. De repetitione conditionum, clausula rum & qualitatum in fideicommissis, & primogenijs, vide Molin. dicto cap. 6. á numer. 25. Menoch. dicto lib. 4. præsumpt. 177. & 178. & 69 & consil. 215. à numer. 157. lib. 3 Velazquez in dicta l. 40. glo. 9. á numer. 41. Sfortiam consil. 43 per totum, Burgos de Paz consil. 2. à nume. 77. Simonem de Pretis lib. 2. interpret. 4. dub. 1. solut. 2. à nume. 130. Cepha. consil. 228. à num. 30. & 527. à num. 20. & 456. à numer. 15. lib. 4. Rugeri. consil. 32. à numer. 50. lib. 1. Cõmuniter concluditur, quôd repetuntur ex tacita voluntate testãtis id est, ex forma verborũ ex generalitate præcedétia, & relatione ad inferiora, & ex identitate rationis.

Ad finem decisionis ex dictis in additionibus præcedentibus, & ex relatione casus à Gamma in hac decisione inserta satis colligitur male iudicasse Autorem & Senatores in præsenti, quia ex eo quôd testator onus non habendi duo primogenia, de quibus hic, alteri ex nepotibus non nominatim, sed illi qui succederet in illo, quod ipse fundauit, imposuit, & quôd non nominauit maiorem ex nepotibus, quia aliud primogenium habebat latis colligitur, quòd voluit in sua linea duo primogenia separata existere, & duas domos erigere & fundare, & quòd eius memoria conseruaretur in successore in suo primogenio, quod dotauit, absque intermistione alterius: quæ rationes in alijs successoribus militant: ac proinde illa conditio in omnibus repetitur ex voluntate testantis, & ex maiori fauore publico, contra Autorem hic. Nec admitto hic considerandam proximitatem respectu Emanuelis vltimi possessoris, contra Ludouicũ de Faria, cum ipse sit ex nepotibus nominatis, qui alios præcellunt, de quo supra diximus, & est textus in vulgari. §. in fideicommisso. In hoc Regno quando quis duos maioratus possit habere, vide l. 7. tit. 7. lib. 5. recopil. & ibi Matien. & Azeuc. Aluara. in tract. de coniecturis, lib. 2. c. 2. §. 1. á num. 39.

## Additio ad Decisionem XXVIII.

VIDE quæ habes ad decisionem 5. vbi latè materiam resoluimus, & vltra ibi citatos, vide Pinelum in. l. 1. parte. 3. numer. 64. C. de bonis maternis, Molin. de primogenijs lib. 1. cap. 20. á numer. 16. & cum Alexand. Molin. Curtio, & alijs, vide Hieronymum Portoles in tractatu de cõsortibus, & fideicommisso legali. cap. 21. numer. 10. & Bertachi in suo repertorio, lit. E. verbo emphiteota pignorat. & latissimè in terminis huius decisionis Aurelium Corbulum in tractatu de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titulo de causa priuationis ob alienationem, limita. 33. vbi Ripas, Clar. Redoanum, Boeri. Crot. Negussan. Anto. Gab. Iaf. Gratũ, Alcia. & alios infinitos modernos & antiquo refert, & Mar-

& Marium Anguisolum cons. 216. nu. 25. lib. 1. Communiter concluditur cum autore in præsenti, quòd licèt hypotheca aut pignoratio rei emphiteoticæ, siue specialis siue generalis, non valeat, non tamen pignorãs incidit in commissum, quia non est propria alienatio, sed imperfecta, tanquam via ad alienationem.

## Additio ad Decisionem XXIX.

DE materia huius decisionis, & quãdo officia publica, prout est de quo agit Autor hic, vel alia, vt decurionatus, rectoria, & similia, debeant conferri & imputari in legitimam, & cõmunicari inter virum & vxorem, & obligari & pignorari, & an super eis possit fieri exequutio, & fundari census, vide Matienço in l. 5. glo. 2. tit. 9. lib. 5. recopilat, & ibi Azeue. á num. 1. & in l. 3. glo. 3. á num. 13. tit. 8. eo. lib. 5. eundem Azeue. in l. 127. & 8. titu. 3. lib. 7. recopilatio. Ioann. Garcia in tract. de expensis cap. 4. à num. 14. & de acquæstibus à num. 67. & 127. Ayoram de partit. parte. 2. cap. 8. â. nume. 6. Felicianum de censibus, lib. 2. cap. 3. á num. 23. Gutierrez practicarum lib. 2. cap. 64. Crassum in suo libro sententiarum. §. legitima, quæst. 27. & hi referunt Couar. Angul. Menchacam, Tellum. Fernandez, Dida. Perezium, & alios regnicolas, & communiter concluditur, quòd de officijs quæ solent vendi, etiam cum licentia Regis, quæ facillimè conceditur, iudicatur vt de bonis patrimonialibus: & ita conferuntur, imputantur, communicantur, exequutantur, pignorantur, alienantur, venduntur, vt illa, & non fit distinctio, an pater sibi vel filio emerit, vel Rex patri cõcesserit ob sua merita, vel alio modo pater acquiesierit, & ita seruatur in his regnis, quidquid Senatus hic iudicauerit contra votum Autoris, nisi officia non venderentur, nec transmitterentur, & Rex esset difficilis in concedendo, aut filio donata essent suimet cõtemplatione, tunc enim non haberent locum supradicta.

## Additio ad Decisionem XXX.

DE hac decisione dicemus latissimè in nostro libro primo quæstio. quæst. 17. & 18. vbi declarauimus, ex quibus coniecturis inducatur maioratus, & an inducatur per impositionem oneris aniuersarij, aut quia bona sunt indiuisibilia, & vni debent competere, interim tamen vide in terminis huius decisionis Velazquez de Auendaño in l 40. Tauri glo. 2 à numer. 62. 69. & in l. 41. glo. 2. à numer. 12. Aluarum Valascum consultatione 82. á nume. 5. Senatorem Caldas in tractatu de nominatione quæst. 13. á numer. 35. & quæst. 24. á numer. 47. Aluarad. in tractatu de coniecturis, lib. 2. cap. 3 §. 3. à numer. 11. Burgos de Paz Iuniorem in suis quæstionibus ciuilibus quæst. 2. Menoch. cons. 439. á numer. 1. & 15. lib. 5. Vvesembech. cons 82. á numer. 9. lib. 1. Communiter concluditur, quòd existentibus alijs coniecturis, inducitur maioratus ex dicto onere, & indiuisibilitate, non alias in rigore iuris: in praxi tamen ex consuetudine solent similia anniuersaria vni & maiori adiudicari per viam maioratus, vt melius conseruetur pia memoria, & sic plurics vidi practicari in alijs bonis indiuisibilibus, nisi sint dignitatis, aut domus de solar, nunquam talem praxim vidi, sed seruanda est dicta resolutio.

## Additio ad Decisionem XXXI.

DE materia huius decisionis, quæ sint regalia maximi, & mediocris gradus, & quando videatur á Principe concessa, & an in eis possit Princeps præiudicare primo donatario, vel in dubio intelligatur præiudicare, videndi sunt Roma. cons. 271. Deci. cons. 197. Rugerius consi. 21. numer. 40. lib. 2. & cons. 4. a num. 46. lib. 1. singulariter Riminaldus Iunior cons. 33. numer. 2. & numer. 21. & 81. numer. 2. & cons. 5. á numer. 187. lib. 1. Alciat. respon. 1. numer. 1. lib. 7. & respon. 9. numer. 14. lib. 3. & respon. 10. nume. 7. lib. 7. & respon. 45. nu. 6. lib. 9. Ceph. cons. 418. num. 51. lib. 3. & cons. 154. lib. 2. & 150. lib. 1. Ioan. Bott. cons. 49. numer. 9. Vvesembech. cons. 32. á nume. 10. lib. 1. Roland. cons. 42. á num. 32. & cons. 1. á numer. 90. & 18. á numer. 76. lib. 2. & cons. 4. á numer. 48. & 14. lib. 3 Ioan. Philipp. cons. 50. à num. 28. & 57. Boer. decis. 50. Bossius in sua praxi titu. de regalijs, Viuius decis. 208. Osascus decis. Pedemont. 101. á nume. 12. Marcus Antonius Peregrinus de iure fisci lib. 1. titulo de his qui iura fiscalia. numer. 85. & numer. 100 Vincentius Francus decis 275. à num. 5 secunda parte, Matienço in l. 6. glo. 2. & in l. 3. & 4. titu. 10. lib. 5. recopilat. Communis resolutio est, quòd in generali cõcessione nõ veniunt regalia, nisi specificentur; & quando fit cum regalibus, non veniũt regalia superiora, vt cudere monetam, & facere banna, de quibus hic: nisi in individuo exprimatur, vel constet ex verbis admodum duplicatis & generalibus, aut ex alijs euidentissimis coniecturis; & quòd in dubio Princeps non videtur derogare iuri tertij, nec primæ concessioni, & quod regalia sunt ea quæ soli regi reseruantur in signum supremæ potestatis, vnde non dubito, quòd reseruare sibi venditionem alicuius rei, quæ de iure naturæ cadit in libero hominum commercio, & alijs prohibere, sit supremũ regale, & quòd difficulter Princeps alij concedit, vnde non venit in qualibet & quantumuis generali concessione, vt supradicti dicunt, & sic bene iudicauit Senatus in præsenti.

## Additio ad Decisionem XXXII.

NVmer. 1. De proxeneta, quod possit esse testis, vide latissimè Mascardum de probatio. secũda parte, conclusione. 1040. & tertia parte conclusione. 1358. à num. 39. & 1233. á num. 4. & in materia gabellarum, Lasarte de Molina de gabellis cap. 18. á num. 74. Communiter concluditur, quòd non est testis omni exceptione maior, de contractu in quo fuit mediator, nisi in causis gabellarum, & in alijs á Mascardo exceptis; admittitur tamen in subsidium, quando veritas aliter sciri non potest, vel partes consentiunt.

Nume. 2. Obligatus ad factum excusatur, si fecit quidquid potuit: hoc tamen est de æquitate canonica: vide tamen Menoch. cons. 239. numer. 13. & 3. lib. 3. Matienço in l. 2. glo. 6. à nume. 5. & ibi Azeuedo à nume. 41. & 42. titulo 16. lib. 5. recopilation. vbi Azeuedo contra Matienço cum Gutierrez & alijs Regnicolis concludit, quod de iure regio, nisi in matrimonio non sufficit talis diligentia: ego tamen ponderarem maxime verba cõtractus, & intentionem contrahentium, & secundùm eam iudicarẽ, & in dubio seruarem hanc opinionem, qui eam video semper practicari; & vide ad hanc

quæst.

quæst. Seraphinũ de priuileg. iuramenti, priuilegio 87. nu. 11.

## Additio ad Decisionem XXIII.

HAEC decisio est vtilissima, & ferè sæpe in praxi versatur, & de eius materia, quando filia debeat conferre dotem ab auo suæ filiæ, nepti illius aui datam, siue eius contemplatione, siue non, & quando nepotes debeant conferre dotem datã matri suæ, vide Doctorem Alfonsum de Azeuedo, qui Castellum, Gomez, Laram, Angulũ, Baeçam, Gregorium, & alios allegat. in l. 3. á nu. 2. cum sequentib. tit. 8. lib. 5. recopil. doctorem Spino in suo speculo testametorum gl. 10. à nu. 39. & 36. & vide infinitos quos allegat Velazq. de Auend. in l. 29. Tauri. glo. 4. à nu. 9. & á nu. 15. & Angul. in l. 9. á nu. 5. tit. 5. lib. 5. recop. & de secũda parte quæstionis latissimè Anto. Tessaurum, qui ad Burfat. & Riminal. Iun. se refert, decis. 237. per totam Hieron. Gabr. cons. 58. nu. 1. lib. 1. & in ambabus partibus vide Crassum, & autores quos ipse allegat in suo libro sententiarum. §. legitima, quæst. 24. & quæst. 25. vide etiã cõmunistas lib. 6. cõmuniuam opinionũ, tit. 10. num. 12. 15. 16. 20. & numer. 22. 23. latissimè & eleganter per Menoch. in suo eleganti præsumptio. tractatu lib. 3. præsumptione. 17. per totam, & in consil. 183 à num. 32. & à num. 1. lib. 2. Rip. Socin. Iuniorem & repetentes omnes in l. in quartam, hic allegatam, & in l. illam C. de collatio. & in l. quoniam nouella. C. de inofficioso testamento. licèt tamen materia sit satis salebrosa, quam plures subtiliter & diligenter disputarunt, maximè Corneus in d. l. illam, Rip. & Socin. Iunior in d. l. in quartã, verior & cõmunior resolutio, ex maiori scribẽtium turma, deducta, est, quòd iure antiquo nepotes ex linea paterna tenebantur respectu successionis aui, imputare & conferre dotem à matre receptam, ex eo quia profecticia erat, & in aui dominio semper manserat, sibique erat restituenda, nepotes ex linea materna respectu auiæ non tenebãtur, quia dos respectu auiæ maternæ casualis. & aduẽtitia erat: iure verò Codicis existẽte l. dos á patre, de iure dotium, vera erat dicta resolutio, nisi quòd in nepotibus ex linea materna deberet seruari dicta lex illã, ratione æqualitatis seruandæ, scilicet, quod si alij succedentes conferant dotes suas, nepotes etiam conferant dotes matrum, ac proinde imputẽt in legitimam, ex l. quoniam nouella C. de inofficioso testamento, licet in hoc Bald. & plures alij contrarium teneãt, & Fulg. & Cumã. in d. l. in quartam, in fine id intelligant existente integra ipsa dote, aut pro parte qua nepotibus profuit, non alias: quod æquum credo, existente verò consuetudine Martini, quæ limitat dictam l. dos à patre Bart. absolutè tenet dotem imputandam nepotibus, quia non habent vt hæredes, matris, sed beneficio consuetudinis, & quia semper in dominio aui paterni manserat, & ídem de auo materno, ex l. quod scitis. C. de bonis quæ liberis. Communis tamen resolutio est, quòd si nepotes succedant cum patruis, repræsentando personam matris, teneantur imputare, quemadmodùm ipsa mater, ex d. l. illam. Si verò succedant cum alijs ín pari gradu existentibus, & sic ex propria persona, tunc nõ tenentur imputare. Si verò etiam mater, quia emãcipata, vel aliàs ex vi legis sui iuris effecta, vt sit in hoc regno per matrimoniũ, dotis domina fuerit effecta, tũc ipsa mortua in vita aui, nepotes nõ tenentur imputare, quia eam habẽt nõ

ab auo, sed vt hæredes matris: nisi tamen cum patruis succederent, vt dictum est, & in hoc Bart. & omnes concordant, in his regnis ex l. 29. Tauri, quæ est l. 3. tit. 8. lib. 5. recop. vt videre est per Azeue. ibi num. 17. putat Greg. quem Azeue. & alij sequũtur, quòd absolutè nepotes imputare tenẽtur, quia lex illa loquitur de ascendentibus, & filijs, & eorum hæredibus: sed certe illa lex nihil expresse decidit, & solum videtur loqui de hæredibus illius qui succedit defuncto, de cuius hæreditate agitur, & sic mortui post eius mortẽ, non de mortuo ante, nam tunc non dicitur succedere, nec de illo agit illa lex, & seruanda esset distinctio supradicta, quam tamen cum Cuman. limitarem, nisi nepos nihil consequeretur de illa dote, quia consumpta, vel ex alijs bonis matris: tunc enim ex æquitate, etiam si succederet cum patruis, nihil deberet imputare, maximè repudiando matris hæreditatem: imò credo quòd etiam de rigore, nam iam quòd succedat repræsentándo personam matris, succedit ex propria persona, & non vt hæres matris, nec præcisè vt persona matris, & sic non tenetur eius debita soluere, vt concluſit Auendaño in l. 40. Tauri glo. 17. num. 31. & contrarium nullo iure probatur. Sed tamen tenenda est, excepto casu dictæ limitationis, dicta cõmunis distinctio obseruandam æqualitatem, quidquid dicat additio Decij in d. l. illam, scilicet quòd indistinctè nepotes imputant, quod falsum est, & contra communem resolutionem.

Quo ad aliam partem, de qua Menochius latè agit, vera resolutio est, quòd si auus dotauit neptem, gerendo negotium filij aut filiæ eo casu, quo ipsi facere tenebantur, siue quia pauperes, siue etsi diuites, quia ipsi requisiti noluerunt facere, & dos sit intra legitimã filij aut filiæ, tunc filius aut filia debet imputare dictam dotem, in suã legitimam, quia & actione negotiorum gestorum poterat auus ab eis consequi. Si vero pater erat diues, & non erat in mora (& idem de matre) tunc non videtur cõtemplatione filij feciſſe, & per consequens dos non esset imputanda, quia esset impium auferre illi suam legitimam, consumendo sine sua volũtate, quamuis ego existimo, quòd ex eo quòd ex illa dotatione commodũ obuenit filio, quia pater eum exonerauit, ne locupletetur cum iactura aliena, intra moderatam quantitatem, teneretur imputare, si tamen esset pauper, tũc quia fecit negotium necessarium, videtur filij contemplatione feciſſe, ex l. dedit dotem ff. de collatione bonorum, & sic tenetur imputare. Si verò cõstet quòd dotauit nepos ipsius contemplatione, tunc non est imputanda patri, ex l. auus neptis ff. de iure dotium computabitur tamen in tertium, vt melioratio, & ita vult Azeue. vbi supra, si etiá simus in dubio, tunc præsumitur filij cõtemplatione dotaſſe, si erat pauper; & idem si erat diues, & erat in mora, & imputabitur, aliás non.

Nepti etiam dicta dos computabitur in sua legitima si fuit data contemplatione patris, quod in dubio præsumitur: aliás secus, dico respectu succesſionis sui patris, vel matris. Tum etiam dos nepti data respectu succesſionis aui, quando succedit matre aut patre mortuo cum patruis, quia repræsentat matrem, non computabitur, vt dicit Salic. in d. l. illam, quod verum nõ credo, & contra tex. in d. l. quoniá nouella, quando succedit cum paribus in gradu, imputabitur, & hæc est vera totius materiæ resolutio, & quando auus teneatur dotare, vel alere nepotes, vide DD. in l. 1. ff. soluto matrimonio, & latissimè Laram in tract. de alimentis §. non tantum, per totum, & á nu. 90.

Secun-.

Secũdùm quas resolutiones bene iudicauit autor in præsenti, si auus fecit negotium; quod filiam debebat facere, aliàs si non tenebatur, quia habebat patrem diuitem, tunc malè iudicauit, quidquid sit de coniecturis, etiã si constaret, quòd pro filia fecit: de quibus coniecturis vide Menoch. vbi supra, & Mascar. in suo tract. de probationibus, par. 1. conclus. 573.

## Additio ad Decisionem XXXIII.

VIde de hac decis. l. 9. tit. 6. lib. 5. recop. & ibi Matien. Azeue & Angulum, & l. 25. Tauri, & ibi Anto. Gomezium, Castellum, Tellum Fernandum, Velazquez de Auendaño, & alios Regnicolas: & hæc decisio concordat cum illis legibus, ac proinde in hoc Regno seruanda est.

## Additio ad Decisionem XXXV.

NVm. 1. Quando officialis teneatur de culpa & excessu, & quãdo ei excedenti possit resisti, & debeat resarcire damna vide Grãmatic. decis. 40. nu. 12. & decis. 36. num. 87. Franciscũ Marcum decisione. 748. par. 1. Chassan. in consuetudinibus Burgũdiæ rub. 1. §. 7. verbo, De simple rescosse, à num. 5. & nouissimè Dionysium Gotifredum in praxi iuris ciuilis, par. 2. lib. 2. tit. 4. fol. 670. & 690. vide etiã aliquid per Auilesium in cc. prætorũ. c. 34. verbo, *mandado*. numer. 7. & cap. 18. verbo, *carcel*, á nu. 17. & vide aliqua per Fabium Turretum cons. 4. á num. 69. & cons. 15. lib. 1. Bursat. cons. 77. à nu. 27. lib. 1. qui loquitur de tenuta illegitimè data, & 59. num. 27. vbi loquitur de damno dato per culpam officialium. Cephal. cons. 577. nu. 21. lib. 4. Communiter cõcluditur, quòd officialis excedens tenetur iniuriarum, & de dãno dato, & potest ei resisti: licet hoc de resistentia in his regnis non seruetur, sed excusatur resistens iustè à parte pœnæ sibi imponendæ, & sic practicatur. Si verò non excedat, non tenetur de damno aliquo, etiã si occidat resistẽtes; ponderanda enim est malitia aut culpa officialis, & in dubio pro eo est iudicandum ratione officij, ex quibus patet, quòd in casu huius decisionis bene iudicauit Autor in præsenti, si officialis excessit vltra sibi mandata, aliàs non.

## Additio ad Decisionem XXXVI.

NVm. 1. ibi, *Cum enim Margarita*. An electio prima præferatur secũdæ, & an eligens virtute cõtractus aut testamenti incertum de certis, possit variare, vide Molin. lib. 2. de primogenijs c. 4. à num. 22. cum sequentibus, Burg. de Paz cons. 20. Aluarum Valascum latissime consultatione 102. per totam, Senatorẽ Caldas de nominatione emphiteotica, quæst. 10. à nu. 83. Menoch. cons. 219. lib. 3 & 341. lib. 4. aliquid per Ioan. Bottam cons. 21. nu. 5. Velaz. de Auend. in l. 17. Tauri glo. 9. & in l. 25. nu. 3. Conclusio magis communis est, quòd si electio sit relata ad tẽpus mortis, eligens ante, etiam per viam contractus oneroſi, potest variare, ex vulgari. § à filia Si verò simpliciter, vel in vita vel in morte, si per contractũ concessa fuit, eligens potest variare, si verò per testamentum, tunc si eligens eligat per viam contractus, aut donationis, non potest variare, si in testamento potest variare reuocando testamentum, & per consequens, quando prima electio est reuocabilis; præualet secunda, aliàs præualet prima: vnde malè dicit Autor hic in dicto numero, sed tu vide

quæ latissimè diximus lib. 3. quæstionum, quæst. 22. vbi concluſimus cõtra communem, electionem ſemper eſſe irreuocabilem, ſi facta fuerit per viam contractus irreuocabilis, aliàs ſi per viã ſimplicis electionis, ſeruanda eſſet dicta diſtinctio, ſaltem quando eſt facta ex cauſa oneroſa matrimonij, veriſsimum eſt id quod defendebamus.

Numer. 1. ibi, *Et quanquam in feudis.* Quando ſecunda inueſtitura deroget primæ, vide latiſsime Rugerium conſ. 2. á num. 13. lib. 2. & num. 1. & conſ. 34. num. 56. lib. 1. Riminaldum Iuniorem conſ. 1. à num. 52. & 19. num. 95. &. 44. à num. 60. & 267. & conſ. 5. â num. 43. lib. 1. Burſat. conſ. 46. num. 1. & 2. lib. 1. & num. 21. & conſ. 122. num. 18. & cõſ. 3. num. 11. & 2 num. 34. & 85. numer. 6. Ceph. conſ. 468. num. 69. & nume. 117. & conſ. 560. nu. 1. lib. 4. Communis reſolutio eſt, quòd prima inueſtituta eſt ſeruanda, & nec Princeps poteſt tollere ius per eam quæſitum, niſi ex magna cauſa, vel niſi de partium conſenſu: & ſecundùm primum eſt intelligenda ſecunda, de quo vide Curt. Iaſ. Alciat. Decl. & omnes in l. pacta nouiſsima C. de pactis.

Ibi, *Proponebatur.* An eligẽs vel nominans ex cõmiſsione alterius, poſsit recipere pecuniam pro nominatione, vide late Molinam. d. lib. 2. c. 5. á num. 37. & fratrem Anto. de Corduba in ſuis caſibus conſcientiæ. quæſt. 76. & cõcluditur q. non. Vide plures autores quos Corduba allegat.

Ibi, *Quanuis reus.* Nota, quôd actore non probante, aut nullum ius habente, abſoluitur reus, etiam ſi nihil præſtiterit: de quo vide Ruger. conſ. 5. num. 9. lib. 2. & 69. num. 35. & 39. nume. 52. lib. 1. Fabi Turret. conſ. 4 nume. 32. & 20. num. 4 & 53. num 6. & 60. numer. 11. & 33. numer. 1. & 2. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 112. á num 92. lib. 1. & Burſ. conſ. 116. num. 11. Menoch. conſ. 395. num. 31. lib. 4. Roland. conſ. 67. numer. 1. lib. 1. & iſti plures alios allegant.

Num. 1. ibi, *Contractum extendere vltra perſonas nominatas.* Nota, quòd cõtractus non extenditur vltra perſonas nominatas, de quo vide Ruger. conſ. 21. á num. 26. lib. 2. & conſ. 12. num. 9. lib. 1. & conſ. 2. á numer. 12. lib. 2. Ceph. conſ. 582. á numer. 14. lib. 4. Paul. conſ. 338. lib. 2. Fab. Turret. conſ. 33. numer. 22. Rimi. Iun. conſ. 86. num. 8. & 18. nu. 90. lib. 1 & vide late Corbul. tit. de cauſa priuatio. ob lineã finitam, per totũ.

Num. 2. An extraneus poſsit nominari in emphiteoſi, deficientibus filijs ex viro & vxore, vel alijs nominatis, vide latiſsimè Ruger. conſ. 34. lib 1. & Fab Turret conſ. 61. á nume. 81. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 44. à nu. 3. lib. 1. Burſat. conſ. 48. à num. 22. lib 1. Bott. conſ. 63. á num. 19. Caldas de nominatione, quæſt. 22. & 24. communiter concluditur cũ authore hic, maximè in emphiteoſi eccleſiaſtica, niſi expreſſe dicatur in contractu: & ſic practicatur.

Num. 2. ibi, *Mentem contrahentium.* Nota quôd in cõtractibus debet attẽdi mens contrahentium, prout in vltimis voluntatibus, & debet elici ex cõſuetudine & alijs coniecturis, de quo, & de extenſione vltra perſonas nominatas, vide Corbul. vbi ſupra, & Rugerium conſ. 5. per totum, lib. 2. vel 1.

Nu. 3. ibi. *Solus pater.* Quando pater poſsit alienare bona aduentitia filij, vide vltra Pinel. hic citatum, Fab. Turret. conſ 91. numer. 15. Ceph. conſ. 467. num. 41. lib. 4. Menoch. conſ. 442. num. 31. lib. 5. & 279. à num. 30 lib. 3. & Couar. à Pinelo citatum, qui legem Partitæ allegat, vide etiam Ioſep. Lud. deciſ. Peruſi. 13. á num. 11. Couar. lib. 1. variarum c. 8. num. 5. & 6. & Bellacomb. lib. 6. communium titu. 51. numer. 14. & Hierony. Gabri. conſ. 36. Communiter

ter concluditur, quod debet alienare ex causa æris alieni, & non requiritur iudicis decrerum, licèt cautè cõtrahentes semper requirant, & sic practicatur, aliás non potest alienare, & qui non potest alienare, non potest etiam concedere in emphiteosim, vt diximus decis. 16. & 26.

Numer. 4. Pater & tutor an possint feuda antiqua & solita infeudare, & idẽ de emphiteosi, concedere absque solennitatibus, vide Rimi. Iun. qui in prælato loquitur, & allegat Iul. Clar. cons. 17. num. 21. & 24. num. 21. & 32. num. 41. lib. 1. Caldas in tract. de renouatione, quæst. 1. à nu. 4. Resolutio est, quòd licèt pater & prælatus possint, tutor non potest absque solennitatibus saltem subhastationis, nec in prælato practicatur, vt concedat sine suo conuentu, licèt aliæ solennitates non requirãtur, per constitutiones tamen ordinis sancti Benedicti subhastatio requiritur.

Num. 5. An in renouatione requiratur solennitas, quæ in prima concessione: diximus quòd sic, decis. 24. licèt autor ibi contrarium tenuerit.

Num. 7. Vide quæ dixi decis. 16. Et ex his apparet, quód quia primò nominatus erat extraneus, & non valuit sua nominatio, iustè iudicauit autor hic, etiam si secundus contractus non valeret.

## Additio ad Decisionem XXXVII.

NVm. 1. An contra transactionem ratione læsionis detur minori restitutio, vide Menoch. cons. 412. num. 9. & 34. & in pluribus alijs numeris, & cons. 401 à nu. 164. lib. 5. & 508. à num. 15. lib. 6. & in tract. de arbitrarijs lib. 2. cent. 2. casu. 171. & cons. 171. numer. 40. lib. 2. Rol. cons. 15. numer. 44. lib. 1. Iosephum Ludouicum decis. Perusi. 35. à num. 8. Rolan. cons. 28. lib. 4. Sfortiã cons. 37. num. 60. lib. 1. & quæ diximus ad decisi. 10. & in materia restitutionis satis ad propositum vide Marcum Anto. Perusi. cons. 65. & 95. & 56. & 3. & 29. & 12. & cons. 1. Cõmuniter concluditur, quòd cõceditur restitutio minori, & hoc non habet dubium.

Num. 1. *Imó & regu. iuris est* Quando pro decreto præsumatur, & an eo existente, concedatur restitutio minori, vide Menoch. in dictis consilijs, & in tract. præsumptio. lib. 2. præsumptione 75. Sfortiam in tract. de restitutione 1. par. quæst. 11. art. 9. & 2. par. quæst. 87. art. 9. & cons. 40. & 17. per tota. Cõmunis resolutio est, quòd quando decretum apparet ex actis latum ritè & rectè, & causa cognita, præsumitur pro eo, non tamen est hæc præsumptio iuris & de iure, sed iuris tantûm, & ideò minor petẽs restitutionem, debet probare læsionem, & non leuem, alias sibi non conceditur restitutio.

Num. 2. ibi, *Affirmauit se*. An minori affirmanti se maiorem, vel aliquid falsum asserenti, cõcedatur restitutio, vide Menoch. d. cons. 412. & 401. à nu. 176. & Sforciam cons. 15. à num. 24. Vera resolutio est, quòd non conceditur, si affirmat causa decipiendi aduersa. alias sic.

Numer. 3. De modo probandi læsionem, & quæ læsio sufficiat, vide latissimè Mascard. in suo tract. de probatio. 2. par. cõclusione 963. per totam, & per Menoch in dictis consilijs, Caldas in tract. de restitutione, verbo, *Vel aduersarij dolo*, à nu. 8. & verbo, læsis, Sfortiã in eodem tractatu par. 1. quæst. 36. art. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8 & Rol. in d. cons. 28. & cons. 10. num. 9. & 60. à num. 63. lib. 4. Sfortiam cons. 40. & 17. lib. 1. Turretum cons. 85. à num. 9. & 32. num. 2. & 8. num. 24. & 6. num. 36. & 5. numer. 38. lib. 1.

Num.

Num. 5. An ſpurius admittatur ad emphiteoſim, vel poſsit ad eam nominari, diximus latiſsime vltra Autorem deciſ. 2. Quo ad præſentem deciſionē, ſi autor iudicauit bene vel male, non poſſum affirmare, quia negotium de probanda læſione eſt facti, & non vidi proceſſum, credendum eſt quòd iuſtè denegauit minori reſtitutionem contra tranſactionem, & abſoluit reum.

## Additio ad Deciſionem XXXVIII.

NVm. 1. ibi, *Contractum iſtum*. Quando annua penſio ſoluitur, ex quibus cognoſcatur, an contractus, cuius virtute ſoluitur, ſit cēſualis, vel emphiteoticus, quia ſi emphiteoticus eſt, habent in eo locum commiſſa ordinaria, non ſi cēſualis, vide vltra autorem hic, Iaſ. in l. 2. C. de iure emphit. à num. 41. Imol. in cap. ad audiētiam, à num. 4. C. de rebus eccleſiæ non alienandis Ruin. conſ. 160. lib. 1. Soc. n. 167. lib. 2. Burſat. conſ. 26. à numer. 17. lib. 1. Beroi. q. 14. Pariſi. cōnſ. 84. â nu. 12. & 85 lib. 4. Deci. conſ. 146. a num. 1. Redoan. de rebus eccleſiæ, quæſt. 24. cap. 3. nume. 27. Corbul. in d. tract. tit. de cauſa priuationis, ob non ſolutum canonem, limit. 33. & 34. latiſsime Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 106. 107. 108. 109. & conſ. 409 nu. 53. lib. 5. Felicia. in tract. de cenſibus in proœmio, à nu. 11. cum ſequentibus. Couar. lib. 3. variarum. cap. 7. Aluarum Valaſcum in tract. de iure emphiteotico, quæſt. 32. á num. 27. & 35. Communiter concluditur, quòd ex pactis, ex conſuetudine, ex forma verborum, ex mente contrahentium, ex tranſlatione dominij directi, vel non tranſlatione, iudicatur cōtractus vel emphiteoſis, vel cenſualis, & ille contractus iudicabitur, pro quo maiora ſūt ſigna & indicia, & in dubio in fauorē eccleſiæ iudicabitur emphiteoticus, in fauorem priuati cenſualis: in his tamē regnis credo quòd ſemper iudicabitur emphiteoticus, quando ſōl uitur aliquid pro re aliqua, & quòd ſōl uitur non correſpōdet fructibus, & ſoluitur in recognitionem, quia vt in plurimum non reperiūtur contractus cēſuales, de quibus autores loquuntur: nam quando quis dat rem ſuam ad cēſum, ſemper dat cum reſeruatione dominij directi, & idē erit in annua penſione, de qua non apparet ſcriptura, iudicabitur tamē emphiteoſis perpetua, quando tempus immemoriale, aut cētum annorum, aut aliud nimis longū effluxit etiam contra eccleſiam, aliàs iudicabitur temporalis, & ad tres vitas, ſecundùm conſuetudinem huius Regni. Aduerto tamē, quòd ſi id quod ſoluitur eſt minimum, & in recognitionē dominij, & ſumus in partibus vbi ſunt frequentes dicti cenſus, quos vulgò appellamus foros, iudicabitur contractus cenſualis, nec ex pactis non alienandi, aut alijs quæ ſolent apponi in contractibus emphiteoſis, deſinet eſſe cenſualis, nam hæc etiam valent in cōtractu cenſus, vt per l. Tauri de qua per Felicianum vbi ſupra. Aduerte etiam quòd hic non loquimur de cenſu conſignatiuo perpetuo aut redimibili, ſed de reſeruatiuo, qui comprehendit alia cēſuum genera. Et nota, q̄ ſi cenſus ſoluantur propter ſolum, qui appellantur cōtractus ſuperficiales aut libellarij, & vulgò, fueros de ſuelos tūc iſte iudicabitur quemadmodum contractus emphiteoticus, ex Valaſco vbi ſupra, & iſti ſunt infiniti in hac patria, & etiam alij in hac villa.

Ibi, *Prius tamē quæſtiunculam*. An impedimētum excuſet à deſertione, quia materia eſt lata, vide latiſsimē Azeue. in l. 2. á num. 4. tit. 18. & in l. 11. á num. 14. co.

14: eo. titu & in l. 14. tit. 3. à num. 7. lib. 4. recop. Communiter concluditur, ꝙ si impedimentum est iustũ & incuitabile, excusat, siue ipso iure, siue per viã restitutionis, ex clausula generali, & sic practicatur in supremis tribunalibus quidquid sit de lege Lusitaniæ, quam hic autor citat: & vide Siluanum cons. 69. lib. 2.

Num. 2. Quando in contractibus sit inspicienda mens contrahentium, & effectus contractus, ad eum cognoscẽdum, vide latissimẽ dictum Aurelium Corbul. vbi supra ampli. 12. Gutierrez cons. 30. num. 8. Bursat. cons. 100. & 31. lib. 1. Bellon. cons. 60 num. 9. Menoch. cons. 27. à num. 45. & 104 à num. 3. lib. 1. Roland. cons. 1. num. 6. lib. 1. Turret. cons. 98. à num. 9. lib. 1. Marcum Anto. Eugeni. cons. 12. á num. 81. lib. 1. Alua. Valas. vbi supra, à num. 28. & resolutio est, quòd mens debet seruari, si ex effectibus, & substantia contractus, vel ex consuetudine & alijs coniecturis colligatur, & verba manifestè in totum nõ repugnent, licèt in aliquo contradicant.

Num. 3. ibi; *Iusta causa.* Quãdo causa iusta excuset à pœna commissi, & idem si sit colorata, vide Gigant. de pẽsio. quæst. 88. â nu. 9 Corbul. vbi supra limit. 17. in principio, qui bestialem putat sufficere. Alex. Raudẽsem in tract. de contractibus emphiteoticis, titu. de defensione, à nu. 52. iudicio meo, quia cautas in emphiteosi principaliter, attingit interesse domini, & culpã emphiteotæ: nec est mera pœna, quæ solum dolum aspiciat & puniat, vt alibi diximus, nisi causa sit iusta, aut saltem probabilis, quæ à culpa excusset, non excusabit á cõmisso: erit tamen iusta causa, dubium an res sit aliena vt per Corbul. latissimè vbi supra limit. 2. Socin. Iun. cons. 70. á nume. 3. lib. 1. Dubium etiam probabile, an contractus sit censualis vel emphiteoticus, vt per Corb. d. limit. 34. controuersia inter duos super re emphiteotica, vt per Raud. vbi supra num. 56. Boer. decis. 106. tex. & DD. in l. litibus. C. de agricolis & censitis lib. 11. Tum etiam dictũ vnius Doctoris, qui solet excusare ab expensis quando iste dixit, quòd emphiteota non erat talis, nec obligatus eius legibus, de quo latè Asinius in sua prax 1. §. 32. limit. 2. 3. & 4. non credo tamen, quòd id excusaret, quando extaret scriptura, quæ imponeret pœnã commissi: nam tunc erat notarius error, quem cliens suspicari debebat, & alium consulere, ex dictis ab Asinio vbi sup.

Num. 4. ibi, *Controuersia.* Diximus in additione præcedenti. Ex quibus patet, quòd bene iudicauit Autor excusádo emphiteotam á commisso, si verba contractus erant dubia, & non erat insertum pactum soluendi, & si non solueret biennio aut triẽnio transacto, incideret in commissum: nam si hoc pactum insertum erat, malé iudicauit, siue contractus sit cẽsualis, siue emphiteoticus, ex supra citatis.

## Additio ad Decisionem XXXIX.

DE materia huius decisionis, quando sit licitum emptori locare rem emptam vẽditori in ipso contractu, & incontinenti post eum, & ex pacto, & sine pacto, & quando ex hoc præsumatur contractus illicitus & simulatus & de probãda simulatione, vide Curt. Iun. cons. 339. à num. 40. lib. 3. Mascar. de probatio. prima parte concluf. 442. & 447. in fine, & 439. num. 29. Cranet. Cagnol. & alios ibi allegatos, Alex. de Næuo cons. 95. Lupum de vsuris ad l. 2. §. 1. num. 44. Calcan. cons. 82. num. 3 Caballi. milleloquio. 584. par. 2. Beccium

cium.conſ.52.Fabi.Turret.conſ. 92. á num.26.Caualca.deciſ.13.num.48. parte.2. Menoch.conſ. 109. lib. 2. & 358. lib. 4. & 343. eo. lib. in tract. de præſumptio.lib.3.præſumpt. 122. nu. 110. & 124.num.30.Bonif.Ruger. conſ. 8. num.28. & 4.num.20.lib.2. Sfor. cõſ. 100.á num.36.Burſ.conſ.11.lib.1. Cõmuniter concluditur, quòd de ſe licita eſt locatio, attamen cum alijs coniecturis contractum efficit ſuſpectum: & coniecturas vide per Menoch. Maſcard.Burſ.& alios vbi ſupra,qui Cæpol. & alios allegãt, & ita tenet Autor hic.

## Additio ad Deciſionem XL.

DE materia huius deciſionis, quæ vtiliſsima eſt,quando vẽditio pignoris capti in exequutionẽ rei iudicatæ,aut contractus guarentigij facta ab exequutore, nulla ſit, aut reſcindatur ob læſionem vel dolum exequutoris, maximè ſi res magni valoris ſit capta pro paruo debito, & quando, & intra quod tempus contra eum competat reſtitutio,& an competat remedium. l.2. de reſcindenda venditione,vidẽdi ſunt omnino ordinarij, maximè Odofredus,qui latè diſtinguit,in. l. ſi minori. C.de iure fiſci lib.10.& in l.1.&2.C.de fide inſtrumẽtorum eo.lib.& in l.1.C. ſi vẽdito pignore agatur,& in l.ſi quos C.de reſcind.vend.& in l.1.C.ſi aduerſus venditionem,& in l.1. C. ſi aduerſus venditionem pignoris,& in l. 1. C. de præſcript. 30.vel 40.annorum,& in l.fundus Lucij Titij.ff.de reſcind.vẽd. & in d. l. 2. & vide Calcan. conſ. 25. á num.67. Bernardum Bombinum conſ. 7.à num. 4. Damoderium in tract. de ſubhaſtatione c.3.num.9.& c.5.a num. 6.Menoch.in d. tract. de præſumptio. lib.2.c.75.à num.33. Marcum Anton. Peregrinũ in tract. de iure fiſci lib.6. tit.4.á nu. 8. cum ſequentibus. Riminal. Iun. conſ. 5.á num. 163. Sfortiam conſ.40.Ruger.conſ.39.a num.19. Riminal Iun.conſ.3.Ceph.conſ.298. lib. 2. Vveſembech.conſ.65.á num.10.lib. 2.Matienz.in l.1.glo.9.tit.11.lib.5. recopil.& ibi Azeue. nu.31. Aſini. in ſua praxi.§.31.c.5.elegẽter ad praxim Azeued.in l.fin.á num.124.tit.21.lib.4. recopil.vbi allegat Dida. Perez Couar. Padillam & alios,& l.40.tit.5.par.5.& á num.40.cum ſequentibus doctorem Paz in ſua praxi tomo.1.c.3.á num.48. Arnald.Ferronium in cõſuetudinibus Burdegálenſibus lib.2.tit. 13. fol. 330. Marium Anguiſolum conſ.279.& cõſ. 24.num.51 Sfortiam in tract.de reſtit. 2.par.quæſt.53.arti.3.& 4.& quæſt.84. arti.6.Mauriciũ in eodem tract.quæſt. 102. 103. 104. 105. cum ſequentibus. Affict.deciſ.358.& quantum potui ex confuſis diſtinctionibus & reſolutionibus autorum colligere, vera & magis cõmunis reſolutio,& magis amica Iuriſconſultorum & Imperatorũ reſponſis, eſt, quòd ſi exequutor mala fide & dolo procedat in extractione,& venditione pignorum, vt pote quia ſit inimicus debitoris, & res magni valoris pro modico debito vẽdat, cum ex alijs debitum potuit recuperare, vel quia cum creditore, aut alijs colludat, vel gratiam velit eis facere, tunc ſi venditio propter debitum fiſcale fiat, etiam ſi alia ſolennia interueniant, venditio nulla eſt, ex d.l.1.& 2.& ex d.l.ſi quos, & ex d.l.1. C.de præſcrit.30.vel 40. annorum.Si verò propter debitum priuati,nulla lege cautum reperitur, quòd venditio nulla ſit,erit tamẽ per remedium querelæ, aut reſtitutionis, vel officio iudicis irritanda,& conſultius eſſet appellare ab exceſſu exequutionis: emptorque, ſi fraudem participauerit, tenebitur ad reſtitutionẽ rei cum fructibus perceptis & percipiendis ex dictis

&is iuribus facta excussione in bonis officialis aut creditoris, qui fraudem commisi: & idem erit si creditor ipse vendat, ex d.l. 1. in fine. C. si vendito pignore agatur, si tamen solennia non interuenerunt, erit venditio nulla, ex l. 2. C. si vẽdito pignore agatur. Si vero dolus absit, & res sit vẽdita vili pretio, tunc venditio fiscalis non valet, ex d.l. si quos, quia quòd iusto pretio vẽdatur, pro forma requiritur in talibus venditionibus. Sed hoc intelligitur, si potest præsumi gratia ex vilitate pretij: nam si nõ & exequutor procedat bona fide, & ideò accepit rẽ magni valoris, quia aliam debitor non habebat, & vendidit vili pretio, quia maius nõ reperijt, tunc credo quòd valida sit, quemadmodum & in priuatis: & ita practicatur, nec aliud sonant dictæ leges. Venditio verò priuata semper valet, nec ex vilitate pretij rescinditur, nisi interueniat deceptio vltra dimidiam iusti pretij: tunc enim licet sint opiniones, magis cõmunis & vera opinio est, & quæ approbatur in d l. 11. quod contra eam competat remedium dictæ l. 2. satis tamen dolus præsumetur ex vilitate pretij, & quia debitor alias res minoris valoris habebat, ex quibus cõmodè potuit pecuniã parari, & oblatæ sunt exequutori & noluit accipere, ex Autore in præsenti In his tamen regnis in praxi apud suprema tribunalia receptum est, quod intra quadriennium & maius tempus detur restitutio aduersus supra dictam venditionem, quando res vili pretio vendita est, non quando æstimata adiudicatur in solutum, siue deceptio sit intra dimidiam iusti pretij, siue vltra, & restitutio fit cũ fructibus, expensis deductis, & restituto debito, aut pretio creditori cũ interesse & redditibus ad rationẽ vnius pro quatuordecim: & hæc restitutio fit etiã in bonis mobilibus: si vendita, vel non exta re non reperiantur, tunc enim nullam vidi restitutionem fieri; secus tamẽ in immobilibus, etiam si vendita reperiantur, restituto emptoti pretio cum dictis redditibus, ex dictis legibus, & ex Autore hic.

Num. 1. ibi, *In qua vxor non est particeps.* Nota, quòd vxor etiam si acceptet bona lucrata cõstante matrimonio, non tenetur soluere dimidiam debitorum ob fideiussiones contractorũ, de quo vide autorem infra decis. 162. Burg. de Paz Iun. quæst. 8. num 19. Matien. in l. 3. glo. 7 nume. 3. tit. 9. lib. 5. recopi. Ioan Gar. in tract. de acquæstibus, num. 149. Ayoram de partitionibus. 1. parte. c. 8. num. 12 Gutierrez lib. 2. practicarum, quæst. 127. qui omnes tenẽt hanc conclusionem, & ita practicatur.

Num. 1. ibi, *Non debuit aditio.* Nota, quòd aditio inducta ad liberandum se ab vno debito, de quo antecessor litigabat, non operatur contrarium, scilicet implicationem aut obligationem respectu aliorum. Hæc conclusio falsa est, quia actus vnus benè potest operari contrarium eius ad quod factus est respectu diuersorum, quando actus operatur aliquid, quod includit in se virtutẽ ad contrarios effectus, & quod esse nõ potest, nisi cum illa virtute: vnde quia aditio facit aliquem hæredem, & esse hæredem, includit dicta contraria, non potest quis in vno esse hæres, & in alio non, quia manifestam implicat contradictionem. Nec obstat quòd inducta ad vnum effectum, non debent operari contrarium: id enim intelligitur in diuisibilibus, & quæ possunt separari, in quibus sola actualis & individualis voluntas specificat actum, & illi normam tradit, vltraque non progreditur; & ita intelligũtur quæ allegat Vvesembechius cons. 85. numer. 13. lib. 2. & Fabi. Turretus cons. 88. a num. 1. Paris. cons. 12. num. 169. lib. 2. Bonif. Ruger.

cons.

conſ. 3. à num. 71. Riminal. Iun. 95. á num. 10. lib 1.

Num. 3. ibi, *N ſi id expreſſe caueatur.* Nota, quòd nec priuatio nec annullatio actus inducitur, niſi expreſſe â lege caueatur, quia annullatio actus eſt pœna: de quo vide Caballi. milleloquio 535. parte. 2. Turret. conſi. 28 num. 76. & 47. num. 13. & nu. 20. Menoch. conſ. 169. num. 18. lib. 2. Burſat. conſ. 14. nu. 17. lib. 1. Portium Imolenſem conſ. 16. num. 14. & 69. Ceph. conſ. 520. num. 6. lib. 4. & 21. à num. 31. lib. 3. & Bald. Iaſ. & autores in l. non dubiũ. C de legibus, & in l. cum lex. ff de fideiuſſoribus, & in l nemo. C. de ſacroſ. Eccleſijs & Deci. conſ. 229. Bertachi. in ſuo repertorio lit. A. verbo. Actus legitimi. Caualc. deciſ. 10. num. 9. 1. parte, vbi allegat Felin. Chaſſan. & alios. Riminal. Iun. conſ. 387. nume. 21. lib. 4. Deci. & Felin in c. in nomine Domini, de teſtibus. Vera reſolutio eſt, quòd quando actus eſt illicitus ſecundùm ſuam naturam, tunc, etiam ſi non apponatur pœna nullitatis in lege prohibente, & apponatur alia pœna, eſt ipſo iure nullus: ſi verò eſt illicitus, quia prohibitus, & lex reſiſtit contractui, vel inhabilitat perſonas contrahent um, & materia eſt grauis & ponderoſa, tunc etiam apposita alia pœna, actus eſt nullus, quia factus contra legem prohibitiuam, vt in d. l. non dubium: ſi verò materia nõ eſt ita grauis, & pœna non ſit appoſita, tunc actus eſt nullus, quia factus contra legem prohibitiuam: ſi verò appoſita ſit pœna, & vnica oratione cũ præcepto, tunc actus valet, licèt debeatur pœna: ſi vero diuerſis orationibus, actus non valet, etiamſi non ſit appoſita pœna nullitatis: ſi verò lex expreſſe non reſiſtat actui verbis præciſis, & prohibitiuis, tunc ſi det formam actui, & forma non ſeruetur, actus eſt nullus, vt per Felin & autores in c. cum dilecta, de reſcriptis: ſiverò lex nec reſiſtat, nec permittrt, ſed ei non aſsiſtat, tunc valet mero iure, & quo ad præſentem deciſionem, nec lex hic allegata; nec diſpoſitio tex. in d §. in venditione. l. à diuo Pio, de re iud. & l. ordo. C. de exequutione rei iudicatæ, & tex. in. l. 3. tit. 27. par. 3. de qua per Auend. 1. par. mandatorum c. 17. num. 2. & 3. inducunt expreſſam formam, nec reſiſtunt exequutioni alio modo factæ, ſed ſimpliciter iubent fieri in bonis mobilibus, & in defectum in immobilibus: vnde exequutio alio modo facta, potius erit iniuſta, quàm nulla: quidquid Alexand. & alij velint in d. § in vẽditione. Auẽdaño vbi ſupra, & ſic praxis ordinaria intelligit, & cum Rebuffo, & alijs tenet Azeued. in d. l. fin. num. 39. & 40. & ſic in Frãcia practicari dicit Rebuffus ibi citatus: & idem ſi exequutor excedat modum in pignoribus capiendis.

Nu. 4. ibi, *Item ſi pro debito detur, &c.* De doctrina Bart. per tex. ibi in l. ſi nõ ſortẽ. §. ſi centum. ff. de condictione indebiti, vide latè Sfortiam conſ 96. per totum, Bertran. conſ. 269. lib 3. Burſat. conſ 60. à num. 15. & 73. á num. 7. lib. 1. Neuizanis conſ. 77. per totum. Oſaſcum deciſ. Pedemõ. 160. Rebuf. in tit. de lit. oblig. tomo 1. ad ll. Galliæ, artic. 1. glo. 12. à num. 4. Afflict. deciſ. 358. Aſini. in praxi. §. 7. c. 1. limit. 11. à num. 14. Doctrina Bart. eſt vera, quòd adiudicatio inſolutum pro maiori quantitate quám ſit debita, eſt in totũ nulla: & idem credo ín adiudicatione iudiciali, licet Aſinius cũm alijs contradicat, quia militant rationes de quibus in voluntaria, & quia fuit erratum in adiudicatione, & forſitã exequutor pro minori debito non inijceret manum ad rem maioris valoris, dabitur tamen retẽtio, vſque dum ſoluatur vera quantitas cum decurſis redditibus, ex d. §. ſi centum. Sed hæc doctrina non facit ad

pro-

propositũ decisionis, cũ hic nõ agatur de errore in quãtitate debita, sed de excessu in resoluta, quæ valde differunt.

Nu. 1. ibi, *Nisi reddito prius pretio*. Nota, ꝙ quãdo retractatur emptio iudicialis, quia deceptio interuenit, debet restitui pretium emptori, vt probant iura hic allegata; de quo vide Peregri. vbi supra nu. 21. Sfortiã cons. 41. nu. 82. & 75. á nu. 108. & cons. 17. nu. 30. Osascũ d. dec. 160. Curt. Iun. cons. fi. lib. 2. & autores in principio citatos; hoc tamẽ intelige in emptione iudiciali, siue vẽditor & emptor sint malæ fidei, siue non, dũ tamẽ ob verũ debitum facta fuerit: vt probat tex. in d. l. si quos, & in d. l. 1 & 2. C. de fide instrumentor. si verò ob debitum confictũ animo rem extorquẽdi, nõ debet pretiũ reddi, vt per tex. in d. l. 1. C. de præscriptione 30. annorũ. in emptione verò extraiudiciali facta á creditore, redditur earenus, quatenus pretiũ illud cõuersum fuit in vtilitatẽ debitoris, scilicet secũdùm debiti mensurã, si ambo, aut qui debet restituere, sint malæ fidei; si verò bonæ fidei, semper integrũ debet reddi, vt in emptione iudiciali: & ita colligo ex autoribus in d. l. 1. C. si vẽdito pignore agatur, cũ sequẽtibus, & ex Odofredo vbi supra.

Num. 5. ibi, Pignoris oblati. Nota, ꝙ quando exequutatus offert pignus exequutori, licitè potest vendi, etiam si sit maioris valoris, & venditio dicitur facta bona fide, de quo vide Caballi, mill. eloquio. 153. par. 2. in his regnis, si deceptio interueniat, nihilominus intra quadriennium debitor restituitur.

Nu. 5. ibi tertia est. De excessu exequutoris in extrahendis pignoribus, vide Chassa. in cõsuet. ad. Burg. rub. 1. §. 7. verb. *De simple rescoße*. à nu. 5. Rebuff. tomo 1. ad ll. Gallicas, tit. de sententijs exequutorijs, arti. 7. glo. 13. per totá, & gl. 14. & in d. l. 12. & dicũt ꝙ exequutor nõ potest accipere pignora vltra modũ, & si accipiat, resisti ei potest, qđ nõ practicatur in his regnis, sed grauatus debet ad iudicẽ recurrere, alias puniret.

Nu. 10. ibi, *Ex sola pretij vilitate*. Nota, ꝙ ex vilitate pretij arguitur mala fides in venditione: qđ intelligerẽ, alijs indicijs cõcurrentibus, vel quãdo læsio esset enormissima, longè vltra dimidiã iusti pretij, de quo vide Mascar. d. tract. par. 1. conclu. 531. a nu. 24. Calcan. cõs. 25. Pereg. vbi sup. n. 8. Rupella. lib. 1. forensiũ institutionũ, c. 58. in fine. Ruger. cons. 37. per totũ, & à nu. 54. & cõs. 16. à nu. 10. & 39. num. 10. Ceph. cons. 467. nu. 12. lib. 4. Ioa. Bott. cons. 86. à nu. 30. Ceph. cons. 405. lib. 3. Ex quibus patet, benè iudicatũ per Senatu in hac decisione, & omnia quæ dicit autor, quando exequutor apponit manum ad meliora, quia alia non inuenit, vel quæ malè vendi poterant, vera sunt, & colliguntur ex autoribus in d §. venditione, & sic practicatur, vt colliges ex Azeued. vbi supra, à num. 40.

## Additio ad Decisionem XLI.

NVm. 1. 5. 6. 7. & 8. De materia huius decisionis, quãdo dominus emphiteosis teneatur eam renouare filijs vltimi emphiteotæ eo defuncto, & finita emphiteosi, vltra DD. hic citatos, & in locis ordinarijs, videndus est omnino Cald. Perei. in tract. de renouat. emphiteotica. q. 8. per totã, vbi infinitos autores modernos & antiquos, vsq; ad Bursat. & Rimin. Iun. refert, paucis omissis. & nouissimè Bonifa. Rug. cons. 21. à nu. 31. lib. 2. & Alua. Valas. in loco hic citato, & in q. 2. nu. 7. & in sua cõsultatione 101. Ioa. Garc. in tract. de expẽsis c. 15. à nu. 17. Viuius decis. 229. & isti infinitos alios referũt: & licèt apud eos magis communis & æqua opinio sit, quòd sit concedenda dicta renouatio cũ modificationibus de quibus hic, maximè

in emphiteosi,priuata, & si melioratio nes præcesserunt, & Lusitani dicant eam suum Senatum seruare solere: tamen in puncto iuris prout Cuman. Imola, Arctinus, Aluarotus & alij in l. si mihi & Titio, de verborum obligationibus,fatentur,& non negat Autor hic,nec Rip. in l.1.ff.de priuilegijs creditorũ, indistincte falsa mihi videtur, quidquid eam tenẽtes dicant:& contra eam facit tex.verbo, *Libere cui voluerit*, in c.ex parte.de feudis,&in c.ad aures, 2.de rebus Ecclesiæ non alienandis,nec eis cõmode potest responderi, nisi violando literam. Facit etiam ratio naturalis, de qua in l.dudum. C. de contrahenda emptione,& in l.ne cui.C.locati, quæ liberam voluntatem emptoribus & locatoribus relinquunt locandi cui velint, nec admittunt contrariam consuetudinem. Certè si dicta opinio vera esset, valdè partes defraudarẽtur in contractibus,& idem esset locare ad tempus,& perpetuò,& priuarentur sua naturali libertate prætextu cuiusdam æquitatis confictæ, quod mihi absurdissimum est, & in locatione aut emphiteosi Ecclesiastica manifestè contradicit tex.in.§. emphiteosis, á supradictis citatus,& daretur clara via fraudibus, & contra tenorem extrauagantiũ alienarentur res Ecclesiasticæ perpetuò cõtra concedentium voluntates, quod quàm asperum sit,nemo est qui non videat.Nec tex.in l.1.§.permittitur.ff.de aqua quotidiana & æstiua,tãtum stringit, vt autores putant, nã verbũ illud, *Iniuria*, prout Rip.& alij existimãt,intelligitur de iniuria,non iustitiæ,& retractabilis per viã iuris,vt Bart. putat, sed indecentiæ, aut cuiusdã incongruitatis ad forũ non deducibilis; quòd patet,quia in principe loquitur,á quo appellare grauatus non poterat, tũ etiam casus dissimilis est: ibi enim de aqua ducenda ad prædiũ,communi, publica & illi necessaria,agebatur,& quæ ad illud deuenire solebat,& quã propter publicã necessitatẽ faciliter princeps cõcedere solebat; & secundũ rectã rationẽ debebat,quia aqua vsui hominũ necessaria,si publica est,indigẽtibus á reipublicæ gubernatore faciliter concedi debet; cũ eã ob publicũ bonũ Altissimus creauerit, atq; maxima fieret iniuria, si eis nõ valentibus aliter suæ necessitati prospicere,denegaretur,in nostro verò casu res emphiteotica priuata est,& ad priuatum dominũ spectat, & solis eius vsibus deputata fuit,ipseq; liberè cõcess sit,maximaq; illi fieret iniuria, si alius cõtra suã voluntatẽ occuparet,nec successor iustã querelã causare poterit, cũ pro limitato tẽpore antecessor acceperit,quo finito,iudicatur ac si nũquã cõcessa foret,de quo nullã querimoniã ingerere potuit,nec etiam meliorationes antecessorũ perditas plorare potuit,saltim iustè,cũ lex sibi reseruet,á domino exigendas,nisi ex contrario pacto, ob qđ si amittat,illi,& non vitio nec fortunæ vel iniuriæ attribuere debet: quod secus esset in casu l.fin.C.de alluuionibus,cum ibi campus publicus,res republica,sterilis,& cerbida,aut inculta,fuerit licitè occupata, & ad meliorem culturam redacta,vnde iniquum erat successoribus auferri, quia cõmunis erat, & non ex vi cõtractus, nec pro tempore limitato cõcessa. Nec l.congruit. C. de locatione prædiorũ ciuilium lib. 11. quæ veteres cõductores rerũ fiscalium nouis præfert,aliquid facit,cũ specialis sit,& ob plura incõmoda,ad quæ aliàs tenentur,de quibus p Marcũ Anto.Pereg.in tract.de iure fisci lib.6.ti.5.nu.5. quã & in suo dominio dicit nõ seruari, nec ego in his regnis vidi practicari: sed is vincit, qui in licitatione magis offert:& si sint pares,res iterũ subhastatur,&maiori licitatori adiudicatur.Tã dem concludo, q; dicta communis opi-

nio

nio in Castella, nec apud eius suprema tribunalia non seruatur, nec vnquam vidi practicari, etsi in loco vbi ad præsens incolatum ago, sint frequētes emphiteotici contractus.

Num. 2. vtrùm emphiteota cadat in commissum ob vnum numum non solutum, vltra autores hic citatos, vide Rolan à Valle cons. 17. nu. 14. lib. 2. Rimi. Iun. cons. 94. à nu. 2. lib. 1. Tiraq. in tract. de iudicio in rebus exiguis, versic. 51. Aure. Corb. in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob non solutum canonē, ampliatio. 5. Et licèt in rigore sit communis opinio, & vera, quod caderet, in praxi non seruaretur, quia rigurosa: & contra iudicauit Rota Bononiensis, vt per Beninten. citatū à Corbu. vbi sup-

Nu. 2. ibi, *Conquestum fuisse.* Quando cōmissum transeat ad hæredes & cōtra hæredes, vide quæ diximus ad decis. 17.

Ibi, *Domino directo volente.* Vide Caballi. in suo milleloquio 134. parte. 1. Corbul. in d. tract. tit. de causa priuationis ob alienatio. ampliatio. 10. num. 6. Cōmuniter cōcluditur vt p Autorē hic.

Ibi, *Iuramētum sit deferendum.* Nota, quòd iuramento domini de re in eius animo & vsu existēte, & quā ipse melius notā habet, statur, de quo Mascard. de probatio. par. 2. cōclu. 954. á nu 5. & Seraph. in tract. de iuramē. priuilegio 14. nu. 3. & priuilegio. 1. per totum Azeue. in l. 2. tit. 2. lib. 6. recop. nu. 11. Intellige tamē, nisi probetur cōtrariū, vel sit præsumptio contra iurantē, vt per dictos.

Nu. 3. ibi. *Præsumptio quód Maria Afonso viuat.* Vide de probanda morte & vita, Mascar. de probatio. 2. par. cōclu. 1070 cum alijs sequentibus.

Num. 4. Nota, quòd in his quæ sunt indiuidua, & vni deferuntur, debent deferri maiori, & sic emphiteosis debet renouari in filio maiori, & nominari filius maior, vide quæ latè diximus decis. 30 & latissimè agit Cald. in tract. de renouatione, q. 17. per totā, & Peguera de feudis versi. 6. fol. 74. nu. 54. Vera resolutio est, quòd successor potest nomina requé vult, & in defectū dominus emphiteosis, nisi in maioratibus & anniuersarijs ex cōsuetudine huius Regni.

Numer. 8. De meliorationibus vide quæ diximus decis. 4. & 22.

## Additio ad Decisionem XLII.

DE materia huius decisionis vide autores ab Autore citatos, quibus nihil addēdum existimaui, nisi dubiū, an idem sit in debitore annui census redimibilis imposiți super aliqua re fructifera, scilicet, an ob sterilitatē diminuatur cēsus; & idē quādo census imponitur in fauoré venditoris ab emptore ob fructuū recompēsationē: de quibus dubijs vide Bursa cons. 11. lib. 1. Socin. Iun. cons. 66. lib. 2. Anto. Gabriel. lib. 3. cōmuniū, tit. de emptio. & vēditio. cōclus. 4. à nu. 25. Ceph. cōs. 90. nu. 20. lib. 1. & 290. nu. 21. lib. 2. Neuizan. cōs. 91. Cagnol. in l. curabit, à nu. 59. de actio. empti. Couar. lib. 3. variarū. c. 5. Gutier. lib. 2. practiçarū. q. 177. Azeu. in l. 1. nu. 3. tit. 15. lib. 5. recop. Salazar in tract. de vsu & cōsuetudine c. 11. per totū, & nu. 91. Aurel. Corb. in d tract. tit. de causa priuationis ob alienationē amplia. 49. milleloquiū Caballini. 191. par. 1. Alua. Valas. in tract de iure emphiteotico, quæst. 32. à nu. 10. Ioan. Garc. in tract. de expēsis, c. 4. à nu. 30. Felicia in tract. de censibus, lib. 1. c. 4. & c. 8 numer. 20. & Pizarrum ad ordinationem de Guadalupe de censibus, conditione 3. litera N. O. & P. & ad materiam pensionis, de qua Autor hic, vide Roman. cons. 369. dubio 5. & ibi Quintilianus Mandosius in additione, litera X. verbo quod sic, & verbo, diminuendum

aut dinumerandum plures refert, & notas additiones ad Bertachinum in suo repertorio lit. P. verbo, *pensio*, in fine, qui allegat Cacialupum, Gigantem, & Gozadinum cons. 83. numer. 8. & plures alios antiquos & modernos, & vide in materia remissionis pensionis propter sterilitatem late Tessaurum in sua decisione nona Pedemonta. 20. qui plures autores modernos & antiquos citat, & Hippol. Riminald. Iun. cons. 40. lib. 1. & Bonifac. Rugeri. cons. 4. lib. 2 Tessaurũ decis. Pedemonta. 239. Vera resolutio est, quòd quãdo pensio cõstituitur ab emptore venditori, si constituitur propter fructus ab emptore percipiendos, diminuitur pro rata fructibus diminutis, licèt Burlatus & plures alij non infimæ opinionis contrariũ tenuerint. Si verò constituitur ob prætensum interesse lucri cessantis venditoris, qui vendebat, vt pecuniã mercantijs aut censibus redimibilibus exponeret, aut ob dãnum emergens euitandum, quia vendebat ad redimendum alium censum, tunc integra debetur, etiam diminutis fructibus, & ita procedit Bursat. & aliorum opinio, si verò simpliciter cõstituitur pensio aut census in aliqua re limitatè ad illã, tũc diminuitur pro rata diminutis fructibus, quia fuit ob fructus illius prædij cõstitusa, & fuerunt adiecti causa taxationis, & ita procedunt quæ Salazar, Molinæus, Garc. & alij supra citati, quos ipsi referunt, dicunt. Si verò secundùm formam ordinariam constituitur super persona & bonis in genere, adiecta aliquorum hypotecha speciali pro maiori securitate, tũc secũdũ propriũ motum Pij V. censum extingens pro rata bonorũ extinctorũ, & secundũ cõmunẽ resolutionẽ antiquorũ, qui dicebãt, emi fructus fundi hypothecati, & nihil aliud, nec posse censum constitui super persona & bonis in genere, pẽsio diminuetur pro rata fructuum ob sterilitatem non perceptorum, secundùm verò aliam magis cõmunem modernorum, quæ seruatur iudicando & cõsulendo, quæ permittit censum constitui super persona & bonis in genere, & non diminuit censum, bonis diminutis: & quia hodie d ctus propius motus non seruatur in his Regnis, census non diminuitur fructibus diminutis, nec datur remissio ob sterilitatem, vt Felicianus dicit: ac proinde benè iudicauit Senatus Burdegalẽsis, vt per Boer. decisio 309. parte 2. qui bonis hypothecatis existentibus penes dominum census ob redditus decursos extingui censum negauit, nec suspendi, sed ex alijs bonis, futuros exigi debere iudicauit: quæ decisio, & supradicta resolutio, apud me semper suspecta fuit, cùm videam contractum census redimibilis & pecuniarij maximè suspectum, & qui præ se lucrum pecuniæ præfert, nec veram emptionem cum re certa empta constituat, nisi fructus rei hypothecatæ ad rationem census emptos dicamus, ex qua certitudine emanat proprietas illius contractus, vt scilicet periculo subijciatur emptor rei emptæ post emptionem, quod vel rarum, difficile, aut quasi impossibile, & insperatum succederet, si solùm super persona & bonis constitueretur: nec irredimibilitas emptionem veram constituit, nec cum à contractu vsurario separat, cum in eo etiam aliquando inueniatur, ex l. item quia. §. idem respondit, vbi in terminis Fulgosius, & Iacobinus. ff. de pactis, nec quôd quis possit ius leuandi ad rationem duodecim, ex suis bonis, vel alium redditum nouum donare, aut legari, ac proinde ius illud, sit res aliqua quæ vendi potest, aliquid facit, cùm in legato & donatione ius illud possit constitui, quemadmodum

quan-

quantitas reddituum futurorum tota simul legari, id enim ad liberalitatem spectat dantis, qui in re sua moderator fuit & arbiter, & qui ius quod nō erat, de nouo constituere poterat: at verò in emptione, non ex liberalitate, sed ex pecunia data, census germinat: & pecunia aliam parit: quod improbum est, nisi ad aliquid existens emptum respectus habeatur, iusque illud generale magis fictitium quam existens est, nec venditor illud de nouo creat nisi propter pecuniam datam, cui tale ius non bene respondet, nisi aliquid in medio re existens producatur, quod periculo subiectum sit; nec qui donat, aliquod ius ita creat, quod sit aliud existens præter ipsum, sed pensiones annuas donat ad quas se obligat, & idem est, quasi ad aliquid aliud, & non ad redditum se obligeret, vnde melius dicitur obligatio, quam census Fateor tamen, quòd dictus redditus sic constitutus vendi potest; sed & etiam alia quælibet obligatio vendi potest, quia res est; vnde aliud est de nouo per viam venditionis constituere, aut constitutum vendere; in primo enim casu venditur quod non erat, sed de nouo fit, sine medio reali: in 2. venditur res existens, saltim si hoc non valeret, census ita constitutus admodum suspectus foret, quia nulli periculo emptor se exponit, & secure cum pecunia aliam lucratur, ac proinde antiquorū opinio semper verior, cordatior & securior mihi visa est, ac proinde remissionem pensionis iustam putaui, & contra Boer. cēsum suspendi, domino bona hypotheca ta possidente: sed prævalet magis cōmunis opinio, ideò sequenda. In emphiteosi a pensione verò si magna sit, & fructibus correspōdeat, remissio fit: alias non, vt Riminaldus, Tessaurus, Velazq. & alij notarunt; & quomodo sterilitas contingat, & probetur, vide autores hic ab autore citatos, & à Mascardo de probationibus. Et hactenus de hac decisione.

## Additio ad Decisionem XLIII.

VIde Matiençoin l. 6. titu. 6. glo. 7. per totam, & num. 4. lib. 5. recopil. & in rub. tit. 1. nume. 43. & Viuium decis. 329. Azcued. in d. l. 6. num. 15 & nu. 17. allegat Velazquez, & Burgos de Paz, Iuniorem, & Angulo, nu. 4. qui omnes vbi requiritur scriptura tenent sufficere schedulam recognitam. Imò quòd sufficit ad hoc quòd fiat scriptura publica, sola testium probatio, & quôd melius sufficit confessio, & vide Alua. Valascū de iure emphiteotico, quæstione. 7. nu. 36. & à num. 27. & vide Auenda. lib. 2. mandatorum. cap. 30. nu. 5. vbi an scriptura priuata sufficiat ad probandum contractum venditionis rei magnæ importantiæ, si comprobetur testibus, & Matiençoin l. 2. glo. 7. nu. 3. tandē conclude cum Autore hic.

## Additio ad Decisionem XLIIII.

VIde Burgos de Paz in l. 3. Tau. nu. 629. Matiençoin l. 1. glo. 7. nu. 9. tit. 4. lib. 5. recop. & in l. 2. glo. 1. á num. 15. eo tit. & in glo. 9. à num. 8. & Azcu. in d. l. 1. à num. 61. & á nu. 40. Michael. Crassum in tract. sententiarū. §. testamētum, quæst. 57. à principio & quæst. 55. num. 6. & conclude cum Autore in præsenti etiam hodie attentis legibus Regijs, & præcipuè dicta lege. 1. quòd si quis testetur ruri cum eius solennitate, debet adhibere testes masculos; & idem est de iure communi, vt per Autorem in præsenti, & Burgos vbi supra.

## Additio ad Decisionem XLV.

NVm.1. Quando oporteat notariũ cognoscere testantem, aut aliàs cõ trahentẽ, vide Burg.de Paz in l.3. Tau. 2.par.a num.1279. cum sequentibus & Azeue.in l.14 tit.25.lib.4. recopilat. & legem ipsam ibi.

Num.1.ibi, *Subscribendo, &c.* An sit necessarium, quòd testis qui in testamento adhibetur ad subscribẽdum pro defuncto, qui vel nescit scribere, vel nõ potest, declaret subscribere pro ipso, & ab eo rogatum, vltra autorem hic, vide latè & notabiliter Burg.de Paz in d.l.3. concluſ.5 à nu.1175. cum sequentibus, Matiẽ.in l.2.gl.5.nu.3.tit.4.lib.5 reco. & ibi omnes cõcludunt, quòd sufficit si notarius asserat testẽ de mãdato testatoris subscribere, & subscribere se ꝓ eo, vel etiã si probetur testibus, quod verius est, & ita practicatur: & quæ Autor hic dicit, procedũt secũdũ leges sui Regni.

Num.3. Actus corruit, etiã minimo, quod de forma sit, nõ seruato: quod est notãdum in materia, l.1.& 2.tit.4. lib. 5.recop.& in materia solennitatis testamentorum, quòd sit substantialis, & si, si in minimo deficiat, annulletur testamentum, vide Clar ita tenentem lib.4. sententiarũ.§.testamentum, quæst.56. Mench.de succesſsio.creatio.§.11.num. 67.Couar.in c.cùm esſes, nu.8.de testamentis. Azeue.in l 2.à nu.59.& Matiẽ. in d.l.1.glo.4.á nu.13. & à nu.7.& in l. 9.tit.10. glo. 2. & in l.9. tit.11. glo.4. á nu.11.& in d.l.1.glo.16. á nu. 4. & verũ est qđ Autor hic dicit, licèt aliquãdo apud tribunalia ſuprema ex æquitate cõ trariũ decidatur; ſed male iudicio meo.

## Additio ad Decisionem XLVI.

NVme.1. De probando furore & insania testantis, vide latiſsimè per Sfortiã cõſ.93.lib.1.per totum, Maſcar. de ꝓbat.par.1.cõcluſ.827. Menoc. cõſ. 82.à nu.11.lib.1. Xuar. allegat.1. & ibi Valdes in addi. Bur.de Paz cõſ.14.& 9.

Ibi, Nõ fuiſſe præſentes. Nota quòd teſtes debent eſſe præſentes ſimul tempore abſolutionis teſtamẽti, quod otorgamiẽto dicitur, vide latè Craſſum in tract.ſententiarũ.§.teſtamentũ, quæſt. 59.& 60. Matien.in d.l.1.glo.4.à num. 1.tit.4.lib.5.recopil.

Ibi, *Quia teſtes non fuerant rogati*. vide eundem Craſſum vbi ſupra, quæſt. 58. Matien.glo.8.num.7.

Nu.2. vide Craſſ.vbi ſup.q.18.nu.6. Maſcar.de probat.3.par. concluſ. 1553. à nu.34.& cõcluditur cum Autore hic.

Nu.3.4.5.6.7.& 8.ad l.iubemus, & quando debeat hæres nominari nomine proprio, & an ſufficiat, quòd nomine tur ad interrogationẽ alterius: & quid ſi ſit in extremis, & Balbutiat.aut nõ articulatè loquatur; quid etiã ſi ſemper ad omnia, ſic, reſpõdeat, aut ſi aliquando ineptè loquatur; & quid ſi interroge tur à perſonis ſuſpectis, qui inter ſe & ſecretò teſtamentũ ordinarunt, & quid ſi clã factũ ſit, excluſis cõſanguineis, quia materia eſt elegans, & quotidie practicatur, & Doctores varij ſunt, vltra autorẽ hic, vide latiſsimè Manti.in tract. de conjecturis, lib.2.tit.6.per totum, & Matien.in d.l.1.glo.16.à nu.4. cum pluribus ſequentibus qui infinita allegat, latiſsimè & etiã, & elegantiſsimè Menoch.in tract.de præſumpt.lib.4 præſumpt.8.per totum, eundem conſ. 46. lib.1. omnino videndum, & conſ. 595. lib.6. vbi omnia quæ in materia deſiderare potes, congeſta habebis. Mihí ſemper vera reſolutio fuit, ꝙ teſtamentũ conditũ ad interrogationẽ alterius, præmiſſa alia & ſecreta ordinatione, & á teſtatore in extremis conſtituto, maximè de defectu iudicij ſuſpecto, & inter perſonas ſuſpectas conditum, eſt

ſuſpe-

ſuſpectum, & præſumitur falſum, niſi ab hærede ſufficiẽter iuſtificetur, quod ratò fieri poterit, idque amplius erit, ſi aliæ coniecturæ ſuſpicionem augeãt, & ſic iam in magna cauſa cõſului & obtinui, ex hoc tamen ſolo, quòd ad interrogationem alterius conditum ſit, niſi alia concurrant, nec ſuſpectum eſt, nec vitiatur, & hæc eſt vera materiæ reſolutio, ſecundùm quam ſi in caſu præſentis deciſionis cõſtitit iudicibus de integra & perfecta teſtantis deliberatione, ſuppoſito integro iudicio, non obſtantibus dictis adminiculis, bene iudicarunt, aliàs non; quia præſumptio eſt contra teſtamentum.

## Additio ad Deciſionem XLVII.

AN renouatio ſit nouus cõtractus, vide quæ diximus ad deciſionem, 24.

## Additio ad Deciſionem XLVIII.

NVmer. 1. Quando ex impoſitione oneris inducatur maioratus, vide quæ diximus ad deciſ. 30. vbi videbis falſum eſſe, quod hic Gamma aſſerit, licèt cum eo videatur tenere Aluarus Valaſcus ibi citatus.

Eodem nume. Nota ſingularem deciſionem, ſcilicet quòd ſi pater faciat maioratum ex tertio bonorum, & aſſignet in certa re, poſſunt hæredes per viam tranſactionis eximere rem illam à vinculo, & ſubrogare aliam, in præiudicium vocatorum, contra notata per Xuarez in l. quoniam in prioribus 8. quæſt. ad leges Regias C. de inoffic. teſtamen. vbi Valdes infinitos autores congerit lit. A. B, & C. Molin. de primogenijs lib. 4. c. 2. & c. 9. nume. 31. & lib. 1. c. 8. num. 27. & contra l. 3. & 4. & ibi notata per Matien. Azeue. & Angul. titu. 6. lib. 5. recopil. & notata per Menoch. conſ. 599. dub. 2. lib. 6. & 489. à nu. 19. lib. 5. quare exiſtimo, deciſionem hanc penitus falſam, etſi ſingularem, quia aufert ius ſuum tertijs non conſentientibus contra rex. in l. fin. ff. de pactis ſolùm ſuſtineri poteſt ex curſu longiſſimi tẽporis, de quo in locis ordinarijs; dico etiam ad deciſionem, quòd etiam ſi eſſet commune prædium viri & vxoris, poterat vxor ſuam partem vinculare ſi commodam diuiſionem recipiebat, ſin minus, poſſet aſſignari alia res, vt late per Matiençó in d. l. 4. & tunc vera eſſet deciſio.

## Additio ad Deciſionem XLIX.

VIde de materia huius deciſionis, quæ latiſsimè dixi & allegaui in mea quæſtione penultima lib. 3. quæſtionum vtriuſque iuris, vbi videbis infinita, vltra adducta per Menochium, Maſcard. & Rauden. ibi citatos.

## Additio ad Deciſionem L.

VIde de materia huius deciſionis, quæ diximus & addidimus ad deciſio. 5. num. 7. & ad deciſio. 8. nume. 1. maximè Fabium Turretum, & Senatorem Caldas ibi citatos, & Aluarum Valaſcum in tractatu iuris emphiteotici parte. 1. quæſtio. 42. 43. 44. 49. à numer. 2. Aurel. Corbul. in tractat. de cauſis ex quibus amittitur emphiteoſis, titulo de cauſa priuationis ob lineam finitam, á numer. 34. & de cauſa priuationis ob mortem ciuilem, à num. 3. Iulium. Clar. lib. 4. receptarum, quæſt. 6. & quæſt. 37. Senatorem Caldas in tractatu de nominatione, quæſt. 22. numer. 26. & Aluarum Valaſcum

consultatione. 53 in principio, vbi agit de lege regia, de qua hic. Communis & vera resolutio est, de qua per Couar. à supradictis citatũ, quòd in emphiteosi ecclesiastica etiam accepta pro filijs & hæredibus, nõ succedunt hæredes ex transacti, nisi concessa fuit cum solennitate sufficienti ad ecclesiasticarum rerũ alienationẽ, aut consuetudo existat: & ita procedunt contrariæ opiniones de quibus per Gammã in præsenti qui in omnibus mordetur à Caldas vbi supra, à quo dicit cauendum. Sed seruanda est dicta concordia quæ elicitur ex autoribus supra citatis. Vnum tamen singulare est notandum ex ista decisione, quòd quando testator scripsit hæredem extraneum, qui nõ potest succedere in dicta emphiteosi, succedet descendens etiam non hæres, quòd est singulare si verum est, sed reprobatur à Caldas vbi supra, & est contra communes resolutiones de quibus per dictos autores, & ideò iudicandum erit contra præsentẽ decisionem, & etiam non existente cõsuetudine de qua supra, non est seruanda Gammæ opinio contraria. Post hæc scripta aduerti ad hanc decisionem emphiteosim fuisse perpetuam, vnde necessario dicendum est fuisse concessam cum solennitatibus requisitis in alienatione rerum ecclesiasticarũ, ex his quæ notat Couar. lib. 2. variarum c. 17. á nu. 5. cũ seq. Alexan. Raud. in declamatio. de contractibus emphiteoticis, tit. de alienatione, á princ. & per totum, & sic vera in totum est opinio Gãmæ, & falsa decisio Senatus.

## Additio ad Decisionem LI.

NOta totam hanc decisionem, quæ singularis est ad anniuersaria, patronatus & maioratus nostri tẽporis, quòd etiam, si ex verbis testantis debeant deuenire ad proximiorem cõsanguineum, aut ad maiorem, vel ad filium vel filiam maiorem natu, nihilominus in pari gradu præfertur masculus ætate minor. Et prima facie ex dictis verbis quilibet contrarium diceret, prout in anniuersarijs dixit latè Salazar cum Mieres & alijs in tract. de vsu & cõsuetudine, c. 12. & defendebat autor in præsenti, & practicabatur, vt ipse dicit: sed obtinuit dicta singularis decisio, quæ in his regnis semper practicatur, de quo vide Senatorẽ Caldas d. tract. de nominatione, quæst. 14. á num. 1. & quæst. 17. á numer. 36. Spino in speculo testamentorum glo. 19. nu. 85. & 88. Aluarad. de coniecturis lib. 2. c. 3. § 4. nume. 51. Velaz. in l. 40. Tauri glo. 9. nu. 75. & Azeue. in l. 5. tit. 7. nu. 6. lib. 5. recop. & Gutier. qui loquitur in singulari casu, lib. 2. practicarũ, quæst. 87. num. 4. & Molin. lib. 3. de primogenijs c. 3. 4. & 5. Matien. in l. 5. glo. 1. nu. 5. tit. 7 lib. 5. recop. Tandem Communiter concluditur, quòd etiam si maioratus procedat á fœmina, & masculus sit ex fœmina descendens, præfertur, quamuis minor, fœminæ in pari gradu existenti, etiam si descendat ex masculo, de quo latè per Alex. Raudensem in cons. 142. & 143. á nume. 84. cum sequentibus, pro Rege nostro super successione regni Lusitaniæ lib. 2. consiliorum á Zileto cõpilatorum, & sic practicatur, vt dictum est omissa antiqua praxi.

## Additio ad Decisionem LII.

DEcisio hæc duo continet notanda. Primum, quòd licèt quis delinquat in Ecclesiam, & quo ad illud delictũ non suffragetur sibi immunitas Ecclesiæ, tamen si alia delicta commiserit, propter quæ ad Ecclesiam confugerit

gerit, quo ad illa talis immunitas sibi suffragatur. Secūdum, quòd potest extrahi ab Ecclesia, & puniri de delicto in ecclesia commisso, vel de alio cui immunitas Ecclesiæ nō suffragatur, & postea restituendus est, & ad Ecclesiam remittendus. De primo vltra autores supra citatos videndus est Iul. Clar. post Bosium ab eo citatum, in praxi criminali, quæst. 38 num. 27. & Doctor Paz in sua praxi tomo 1. 5 par. cap. 3. §. 3. á num. 82. & Couar. lib. 2 variarum cap. 20. nume. 15. nouissimè Tiberius Decian. in tractatu criminum lib 6. c. 28. num. 9 & c. 27. num. 6. & 7. qui plures alios allegat: & licèt hanc resolutionē intelligant veram, si delictum in Ecclesia cōmissum sit punitum, tempore quo quis petit se remitti ob alia delicta: q̄ defendit Decianus vbi supra, qui existimat, quòd si nō sit punitum, poterit iudex illud punire, & cum eo alia delicta per viam incidentiæ, & aggrauationis: verius tamen est vt, existimat Couar. vbi supra, quòd indistinctè suffragatur sibi immunitas quo ad alia delicta, licèt delictum in Ecclesia commissum, non sit punitum, nec incidentia non necessaria ad causæ expeditionem aliquid facit, nec iura quæ allegat Tiberius, eius opinionem probant, & cōtra Decianum facit doctrina communis de qua per Iulium Clarum cum pluribus distinguentem lib. 5. sententiarum. §. furtum, num. 10. Secundùm vero probat tex. ab Autore citatus in l. si cui crimē. §. fin ff. de accusatio. qui notabilis est ad literas requisitorias, quas quotidie iudices pro remissionibus delinquentium ad alios iudices mittunt; nam earū executio potest suspēdi à iudice requisito, si reus remittendus aliud delictum in sua iurisdictione, etsi leue commiserit quod ipse prius punire poterit, & postea remittere, quod ibi eleganter Alb. notat, licèt aliquando contrarium faciunt aliqui iudices minus docti, & practici, contra quos est tex. expressus in d. §. fin. & qui sibi vanum timorem depellere poterit.

## Additio ad Decisionem LIII.

QVotidiana est materia huius decisionis, vtrum iudex originis, possit ex officio, & ad instantiā partis procedere contra subditum in alia iurisdictione delinquentē: & idem de iudice domicilij, de qua vide Iulium Clarum in praxi criminali, quæst. 39. á num. 4. cum sequentibus, & latè cum infinitis modernis & antiquis agit de ea Antonius Tessaurus decisione Pedemōtana noua. 90. per totam, Bernardus Diaz, & ibi Salzedo in additione in sua praxi criminali c. 8. Auend. respō. 40. Cantera in suis quæstionibus criminalibus quæst. 7. Burſat cons. 77. á num. 5. cum sequentibus lib. 1. Tiberius Decianus in tract. criminum, lib. 4. de loco originis & domicilij. c. 16 á num. 1. & 2. cum sequentibus, Couar. in practicis, quæst. 11. & isti infinitos modernos & antiquos allegāt, apud quos communis resolutio est, quòd ad petitionem accusatoris absque dubio potest procedere, ex officio tamen sunt duæ contrariæ, sed negatiua pluries practicatur, licèt affirmatiua in puncto iuris communior & verior sit, & quæ ex causa publicæ vtilitatis seruaretur: & dicunt plures in praxi semper seruatā, semper tamen iudex loci delicti præfertur, etiam si præuenerit alius, & etiam vsque ad sentētiā, vt Auēda. & Anton. Gomez, Tessaurus & alij fatētur, licēt plures cōtradicant, nisi cum fraude aut collusione procedat, vt Iulius Clarus & autor hic, & Tiberius Decianus nu. 7. fatentur; quod verum puto.

Additio

## Additio ad Decisionem LIIII.

NVm.1. ibi, *Qui de antiquiore possessione, &c.* Autor summatim tractat materiam interdicti vti possidetis: ad doctrinam Bart. in l si duo ff. vti possidetis, de qua vide late Menoc. in tract. de retinenda, remedio. 3. quæst. 87. & Anto. Tessaurum decisio. Pedemonta. 206. per totam & additiones nouissimas, quæ plura allegant, ad praxim Ferrariæ in forma libelli pro turbata possessione, versic. coram vobis. Doctorē Gutierrez cons. 6 nume. 1. Bonifa. Ruger. cons. 13. à num. 34 lib. 2. Ioan. Bottam cons. 76. lib. 1 & Aluar. Valas. consulta. 79. & consulta. 11. Virgin. Vocacium in tract. vti possidetis, c. 1. nu. 97. Fabium Turret. cons. 86. numē. 52. Communiter concluditur, quòd in interdicto vti possidetis, is vincit, qui, vel melius probat, vel titulum ostendit, vel antiquiorem possessionem probat: vide omnino Menoch. qui tredecim casus constituit. In remedio tamen summario, quod interim appellamus, is vincit, qui vltimam possessionem, etiam non titulatam, habet, vt per Aluar. Valas. cum Coua r. vbi supra, & per Menoch. de retinenda, remedio vltimo, & cons. 448. & 449. lib. 5. & vide etiam Achillem in tract. de adipiscend. poss. c. 1. á num. 26. cum sequentibus, Curt. Iun. cons. 213. á num. 45. & 252. à num. 11. lib. 3. Marcum Anto cons. 72. numer. 27. & 47. à num. 1 lib. 1.

Num. 3. ibi, *Non sunt audiendi.* Nota dictum singulare, quòd etiamsi aliqua confraternitas, puta nostræ Dominæ del Rosario, alicuius oppidi, vel nationis, habeat suum peculiare altare, vel imagines in Ecclesia, vt potest ex bullis Pontificis, si á clericis illius Ecclesiæ, vel alia confraternitate, saltim antiquiori, in illa Ecclesia sibi auferantur, & vsus impediatur, non potest intentare aliquod remedium possessoriū, quia non datur pro his sacris, de quo vide Lambertin de iure patronatus lib. 3. quæst. 9. artic. 9. num 2. & quæst. 5. arti. 4. Rochū de Curte in d. tract. verbo, in Ecclesia, quæst. 6 num. 17. & Ioan. Gar. de expensis. c. 8 num. 9. & Menoch. vbi supra, quæst. 16. Rebuff. 3. tomo ad ll. Gallicas, tit. de causis beneficiorū possessorijs, in præfatione, & eūdem Lambertin 1. par. 11. quæst. 12. 13. & 14. articulis. DD. in c. quanto, de iudicijs, & in c. 1. de sepulturis, & in c. penultimo de sepulturis, & Ioan. Gar. vbi supra, cum Lara in fine capituli. Ego maximè dubito de hoc dicto, & de hac decisione in hac parte, nam licèt loci sacri vera possessio & verum dominium non habeatur á laicis, habetur tamen verus vsus ex voluntate & permissione Pontificis: & licèt Episcopus aut Rector Ecclesiæ, altare, sepulchrorū imagines, ab vsu laicorum eximere possint: id tamen ex causa fieri debet, alias iniuria eis fieret, daturque eis saltem officium iudicis pro vsu defendendo, imò tertius turbare nullatenus posset, prout supradicti in sepulchris, oratorijs, sedilibus, & alijs sacris existimant, & sic quotidie practicari vidémus: vnde decisio tenenda non est, existimoque, quòd si confratres Rosarij Aethiopes in Ecclesia diui Dominici, altare & imagines habebāt ex permissione superiorum, nonque alij prius in eodem loco, quòd defendi debebant in suo vsu, imò etiam si alij prius haberent, deberent defendi lite pendente per viam interim in possessione summarissima, nam cum eorum possessio sit iunior, alijque tunc possidere non poterant, manuteneri debebant: & si alij etiam vsi essent eodē altari & imaginibus, tum etiam recurrendum esset

ad

ad meliorem & antiquiorem possessionem, ex Achille vbi supra.

Aliud etiam aduerto ad hanc decisionem, quod etsi Gamma non declaret, lis non erat, an quilibet posset habere suam confratriam in eadem Ecclesia, quia hoc impertinens erat, sed quia confratria Lusitanorum dicebat, se solam debere esse in illa Ecclesia, & non aliã, ideoque aliam turbabat, & sic contentio erat super vna re, & vno iure, & vna confratria: at verò quia possessio vnius nunquã fuit priuatiua ad alterã, & sic quælibet sua iura per se possidebat, decisum fuit, quòd quælibet suis iuribus potiretur, & in suo statu manu teneretur, ex Bar in d.l. si duo, & sic manet benè declarata præsens decisio.

## Additio a Decisionem LV.

AD hanc decisionem vide quæ diximus ad decis. 16. vbi plures allegauimus, & concluſimus, vſufructuariũ, fideicommissarium, successorem maioratus, emphiteotam & similes non posse locare ad longum tempus, nec dare in emphiteosim res prohibitas alienari: & vide Aluar. Valascum consult. 27. dub. 3. & an nominatio debeat fieri gratis, quæ est vltima pars huius decisionis, vide latè dominum patrem Anto. de Corduba in suis casibus cõscientiæ, vbi allegat Molin. & alios, quæst. 176. & pro ingressu vel inuestitura de iure benè permittitur acceptio pecuniæ, vt videbis in l. fin. C. de iure emphiteotico, & ibi omnes autores, vn le in hoc noua est lex Lusitana, de qua hic per autorem; quæ contrarium decidit, & de omnibus his vide latissimê Caldas in tract. de renouatione emphiteotica, quæst. 13. per totam, & omnino vide Aluar. Valasc. hic citatum, scilicet de iure emphiteotico, quæst. 11. vbi latè tractat materiam huius decisionis, & declarat dictam legem Lusitaniæ.

## Additio ad Decisionem LVI.

VIde ad hanc decisionem, quæ notat Matiençó in l. 1. tit. 5. lib. 5. recopil. a' nu. 1. vbi infinita allegat in materia constituti, glo. 4. per totam, & vide infinitos autores modernos & antiquos, allegatos à Ioanne Botta cons. 106. à numer. 25. & modernos in l. 17. Tauri, & licèt ex eorum dictis, qui volunt constitutum operari translationẽ possessionis rerum in vniuerso, vel quotæ partis, vbi versatur incertitudo loci, & rei, posset controuerti, & dubitari de præsente decisione: nihilominus, meo iudicio, verissima est, scilicet quod donatis tribus iugeribus terræ in antiquo campo, vbi plura sunt, non transfertur possessio ob incertitudinẽ, etiam si interueniat clausula constituti, & licèt in praxi seruãda sit opinio illorum, qui dicunt transferri possessionem in melioratione tertiæ aut quintæ partis bonorum, quia magis communis, vt per Velazquez de Auend. cum Molin. & alijs in l. 44. Tauri glo. 11. per totam, in puncto iuris indefensabilis mihi videtur.

## Additio ad Decisionem LVII.

DEcisio agit materiam l. item quæritur. §, qui impleto. ff. locati. de qua vltra Anto. Gomeziũ & alios hic citatos, videndus est Menochius, qui latissimê materiã tractat, in tract. præsumpt. lib. 3. præsumpt. 85. & latissimè etiam tractat Mascar. in tract. de probatio. 2. par. conclusio. 993. per totam, & vera est præsens decisio, quôd quando in contractu requiritur scriptura,

non

non censetur facta recõductio ex possessione & patientia reconducere aut relocare debentis.

Numer.1.ibi, *Non recitando eam per prius.* Vtrum ad pronuntiationem sententiæ requiratur lectio, aliás non censeatur pronuntiata, vide omnino Doctorem Alfonsum Azeuedo in l. 10. à num.74.tit.17.lib. 4.recop.

## Additio ad Decisionem LVIII.

DE materia huius decisionis vide Baezam de dotibus c.17.nu. 8. & Doctorem Gutierrez in tract. de Iuramento confirmatorio.1.par.c.6. per totum & Anton. Tessaurum decis. Pedemonta.noua.3.qui plura allegat,& Peregrin.de iure fisci,lib.2 tit.9. & Seraphinum de priuilegijs iuramenti priuilegio 71. & communiter concluditur cum præsenti decisione, licèt Peregrinus teneat cum Autore in præsenti, quia in iure non reperitur aliud dispositum.

## Additio ad Decisionem LIX.

AVtor in præsenti tractat illã quæstionem difficilem, etsi vulgarem quando nepos repræsentet personam patris filij maioris vltimi possessoris alicuius maioratus,anniuersarij, vel capellæ,ad excludendũ patruum vel amitam filios vltimi possessoris : de qua quæst. & de materia repræsentationis, & quando filij appellatione contineatur nepos, vide latissimè Menochium in tractatu de præsumptionibus lib. 4. præsumpt.94.& præsumpt.95.& cons. 452.à num.32.lib.5. & 493. eodem lib. á num.10.& 487.à num.7.cum seq.eodem lib.5.& cons.215.à numer.12. cum seq.lib.3. & cons. 95. lib. 1. Manticam in tractatu de coniecturis lib 8.tit.8.& tit.9. Azeued.in l.5.tit. 7.lib.5. Recop. & melius & latius ibi per Matiençum, & Alexandrum Raud cons.142.á nu. 35. cum seq. lib.2. consiliorum à Zileto collectorum, vbi agit de successione Regni Portug. Velazquez in l. 40. Tauri glo 9.& 10.& glo.14. & glo. 16. & 17. Caldas de nominatione emphiteotica, quæst.17. quasi per totam, & quæst.14.à num.4. cum seq. Aluarum Valascum de iure emphiteotico à nu. 30. quæst. 50. Aluarado de coniecturis lib.2.c.3.§.4.num.50.cum sequentibus Sfortiam cons.97.cons.90.& 39.& 66. & 26.& 46.&59.& 54.lib.1.Cephalum cons.489.num.83.& 46. nu.10 & 218. num.83.& 473.num.5.& 525. num. 33. & 489.á numer.30.& 559.nume.10. & 536.num.14.& 600 num.8. & 571.nu. 63.& 473.num.13.& 607.à num. 56.& 559 numer.21.lib.4.Simonem de Pretis in tractatu de interptetatione vltimarum uoluntatum,lib. 3. interpretatione.3.dubio.4.solutione.1.à num. 36. & solutione 3.à nume.11. Molinam de primogenijs Hispanorum lib.3. c.7. & 8.Humadam in l.2.tit. 15. part. 2. glo. 17. per totam, Michaelem Crassum in lib.sententiarum, quæst. 10. & 11 Bursatum cons.71.& cons. 67.á nu. 1. cum seq. lib.1.Eugenium Perusinum cons. 61.nume.10.& numer.37.Hippolytum Riminaldum Iuniorẽ cons.23.& cons. 47.lib.1.Gutier. tomo. 2. practicarum lib.3.quæst.66.&quæst.67.vbi infinitos allegat.

Ex quibus omnibus, & infinitis ab eis citatis, eliciuntur sequentes resolutiones.

Prima,quòd iure communi in successione fideicommissi vniuersalis admittitur repræsentatio in transuersalibus vsque ad fratres & filios fratrum, quando agitur de succedendo patruis, in descendentibus respectu ascendentium

tium procedit in infinitum.

Secũda resolutio est, quòd vltra prædictas personas non admittitur repræsentatio, nisi appareat de voluntate testantis contraria, siue expressa, siue ex coniecturis elicita.

Tertia est, quòd in successione fidei commissi particularis nulla admittitur repræsentatio, vt Alexan. Rauden. defendit.

Quarta est, quòd quãdo succeditur per viam maioratus, semper admittitur repræsentatio, ex d l. 40. Tauri, licèt respectu cráſuersalium variauerint scribentes Hispani, & hæc est magis cõmunis resolutio.

Quinta est, quòd neptis ex filio masculo maiori, qui in maioratu debebat succedere, excludit patruum etiam masculum fratrẽ minorem sui patris, non quia repræsentat eius masculinitatem, sed quia descendit ex linea primogeniti: & non debet fieri digressio ad aliam lineam; & ita apparet ex d.l.40. & ex d.l.2.tit.15. nisi fœminæ excludãtur à masculis ex conditionibus maioratus, tunc enim obtinet doctrina Bartoli in l. liberorum, de verborum significatione, citata ab Autore in præsenti; & cauendum est á Caldas malè intelligente in d.quæst.14.

Sexta & vltima resolutio est, quòd supra dicta in duabus resolutionibus præcedentibus, obtinent etiam in aniuersarijs & patronatibus, quando in eis succeditur per viam maioratus, & ita Molina & alij Hispani existimant, & vera est decisio Autoris in præsenti, licèt rationes suæ parum cõcludant; nec doctrina Bartoli in d.l. liberorum, qui solùm loquitur, quando vel consideratur agnatio, vel stat statutum, quòd stantibus masculis fœminæ non succedant, quo casu fœmina semper est inca pax, masculis existentibus.

## Additio ad Decisionem LX.

CONclusio huius decisionis est, quòd si in causa executiua reus sit citatus ad venditionem pignorum, etiam si exequutio suspendatur per semestre, non erit citatio circũducta, nec requiritur alia citatio ad sententiã addictionis proferendam; quæ conclusio vera est ex rationibus hic ab Autore adductis, de quibus vide Asinium in sua praxi ciuili §.31.c.4.limita. 1. 2. & 3. Dueñas regula 94. Et confirmatur, quia hic executio non suspenditur ex partium absentia: quod requiritur ad circunductionem, sed ex defectu iudicis qui distulit sententiã addictionis, & tunc nõ dicitur circumducta citatio: de quo vide Gotifredum in sua praxi ciuili, lib. 2.tit.4.folio 1018. literis. B. C. D. & sic practicatur, nunquamque aliud vidi fieri.

## Additio ad Decisionem LXI.

VIde de materia huius decisionis Menoch. de præsumpt lib.4.præsumptione 7.nume.6 & Burgos de Paz in repetitione l.3. Tauri concl. 2.á nu. 218 & á num.110. Azeued. in l.2. num. 2.tit.4.lib.5.recop. Menesl. in rubrica de fideicommissis num.3. Melius Matien. in d.l.2 num. 2. allegat Burg. disputantem in d.l.3.á nu. 54. & Tellum Fernandez in l.3. Tauri.1 par num.21. & Greg. Lupi. in l.7.tit.1.part.6. Crassum lib. sententiarum. §. testamentum, quæst.16. & quæst. 11 à numer. 8. Communiter concluditur, vt per Autorem hic, scilicet quòd testamentum factum inter liberos, etiam inæqualiter institutos, valet, etiam si confectum sit per scripturam priuatam ab alio scriptam, & à patre subscriptam; sed cum in his

regnis

regnis per d.l 2. eadem ſolennitas quæ requiritur in teſtaméto condito inter extraneos, requiratur in teſtamento condito inter liberos. Gregor. vbi ſupra dicit hanc quæſtionem, de qua in deciſione, eſſe inutilem, licèt Marienço vtilem dicat ad alia, quæ non tollũtur ex dicta lege

## Additio ad Deciſionem LXII.

DE materia huius deciſionis, vltra autores hic allegatos, vide latè Cordubam à Lara in tract de alimentis, ad. §. ſiquis ex his, á numer. 120 & à numer. 155. cum ſequentibus, & latiſsimè Mexiam in pragmatica taxæ panis concluſi. 2. à num. 78. Matiençum in l. 3. glo 2. à nu. 19. tit. 1. lib. 5. recop. Pontan. in tract. de alimentis, c. 15. Anton. Teſſaurum deciſ. Pedemonta. 43. Caualcan. deciſ. 18. lib. 2. nu. 29. & ad propoſitum huius deciſionis melius facit Lara vbi ſupra, & concludit, vxori inopi dotem non habenti deberi, vel quartam, vel alimenta arbitrio hæredum, non amplius, vt etiam cõcludit Autor hic, & iã in tribunalibus ſupremis practicata eſt hæc reſolutio. Imò intra annum luctus, ſiuè habeat dotẽ, ſiue non, ſemper dantur ei alimenta, quia fingitur in priori matrimonio.

## Additio ad Deciſionem LXIII.

VIde de hac deciſione Auẽd. reſpõſo. 24. nu. 4. Anto. Gomet. in l. 80. Tauri nu. 47. Olan. in antynomijs ad Villalobos, lit. A. num. 60. & l. 4. tit. 20. lib. 8. recopilat. Ex quibus colligitur, quòd quia maritus poteſt adulteros occidere, poteſt etiam á fortiori aliam pœnam minorem eis imponere.

## Additio ad Deciſionem LXIIII.

VIde Burgos de Paz, & quæ ipſe allegat in repetitione l. 3. Tauri cõcluſione 3. á num. 1114. & tex. & DD. in l. cum antiquitas C. de teſtamentis, & l. 2. tit. 1. par. 6. & ibi Greg.

## Additio ad Deciſionem LXV.

VIde de materia quãdo ab omiſsione condemnationis expenſarum appellari poſsit, Ioan. Baptiſtam Aſinium in ſua praxi ciuili. §. 32. c. 20. per totum, vbi Couar. & alios allegat, & communiter concluditur, licitam eſſe appellationẽ á dicta omiſsione, ſi reus non appellet á tota ſententia; nam ſi appellet, præfertur appellatio rei, & deuoluit cauſam ad ſuum iudicem, etiam ſi præuenerit actor: & raré fiunt cõdemnationes de expẽſis perſonalibus, & ſic practicatur, niſi in cauſis criminalibus, aliquando, vel propter partis contumaciam, ex l. ſancimus. C. de iudicijs.

## Additio ad Deciſionem LXVI.

NVm. 1. ibi, *Iure enim communi.* Quãdo pars debeat citari ante addictionem iure regio, & iure communi, vide Azeued. in l. fin. á num. 95. verſic. *Y dados los pregones*. tit. 21. lib. 4. recop. & Xuarez de Paz in ſua praxi, verſic. 1. part. 5. c. 2. á numer. 43. & Parladorium lib. 2. rerum quotidianarum c. fi. 5. par. §. 9. à num. 1. cum ſequentibus. Aucnd. in ſuo repertorio, verb. *almoneda*. & vera eſt concluſio Autoris, quod antè addictionem debet fieri eius notificatio, tam iure communi quàm regio.

Numer. 3. Nota, quod enormiſsima

læſio

læsio longè vltra dimidiam iusti pretij nunquam censetur renũtiata ex generali renuntiatione remediorum, & ex renuntiatione. l. 2. de rescindendavenditione, etiam si sit iurata, nisi expressè sit renuntiata, imò vbi receditur à remedio dictæ legis, tam iure communi, quàm Regio, ex aliqua causa, id non intelligitur, si læsio enormis aut enormissima sit: in quo hæc decisio notanda est. De cuius materia vide infinitos per Mascard. allegatos in suo tract. de probatio. parte. 3. conclusio. 1265. à num. 27. cum sequẽtibus Gutierrez in tract. de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 26. à num. 1. cùm sequentibus, & in repetitione authenticæ sacramenta puberum, á num. 92. cum sequentibus, & in c. quamuis pactũ, verbo, *Si tamen*, num. 2. de pactis in 6. & lib. 2. practicarum, quæst. 140. Matienzum latè in l. 1. glo. 8. à nume. 42. tit. 11. lib. 5. recopil. cum sequentibus, Molin. lib. 2. de primogenijs c. 3. à num. 18. cum sequentibus, Octauia. Osascum. decis. 41. Anto. Tessaurum decis. Pedemontana noua 165. á num. 6. Seraphin. in tract. de priuilegijs iuramenti, priuilegio. 83. per totũ, Burg de Paz conf. 28. Menesf. in l. 2. de rescind. vend. á num. 32. Iosephũ Ludouicũ decis. Perusina. 97. parte. 2. á num. 2. Marcum Anto. Eugeniũ Perusinum conf. 28. á nu. 50 cum sequentibus, & conf. 12. á numer. 70. & conf. 3. quasi per totum lib. 1. Ioan. Bottã conf. 67. á num. 63. cum sequentibus, Carolum Antonium Puteum conf. vlti. post consilia Sfortiæ, à num. 51. cum sequẽtibus, Caldas Pereira ad l. si curatorem habens, glo. verbo, *Læsis*. vbi latissime Sfortiam de restitutione par. 1. quæst. 15. arti. 8. Bonifacium Rugerium conf. 16. lib. 1. á num. 133. Communis resolutio est, quòd renuntiatio iurata, siue remediorum in genere, siue in specie, dictæ legis, nihil operatur, existente læsione enormissima, longè vltra dimidiam iusti pretij, quia ex tali renuntiatione præsumitur dolus saltim re ipsa, imò etsi lesioni sic enormissimæ esset renuntiatum, nihil etiam operaretur ex æquitate, licèt plures ex supra dictis & infiniti ab eis citati cõtradicant, sed verior est hæc opinio, quæ iudicando & consulendo seruatur. Ex quo infertur, geminationes, & verba admodùm prægnantia & generalia, ex quibus etiam dictæ læsioni videtur renuntiatum, nec aliud potest dici salua ratione recti sermonis nihil operari contra plures allegatos á Caldas, Gutierrez, & alijs vbi supra, & hæc de hac decisione.

## Additio ad Decisionem LXVII.

DE hærede, quãdo possit venire cõtra factũ defuncti, vide Menoch. conf. 346. à num. 21. lib. 4. & conf. 443. à nu. 86. lib. 5. & conf 89. á num. 66. & á num. 126. lib. 1 & Ioan. Bottam conf. 67. à num. 19. Cepha. conf. 393. nu. 48. lib 3. & Botta vbi supra allegat Decianũ, Deci. Ioan. de Amicis & alios, Menoch. conf. 507. à num. 12. lib. 6. & 561. á num. 8. eo. lib. Sfortiam conf 51. à nu. 4. Riminald Iun. conf. 37. num. 16 & à num. 62. lib. 1. & conf. 23 num. 34. eod. lib. & infinitas autoritates allegat Frãciscus Viuius decis. 56. Burgos de Paz conf 34. à num. 38. & 40. a nu. 2. & 14. á num. 71. & 38. num. 15 Bonifacium Rugerium conf. 8. à numer. 15. lib. 1 & conf 5. num. 47. lib 2. & conf. 10. á nu. 10. lib. 1. Fabium Turret. conf. 10. á nu. 13. lib. 1 Coualca. decis. 7. num 12. lib. 1. Riminald Iun. conf. 385. num. 37. & 364. nu. 77. lib. 4. Bursat. conf. 339. num. 10. lib. 3. Communiter concluditur, q̃ quando contractus validus est, licèt nõ efficax, quia de re aliena, vel alteri obligata,

gata, tunc hæres nõ potest contrauenire facto defuncti: quando verò contractus nullus est ipso iure, & á lege reprobatus, tunc potest venire contra factũ defuncti, quia & ipse defunctus poterat venire cõtra proprium factum. Limita tamen ex autore hic, quando nullitas fuisset solùm in defuncti fauorem, tũc hæres contrauenire non posset: secus si simpliciter lex resisteret, de quo vide Molinam in tract. de primogenijs lib. 4. c. 1. à nu. 16. cũ sequẽtibus, vide etiã ad materiam huius decisionis, quando ius superueniens confirmet venditionem, Baeçam in tract. de non meliorãdis dotis ratione filiabus. c. 11. á nu. 68. cum sequentibus, vbi latissimè.

## Additio ad Decisionem LXVIII.

NVm. 1. ibi, *Extra tempus á lege præfixum.* Adde, quòd in tribunalibus supremis horum regnorum practicatur, quòd si processus præsentetur extra tempora appellationi præfixa, reuideatur per Auditores, & si de bono iure appellantis constiterit, sententia reformetur, nõ obstante desertione, de quo per Auend. in suis respõsis, responso. 2. nu. 6. Azeued. in l. 2. nu. 39. tit. 18. lib. 4. recopil. & sic etiam practicatur in Regio Neapolitano Cõsilio, vt per Marantã & Afflictis ibi citatos.

Nu. 2. ibi, *Deserta causa appellationis, &c.* Autor cum Baldo & alijs singulariter concludit, quòd quando nullitas intentatur incidenter cum appellatione, eadem tempora, & eadem desertio, nocent nullitati, quæ nocerét appellationi: sed deserta appellatione, saluum ius remanet parti ad proponendã nullitatẽ principaliter corã iudice á quo, si sibi tẽpora suffragẽtur, & hæc est magis cõmunis opinio, vt per Rober. Lancel. in tract. de attentatis. 2. par. c. 17. á nu. 68. Idem affirmat Couar. in practicis. quæst. 14. col. pen. num. 7. & 8. & vide Azeued. qui Villalobos & alios allegat in l. 2. num. 21. & à num. 19. tit. 17. lib. 4. recopilat. & hæc de hac decisione.

## Additio ad Decisionem LXIX.

NVm. 1. Quando testes debeãt esse præsentes, quando testator testamentum in scriptis tradit notario, vel insinuat, & publicat, vide Matien. in l. 2 glo. 2. num. 2. tit. 4. lib. 5. recopilat & Burgos de Paz in l. 3. Tauri. 2. par. conclusio. 5 à num. 1338. cum sequentibus. Spino de testamentis glo. rub. 2. parte. nu. 28. & l. 2. tit. 1 par. 6. & concluditur quòd sic ex dicta l.

Num. 2. ibi, *Quòd frater.* Nota, quòd frater non potest scribere testamentũ in fauorem fratris, & si scriberet, non valeret; vide de materia Peregrinum in tract. de iure fisci lib. 3. tit 12. Burgos de Paz conf. 7. á num. 16. qui omnes limitant in testamẽto nuncupatiuo testibus cõprobato. Aduerte tamẽ, quòd conclusio procedit, quando ambo fratres existunt in potestate patris, & ita probant iura, & Albericus, quo citauit hic autor: aliàs falsum diceret.

## Additio ad Decisionem LXX.

NVm. 1. Nota, quòd nõ potest quis facere maioratum de bonis emphiteoticis: vide in materia bonorum feudalium Menoch. conf 504. á nu. 3. lib. 6. & conf. 158. á num. 65. lib. 2. & latissimè Hippol. Rimi. Iun. conf. 18. lib. 1. Manticam de coniecturis vltimarũ voluntatum lib 7. tit. 9. Aluarum Valascum in tract. de iure emphiteotico, quæst 49 Iul Clar. lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 16. Turret. conf. 61. Bursat. conf. 48. â nume. 23. cum sequenti.

quentibus. Aluarum Valascum consultatione 27. Communiter concluditur, quòd si sit hæreditaria, puta, quia concessa pro se & hæredibus, de eis potest fieri maioratus, secus si sint ex pacto & prouidentia puta pro se & filijs, in quibus pater filio non potest præiudicare, nisi esset acquisita pecunia ex re patris, de quo vide Valascum vbi supra, & plura per me dicta in alijs decisionibus, maximè decisione 8. Pondera tamen vnum dictum singulare autoris in præsenti, quòd etiam si essent hæreditaria, non posset de eis fieri maioratus, ne impediatur alienatio in præiudicium domini, qui deberet habere laudemia ex alienationibus. Sed licèt hoc dictum singulare sit, tamen contra communem opinionem est, de qua vide Cephal consil. 1. & consil. 12. lib. 1. & Caldas in tractatu de nominatione, quæstione 24. à numer. 18. & quæstione 12. à num. 32. Quando verò emphiteosis est hæreditaria, ad hoc vt de ea primogenitura erigi possit, non debet tertium & quintum excedere, ex his quæ notat idem Caldas dicta quæstione 24. à num. 25. & an alij filij possint venire contra dispositionem patris, si hæredes sunt, vide Menoch. & Caldas vbi supra, & eũdem in tract. de renouatione, quæst. 16. à num. 23.

Numer. 2. ibi, *An possit quis nominari ad emphiteosim.* Autor mouet dubiũ singulare, quòd multoties accidit in praxi, an pater qui nominat filium in emphiteosi, possit grauare de dando aliquid alicui: & concludit quòd non; quæ conclusio vera est, & semper secundum eam cõsului, & iudicatum est, & concordat Aluarus Valascus dicta consultatione 27. numer. 8. vbi allegat Peraltam & alios, & in proprijs terminis Caldas de nominatione, quæst. 2. num. 9. facit tex. in l. vnum ex familia. §. si de Falcidia, de lega. 2. Cordoua in tractatu, *De casos de conciencia*, quæstione. 176. & faciunt quæ latè dixim; us in d. decis. 8. & quæ latè notat Fabius Turretus dicto cons. 61.

## Additio a Decisionem LXXI.

NVm. 1. ibi, *Quod donatio non præsumatur.* Vide latissimè Mascard. in tractatu de probatio parte. 1. conclusione. 554. per totam maxime numer. 25. vbi de rebus missis sponsæ ab sponso agit Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 24. & de arbitrarijs iudicum lib. 2 casu. 88. & casu 218. & in terminis Matien. Anton. Gometium, Castell. Gregor. & alios allegantem in l. 4. titulo. 2. glo. 5. à nume. 1. lib. 5. recepi. & ibi Azeued. nu. 29. & Doctorem Spino in suo speculo testamentorum, glo. 18. num. 115. & Azeued. refert Gregor. Cast. Anto. Gomez, Cifuentes, Mõtaluum, Villolabos & alios. Communis & vera resolutio est, & quæ in his regnis semper practicatur, quòd vestes & alia ornamenta, quæ vulgò dicimus donas, quæ dantur sponsæ, vsque ad diem velationis, censentur donata, quia sic consuetum est fieri, & lucratur ea sponsa, secundùm modum tex in d. l. 4. quæ verò dantur nuptæ, si pretiosa & festiualia sunt, non lucratur, nec in dubio donata censentur: quæ verò quotidiana, sic: ex distinctione Bart. in vulgari. §. nec castrense, á supradictis citato. Iure cõmuni donatio in dubio non præsumitur, nisi ex coniecturis appareat, vt videbis per Menoch. & Mascard. vbi supra, & vide amplius de materia Ayoram in tract. de partitionibus 1. parte cap. 7. à num 33.

Numer. 5. ibi, *Quód maritus tenetur.* Nota decisionẽ singularem, q͛ hæredes mariti, aut maritus ipse, tenẽtur restituere vxori, aut eius hæredibus, statim

ſoluto matrimonio non ſolum res immobiles non æſtimatas,& fructus eius, ſed etiam æſtimatas, & fructus eius. De materia,quando mulier ſoluto matrimonio recuperet rem cum fructibus,vltra ordinarios in locis hic citatis, vide Matienç.in l.3.glo 2. numer. 35. titulo. 1. lib. 5. recopilatio. Ioan. Garciam in tractatu de expenſis, cap. 8.à num. 32. & infinitos allegatos ab Antonio Teſſauro deciſio Pedemontana noua 43.Franciſcum, Viuium deciſion.8.à nume.6 mihi tamen quo ad deciſionem autoris, ea ſuſpecta videtur, ne dicam falſa, quia cum maritus rem æſtimatam non debeat, ſed eius loco pecuniam,debitor eſt rei mobilis, & ideò gaudet dilatione annali, & ſi voluntarie rem reſtituat, non video cur fructus debeat reſtituere, niſi reſtitutio rei fuiſſet in voluntate mulieris poſita; imò potius diceretur loco pecuniæ debitæ rem ſuam ſoluere, ac proinde non tenetur mulieri fructus reſtituere: & ad propoſitum faciunt quæ Campeſius notat in ſuo tractatu de dote, parte. 2. quæſtionc. 15. & quæſt.25 cum Ang. in l.diuortio.ff. ſoluto matrimonio.

Num.6.& 7. verſiculo. *Circa tertiam quæſtionem*. Nota, quòd ſi vir ob cauſam & fauorem mulieris, aut aliquam aliam negotiationem ex eius parte, aliquam vtilitatem conſequatur, hæc vtilitas cedit lucro mulieris, vt dotalis,vel paraphernalis, & vide in argumentum quæ notat Baeça de non meliorandis, cap. 24.25. & 26. & quæ notat Ayora de partitionibus. 1. parte. c. 8.à nume.18.& Palatios Rubios in repetitione rubricæ. §.43. & 44. vbi donatum aut datum marito contemplatione vxoris, eſt proprium vxoris, & Joan. Garciam in tractatu de acquæſtibus,numer. 102. Gutierrez practicarum,quæſtione. 120.tomo. 1. Azeued. in l.3.& 4.titu.9.lib.5.recopilat. & hæc de hac deciſione.

## Additio ad Deciſionem LXXII.

NVmer.1. ibi, *Extraneæ*. De materia,quando extranea perſona poſſit ſuccedere in emphiteoſi eccleſiaſtica,vide Iul. Clar.lib.4. ſententiarũ. §. emphiteoſis,quæſt. 28. Menoch. conſ. 474.nume.11.lib.5. & de recuperanda, rem.9 num.82.& de adipiſ.rem.4.nu. 39.Fran.Becium.conſ.3. num.13. lib.1. Rimin.Iun.conſ.44.nu.1.lib.1.& 461. nu.1.lib.4.& 160.nu.1.lib.2.Burſa.cõſ. 48 nu.22.lib.1.& cum Emanuele Xuarez & alijs Turret.conſ. 61. nu.8. lib.1. latiſsimè & meliusquam alibi per Bonifacium Rugerium conſ.34.per totum, lib.1. Caldas Pereira in tract.de nominatione emphiteotica, quæſt. 23. per totam. Communis reſolutio eſt, quòd emphiteoſis eccleſiaſtica nõ tranſit ad extraneos hæredes, niſi ex verbis admodum duplicatis, generalibus, aut claris, aut ex conſuetudine regionis, aliud colligatur, quod ſic in praxi ſeruamus.

Numer.2.ibi. *Quod ſit*. Nota, quòd emphiteoſis conceſſa vltra tres vitas, aut generationes reducitur ad tres, de quo vide Couar. lib 2. variarum cap. 16 num.5. Iul.Clar.lib.4.ſententiarum, §.emphiteoſis,quæſt.6.num.2.Hoc tamen rarò de cõſuetudine ſeruatur, maximè in hac villa ſancti Facũdi, ſaltim quando conceſsio fuit facta in forma ſolenni & vſitata in ſimilibus conceſſionibus. *16*

Numer.3.ibi, *Aliud, &c.* An licentia domini ad alienandum rem emphiteoticam, requirat ſcripturam, vide Aurelium Corbulum in tractatu de cauſis ex quibus amittitur emphiteoſis, titulo. de cauſa priuationis

ob

ob alienationem, quæstione 4. allegat alios, & de solutionibus canonis, Mascard in tractatu de probatio. 2, parte, conclusione 603. á nume. 5. & de licentia Mascard. in 1. parte conclusione 416. á nu. 10. Vera resolutio est, quòd per testes, saltim duos, licentia probari potest.

Num. 5. versic. *Fuit & tertio.* An dominus directus remittat commissum recipiendo pensiones temporis præteriti vel futuri, siue commissum euenerit ob non solutionem canonis, siue ob deteriorationē, siue ob alienationem, tractant latissimè Mascard. in tractatu de probation. 1. parte conclusio. 252. per totam, Menoch. consil. 355. á num. 11. lib. 4. idem latissimè & elegantissime in tractatu de præsumptionibus, lib 3. præsumptione. 112. per totam. Aurelius Corbulus in tractatu de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titulo de causa priuationis ob non solutum canonem, limitatio. 21. & de causa priuationis ob alienationem, limitatio. 40. Cephal. consil. 222. lib. 2. & Corbu. allegat Alexan. Ruin. & alios. Communis resolutio est, quòd recipiendo spræteritas pensiones absque protestatione, videtur remittere caducitatem; secus si cum protestatione; recipiendo verò futuras, etiam cum protestatione, nisi emphiteota ei consentiat, videtur etiam caducitatem remittere; intellige tamen, si dominus sciat, aliás non: & in dubio præsumitur ignorantia. Intellige etiam si dominus ipse recipiat; secus si procurator aut administrator, nisi ad hoc habeant speciale mandatum; administrator verò alicuius collegij aut gubernationis secularis, potest remittere, & remittendo præiudicare, secus in administratore alicuius monasterij, puta Priore, aut Abbate, vt per supradictos.

Numero. 5. ibi, *Et est alia ratio.* De spurijs & legitimatis admittendis ad emphiteosis, & de legitimatione, vide quæ latè diximus in additionibus ad secundam decisionem Gammæ vbi supra.

## Additio ad Decisionem LXXIII.

NVmero 1. ibi, *Interueniente aliqua vi.* Quando conductori remittenda sit pensio propter pestem, & possit recedere a domo conducta, & an teneatur denuntiare locatori, & ei claues reddere, vide aliqua per Anton. Tessaurum decis. 108. Viuium lib. 2. communium opinionum, opinione 63. Aegid. Bost. in titulo de remissione mercedis, ad finem praxis, per totum. Bursat. consil. 11. numer. 29. & consil. 81. lib. 1. Riminald. Iun. consi. 40. nume. 32. lib. 1. Bott. consi. 9. in fine. Socin. Iun, Paris. Celsum & alios allegatos a Fabio Turret. consi. 60. numer. 13. lib. 1. Riminald. Iun. consi. 92. per totum lib. 1. melius in terminis huius decisionis per Aluar. Valascum in tractatu iuris emphiteotici, quæstione. 12, à num. 6. cum sequentibus. Meneff. in l. 2. C. de transactio. à numer. 12. Couar. in practicis, quæstione 30. à numer. 3. Resolutio est pro parte affirmatiua, & sic practicatur.

## Additio ad Decisionem LXXIIII.

NVm. 1. ibi, *Post denuntiationem.* An melioramenta debeantur facienti, si ei sit denuntiatum ne faceret, vltra Boeri. hic citatum, vide Aluarum Valascum in tractatu iuris emphiteotici quæstione. 25. á num. 9. & vide Ioseph. Lud. decis. Perus. 14. latè Ioā. Gar. in tract. de expensis, c. 6. à nu. 9. Cōmunis resolutio est, q; si possidēs possidet

cum titulo & bona fide, potest facere, non obstante prohibitione, nisi titulus sit reuocabilis, & speretur de proximo reuocatio, nō possibilis, sed vel necessaria, aut si possibilis, probabilis, & quasi in actu, secus si possideat sine titulo, & sic concordantur iura quæ de hac materia loquuntur.

Numer. 2. ibi, *Pretium, &c.* Quando minore restituto aduersus emptionē, debeat restitui pretium emptori, vide elegantissimè & latè ad praxim per Sfortiam in suo tract. de in integrum restitutione par. 1. quæst. 47. artic. 3. 4. & 5. & 6. & in his duobus vltimis tractat, de expēsis factis ab ipso emptore, & an debeant ipsi refici, & de prohibitione minoris eundē Sfortiam loquutum in emptore malæ fidei, cons. 41. á num. 81. & 94. lib. 1 vbi singulariter loquitur. Hippoly. Riminald. Iun qui cō tra id quod Sfortia tenet in dictō cons. concludit cons. 49. nu. 7. lib. 1. Concluditur, quòd si emptor est bonæ fidei, debet sibi restitui pretiū ab ipso minore, si conuersum est in sui vtilitatem, debentque etiam solui sibi melioramenta vtilia: si verò sit malæ fidei, cōmunis opinio est, quod non, licèt ex æquitate contrarium defendat & teneat Sfortia vbi supra.

Numer. 2. ibi, *Tertium dubium.* Resolutio Autoris clara est, quòd fructus debet restituere emptor bonæ fidei à tempore litis contestatæ: de quo vide latè, & in terminis Sfortiam in dicto tractatu, quæst. 45. articulo. 2. Menoch. in tractatu de recuperandā remedio. 15 á nume. 574. cum sequentibus. Ioan. Garciam de expensis, cap. 23. Vincent. Franchum decis. 119. à numer. 19. lib. 1. Caualean. decis. 45. á numer 65. lib. 1. eleganter Antònium Tessaurum decis. 29. á num. 3. Absolutio est, quòd iure cōmuni debebant casus distingui, vt per Menoch. vbi supra: in praxi tamen indistinctè emptor bonæ fidei, etiam cum titulo liberatur à fructibus restituendis vsque ad litis contestationem, vt testantur Tessaurus, Caualcanus, Ioan. Garci. & autor hic, qui nimis succinctè rem attigisse visus est.

## Additio ad Decisionem LXXV.

DE hac decisione vide quæ dixi ad decisionem. 22. & ad decisionem quartam in fine.

## Additio ad Decisionem LXXVI.

NVmero. 1. ibi, *Diximus tamen.* De materia vide latè Menoch. in tractatu de recuperanda, remedio 15. á numer. 149. & á numer. 156. cum sequentibus Cephal. cons. 316. á numer. 74. cum sequentibus, lib. 3 Cravet. cons. 102. nume. 7. lib. 1 Alex. cons. 117. á num. 2. lib. 5. Deci. cons. 209. á numer. 4. Ruin. cons. 63. nume. 23. lib. 1. Corn. cons. 36. numer. 13. lib. 2. Bald. cons. 184. num. 3. lib. 2. & plures alios allegatos à Ioan. Botta cons. 51. nume. 33. cum sequentibus, latè & ex professo Sfortiam in tractatu de restitutione, quæst. 25. artic. 3. & 4. & vltimo, & per totam quæstionem parte. 1. Octavianum Simoncellum in tractatu de decretis, lib. 3. tit. 9. in præfatione, col. 3. Sfortiam cons. 40. num. 43. & à numer. 25. lib. 1. & melius quàm alibi, vide per Menoc. cons. 439. á numer. 40. & 45. cum sequentibus lib. 1. & Cephal. cons. 315. á num. 25. lib. 3. Caldas ad l. si curatorem habens, verbo, *Infra legitimū tempus.* à numer. 23. cum sequentibus. Bonifac. Rug. cons. 46. lib. 2. Communis resolutio est, quôd si minor post perfectam. 25. annorum ætatem quinquennio tacuerit, tollitur vitium nullitatis

aliena.

alienationis à minore factæ abſque debitis ſolennitatibus,& cenſetur ratificata: imò, vt Sfortia & alij dicunt, tollitur ius reſtitutionis, vel nullitatis cauſatum ex falſa cauſa, aut læſione in alienatione interuenientibus, & ambo ſimul, licèt Menoch. & alij contradicẽt, & hæc vera reſolutio mihi videtur, & quæ deberet ſeruari iudicando & conſulendo, propter eius æquitatem: & quia litigia aufert, niſi minor ſit enormiter læſus, aut habuerit horũ vitiorum ignorantiam; quo caſu non procederet dicta reſolutio, nec deciſio textus in l. fin. C. ſi maior factus. lib. 5.

## Additio ad Deciſionem LXXVII.

AD hanc deciſionem vide latè Gãmam, & quæ lato ſermone, & cum pluribus allegationibus ibi addidimus deciſ. 40. vbi iura & practicas huius regni reſolutiones citauimus.

Num. 2. ibi, *Sine ipſorum.* An filius debeat citari, quando agitur cauſa ad cum ſpectans ſuper bonis aduentitijs, ſi exiſtat in patris poteſtate, vel ſufficiat, quòd acta fiant cum patre ſolo, vide praxim Dionyſij Gotiffredi lib. 2. tit. 4. fol. 395. col. 3. & 4. & 398. col. 3. lit. D. & Doctorem de Azeuedo in l. 10. á num. 4. tit. 17. lib. 4. recopilat. Doctorem Paz in ſua praxi 1. parte 2. tempore, á numer. 15. tomo 1. Aſinium in ſua praxi. §. 2. c. 13. à princ. Communis reſolutio eſt, quòd pater in aduentitijs poteſt agere & conueniri abſque filio, & eius conſenſu, & ei nocent acta: atque hæc in praxi ſeruatur, licèt contra cum apertè faciat tex. cui nullum bonum reſponſum accommodari poteſt, in l. fin. §. vbi autem. C. de bonis quæ liberis, de quo vide Pinel. hic citatum.

## Additio ad Deciſionem LXXVIII.

NVm. 1. An valeat conſuetudo diuidendi bona emphiteotica, & feudalia, vide Hippoly. Riminal. Iun. cõſ. 9. nu. 95. lib. 1. Aurel. Corbul. in tract. de cauſis ex quibus amittitur emphit. tit de cauſa priuationis ob alienationẽ limit. 32. Burſat. conſ. 49. & 50 & 40. & 28. lib. 1. & concluditur, quòd ſic, quemadmodum valet conſuetudo alienandi abſque licentia domini.

## Additio ad Deciſionem LXXIX.

NVme. 1. ibi, *Denuntiatio* Hæc concluſio clara eſt, de qua vide autores hic citatos, & l. 32. titu. 5. part. 5. & ibi Gregorium, & Dueñas regula 241. vbi Socin. Rubeum & alios citat, & ad eos ſe remittit. Viuium in communibus, lib. 8. titu. 28. num. 40. & Cherianum ibi numer 42. & Bellacombam ibi num. 67. & num. 68 & Donatum à Finario ibi num. 13. Et communis & vera reſolutio eſt, quòd emptor tenetur denuntiare, litem moram venditori, etiam ſi ipſe de ea aliàs certificatus ſit. Nota tamen vnum ſingulare, quod in terminis legis Luſitaniæ dicit hic Autor, ſcilicet, quòd etiam ſi venditor ſit citatus cum ipſo emptore, & ambo ſimul litigent, nihilominus ſit ei denuntiandum ab ipſo emptore hoc tamen licèt ſingulare ſit, procedet in terminis dictæ legis, ſi illud diſponat, ſed in terminis iuris communis dubium eſt, & contrarium tenet Ripa cum Socino in l. 2. §. voluntatem, à numero. 17. limitatione 4. ff. ſoluto matrimonio. cuius opinioni magis accedo.

Nu.2. ibi, *Et idcó non valuit.* Nota, quòd quando fideiussor accedit obligationi nullæ & prohibitæ, non tenetur; hoc tamen intellige, quando accedit obligationi nullæ, quia lex resistit ei propter publicam vtilitatē, aut quia contra bonos mores est; secus tamen si nullitas causaretur ob fauorē priuatū, nonque lex resisteret, & si fomentū illi non daret. Procedit etiā notabile, etiā si fideiussor se obligaret vt prīcipalis: & ita intelligūtur opiniones discordātes, de quo vide Baezam in tractatu de nō melioradis. c. 35. nu. 1 cū sequētibus, & elegantissimè Sfortiá cons. 41. á nu. 6. & á nume 16. Paris. consil. 16. nume. 110. lib. 2. Ceph. consil. 457. á nume. 24. lib. 3 Tiber. Decianum cons. 72. á nu. 5. lib. 2. Riminald Iun. cons. 454. á num. 17. lib. 4.

## Additio ad Decisionem LXXX.

HAEC decisio est breuis, & in terminis cuiusdam legis Lusitaniæ, quæ quoad certam summam permittit appellari ad consistorium ciuitatis, cui est similis l. 7. titulo. 18. lib. 4. recopilationis: & aduerte ad vnum singulare, quod decisio dicit, scilicet quòd à sententijs intra illam summam latis ab æditibus, quos vulgo appellamus fieles exequutores, debet, & potest appellari ad Cancellariam; imò non potest appellari ad Decuriones, quemadmodùm nec à sententijs iudicum de Mesta, fraternitatis, & aliorum habentium particularem & specialem iurisdictionem in aliquibus causis demptam à iurisdictione ordinaria, de quo vide Azeued. in dicta l. 7. à num. 29. cum sequētibus, & in l 8 in fine.

## Additio ad Decisionem LXXXI.

NVmer. 1. ibi, *Pestis.* De testamento facto tempore pestis, vide cum Iulio Claro & alijs Mascard. in tract. de probatio 3. parte, concluf. 1353. à nume. 20. Crassum in tract. sententiarum. §. testamentum, quæst. 57. nu. 8. & quæst. 54. num. 5. & Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. testamentum, quæst. 56. Azeue. in l. 1. numer. 84. tit. 4. lib. 5. recopilat. Cōcluditur vt per Autorem hic, quòd valet cum minori numero testium: vide supradictos, & Burgos de Paz, Couar. Antonium Gomez, Tellum Fernandez, & alios, quos allegat Azeued. vbi supra.

Num. 3. ibi, *Vt est communis.* De testamento ad pias causas vide eundem Azeued. vbi supra nume. 64. & dictum Crassum d §. testamentum, quæst. 18. & Mascar. num. 32. & Couar. in c. cum esset, de testamētis. est communis resolutio Autoris hic, quòd valeat testamētum ad pias causas cum minori numero testium; & licēt autor velit, quòd licèt testamentū non sit ad pias causas, si tamen sit legatum piū, sustinetur legatum, & plures teneant hanc opinionem: in contrarium est magis communis opinio, & receptior, vt per Crass. d. quæst. 18. num. 6. Mascard. numer. 32. licèt aliquando contrarium viderim practicatum, sed malè iudicio meo, nisi legatum solum esset non dependens à testamento, aliás non video quomodo, annullato testamento, sustineantur in eo contenta.

Nu. 4. ibi, *Non obstat quód.* Nota vnū singulare fauore piæ causæ quòd siquis testetur in scriptis, si tamen non adhibeat solēnitates necessarias, vel in testamento in scriptis, vel nūcupatiuo solēni, valebit tamen fauore piæ causæ eo modo quo valere potest; de quo vide Crassum d. §. testamentum, quæst. 10. Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsump. 2. Azeue. latissimè in l. 3. á n. 47.

tit.

tit. 4. lib 5. recopil. Burgos de Paz in d. l. 3. Tauri. 1. par. conclus 2. a num. 232. cum sequentibus. Couar. in c relatum. 1. num. 9. de testamen. Matiençum in l. 2. glo. 10. d. titu. 4. lib. 5. Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum lib. 2. interpret. 2. dub. 2. fol. 2. nume. 15. Communis resolutio est, quòd quando constat quòd testator se arctauit ad testandũ in scriptis, & non aliter, vel quia id expressit, vel ex alijs coniecturis, tunc non valet, etiam fauore piæ causæ: & sic dicit iudicatum Burgos de Paz vbi supra: quia est imperfectum imperfectione voluntatis; secus si simus in dubio, vt per Simonem de Pretis & alios vbi supra, & ita est intelligendus Autor hic.

Num. 5. ibi, *Sicut* De testameto facto in eremo & locis solitarijs, vide Azeued. in d. l. 1. à numer. 8. Simonem de Pretis, vbi supra fol. 3. à nume. 31. Cras. quæst. 54. num. 9. Mascard. vbi supra à nume. 47. Et licèt autor hic videatur sentire, quôd valeat cum minori numero testium, nullo tamen iure dispositũ inuenitur. Sufficit, quòd decisio de testamento facto tempore pestis tenenda sit magis ex æquitate, quàm de iuris rigore, vt omnes testantur, & defendit Burgos de Paz ab Azeuedo citatus, & hæc de decisione.

## Additio ad Decisionem LXXXII.

NVmer. 1. ibi, *Pro contractu.* Nota, quòd præsumitur pro contractu & iustitia eius: intellige, si solennia interuenerint, de quo vide latè Iacobum Menochiũ in tractatu de præsumptionibus lib. 3. præsumpt. 177. nume. 36. & 122 num. 2.

Numer. 3. ibi. *Et quanuis.* De modis probandi pactum de retrouendendo, & simulationem cõtractus, in quo pactum d ctum interuenit, vide latissimè Mascardum in tractatu de probat. 3 parte, conclusione 1042. per totam & in prima parte conclusio. 440. & 441. & 442. & 443. & Menoch. in dicto tractatu de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. per totam.

Num. 3. ibi, *Quòd paruitas pretij.* Quãdo contractus præsumatur vsurarius ex pacto de retrouendendo, paruitate pretij, & alijs coniecturis, vide latissimè per Menoch. & Mascar. vbi supra & Caualcan. decis. 1. 2. parte per totam. Tiberi. Decian cons. 2. num. 17 & 18. lib. . & 105. num. 21. & 28 lib. 2. Hippoly. Riminal. cons. 218. num. 108. lib. 2. Bursat. cons. 153. lib. 2. Roland. Valle cons. 50. num. 22. lib. 2 Ioan. Baptistã Lupum in tractatu de vsuris ad l. 2. §. 1 á numer. 40. C. de pactis inter emptorem, Paris. cons. 55. num. 46. lib. 1. Iuan. Bottam cons. 86. â num. 34. lib. 1. & hi infinitos referunt. Communis resolutio est, quòd pactum retrouendendi, cum paruitate pretij, & consuetudine fœnerandi, probat contractum vsurarium: absque verò consuetudine, solùm illis duobus concurrentibus, si paruitas sit notabiliter exigua, etiam probat, si minus debent alia indicia concurrere, & absque eis cõtractus non probatur simulatus, nec vsurarius: at verò indicia & quantitatem pretij arbitrio iudicis dimittit Menochius, quòd verum videtur.

## Additio ad Decisionem LXXXIII.

NVm. 2. ibi, *Ex diuturnitate.* De solennitate præsumenda in alienationibus rerum minorum, ecclesiarum, aut alijs contractibus, plura diximus lib. 3. variarum, quæstione 23. De titulo & solennitate, &c. vide omnino ibi, & interim vide Marcum An-

tonium Eugenium Perusinum consil. 8. á numer. 14. cum sequentibus, vbi septem modis limitat. l. si filius, de qua Mascar. in tractatu de probatio. parte 3. conclu. 1317. Curt. Iun. cons. 213. á num. 98. & 200. á num. 30. lib. 3. tandem in nostra quæstione cum infinitis concluſimus, non sufficere decennium ad præsumendas solennitates in alienationibus rerum ecclesiasticarum; imò nec triginta annos absque alijs coniecturis, & cum Caualcano, Raudensi & alijs infinitis monstrauimus hanc esse magis communẽ opinionem, quæ seruatur in iudicando & consulendo, ne canones & extrauagantes defraudentur in damnum ecclesiarũ, & sic est intelligẽda decisio, de qua autor hic, aliás falsa penitus est.

Nu. 2. in fine ibi, *Non possidentibus*, Nota, quòd quando emphiteota non possidet bona emphiteosis, excusatur á solutione canonis, & per consequens á caducitate, de quo vide Abb. cons. 94. á nume. 4. lib. 2. & Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. glo. 10. numer. 37. Aurel. Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob non solutum canonem, limit. 14. & limit. 22. Ceph cons. 367. numer. 11. lib. 3. Tobiam Nonius cons. 2. numer. 15. Clar. §. emphiteosis, quæst. 8. versiculo. *Sed quæro.*

Nu. 3. ibi, *Dixi cessationem*. Caducitas non transit cõtra hæredes emphiteotæ, vide in terminis Corbul. vbi supra d. titu. ampliatio. 45. & ampliat. 8. in fine. Ruin. cons. 168. num. 20. & 10. num. 4. lib 1. & cons. 159. num. 12. & seq. lib. 1. & 70 num. 14. lib. 5. Anton. Gabrie. lib. 7. communium, conclusio. 35. á nu. 3. & diximus latè ad decis. 17. supra.

## Additio ad Decisionem LXXXIIII.

NVm. 1. & 2. De materia vide latissimè Molin. lib. 4. de primogenijs Hispanorum, c. 9. & c. 10. Menoch. cõs. 599. á num. 3. lib. 6. Burgos de Paz cõs. 41. Communis & vsitata resolutio est, quòd in præiudicium successorum nõ operatur præscriptio, nisi immemorialis sit, nec transactio etiam in eorum præiudicium aliquid valet. Posset tamen attentari, quòd quadragenaria cum titulo inualido sufficeret, ex Molin lib. 2 c. 6. á num. 51. & sic cõtra præsentem decisionem, sed intelligo, quando titulus habitus fuit ab eo qui poterat dare, nõ quando est omnino reprobatus.

## Additio ad Decisionem LXXXV.

NVm. 1. ibi, *Latam*. Nota singularẽ legem Lusitaniæ, & singularem decisionem benè eam declarantem, secũdum quam nominatio facta coram sex testibus, reuocat priorem factam per scripturam publicam, non obstante illa lege, quæ aliam scripturam requirit, etiam si illa secunda nominatio nõ fuisset facta in forma testamenti. Sed licet hæc decisio in praxi ex æquitate procedat in regno Lusitaniæ, in rigore tamen attentis verbis dictæ legis, non secura est, & melior videtur opinio aduocati, de qua hic cum dicta lex solum excipiat nominationem factam per viam testamenti nuncupatiui, & in eo supponat nòminationem factam esse; cogita.

Num. 3. ibi, *Quód non requiritur rogatio*. vide latè Matien. in l. 1. glo. 8. á nu. 7. tit. 4. lib. 5. recopilat. & communis cõclusio est, quòd tam iure communi, quám Regio & Partitarum, requiritur testium rogatio, contra Anto. Gomez, & Autorem hic, & hanc practicamus; vide quæ dixi lib. 1. variarum vtriusque

que iuris, quæstione. 1. vbi latissimè.

## Additio ad Decisionem LXXXVI.

NVme. 1. & 2. Quando filius ex serua & illustri vel plebeio, sit naturalis, vel spurius, & sit capax succedendi patri, saltim eius voluntate, vide l. vltimá. C. de natural. liberis, & l. fin. tit. 14. par. 4. & cum Greg. Lupio, Auéd & alijs, vide Matiençũ in l. 9. glo. 2. nu. 4. tit. 8. lib. 5. recopil. & Scribentes in l. 9. Tauri. Hodie iure nostro regio ex d. l. 9. talis filius naturalis dicitur, & est capax succedendi, quia poterat inter patres consistere matrimonium, nisi esset filius natus ex muliere & suo seruo, ex Tello Fernandez in d. l. 9. num. 4. & vide etiam ad propositũ Aluarum Valascú consult. 29. & consult. 94. Paleot. de nothis & spurijs. c. 13. 14. 15. & vide Ceruantes in l. 10. & 11. Tauri, à nume. 126. cum sequentibus. Xuarez in l. 1. tit 6. lib. 3. fori, col. 3. Tellum in d. l. 11. num. 1. Couar. in 4 2. parte, c. 8. §. 4. nu. 2. Caldas de nominatione emphiteotica, quæst. 21. à num. 10. cum sequentibus, & vide Gammam infra decis. 317. 167. & decis. 149.

## Additio ad Decisionem LXXXVII.

IBi, *Mihi alia mẽs fuit num.* 1. Nota singularem decisionem, quòd sententia lata super exceptione, declarans eam non probatam, est interlocutoria, si lata sit pendéte iudicio principali debiti, & ab ea non permittitur appellatio, lege extante quôd ab interlocutoria ante sententiam diffinitiuam non liceat appellare. Hæc decisio, licèt singularis sit, si lex Lusitana non prohibeat appellationem ab interlocutoriá, etiam habente vim diffinitiuæ, mihi falsa videtur, nam sententia super reiectionẽ exceptionis peremptoriæ, parit præiudicium negotio principali, nonque reparari potest in diffinitiua. Vnde est interloquutoria habens vim diffinitiuæ, vt per Bald. in l. eleganter. § siquis post, col. 3. ff. de cond. in debiti. Francus in c. 1. numer. 12. de litis contestatione lib. 6. & cum Felin. Riminal. Alex. Aret. & alijs Marchesanus in tract. de speciebus c. 17. quæst. 6. & c. 20. & c. 33. quæst. 22. allegat Imol. in l si finita, nu. 42. ff. de dãno infecto. Licèt iste. c. 31. & 32. sententias declarantes probationes legitimas vel illegitimas, declaret merè interlocutorias, sed intelligendus est, quando non tangunt exceptionũ reiectionem tacitam vel expressam, sed solùm testes probare vel non probare, ita quôd postea proferatur sententia diffinitiua ob defectum probationis, á qua possit pars appellare, secus si litigetur super artic. exceptionis propositæ, & pronuntietur non probata, aut reijciatur: tùc enim quo ad exceptionõ & articulum nulla alia sententia speratur, ac proinde habet vim diffinitiuæ; at vero á tali interlocutoria licita est appellatio, extãte dicta l. vt videbis in terminis legis regiæ. 3. tit. 18. lib. 4. recopil. per Azeued. & plures ab eo citatos ibi à num. 3. Dueñas regu. 52. Couar. in practicis, quæst. 23. à num. 4. Lancellot. in tract. de attentatis, 2. part. c. 12. limit. 1 numer. 40. Paz in sua praxi. versic. 1. part. 6. in proœmio à nume. 20. cum sequentibus. Vnde in præsenti causa, & alijs similibus, consultius foret, has exceptiones ad diffinitiuam reseruare, & non super eis pronuntiare, ex his quæ notat Asinius in sua praxi. §. 18. cap. 2. & 3. ex quibus constat, admodùm dubiam, ne dicam falsam, esse hanc decisionem, & melius iudicasse Senatores quos Gamma hic reprobat.

Additio

## Additio a Decisionem LXXXVIII.

IBi, *An ad probationẽ dominij.* De modo probandi dominiũ antiquũ, vide latissimè Mascar. in suo tract. de probatio. parte. 1. cõclu. 546. & 547. Menoch. in tract. de arbit. lib. 2 cent. 1. cas. 42 à nu. 2. & cum Riminal. Iun. Tiber. Riminal. Ceph. Burs. & alijs Fabiũ Turretũ cons. 81. à nu. 2. lib. 1. Cõclusio Autoris est vera, quòd tẽpus antiquũ sit centũ annorũ, & tunc probetur dominiũ per famã, aut testes de auditu, licèt verius sit, ꝙ hoc remittatur iudicis arbitrio; imò si hæc probatio sola esset, alia præfertur, quia debilis est contra possessorem titulatum.

## Additio ad Decisionem LXXXIX.

NVm. 1. ibi, *Et acquisita.* Nota, quòd acquisita constãte matrimonio diuiduntur etiã inter cõiuges putatiuos, si fuerũt bonæ fidei. Intelligo ego, si cõ traxerũt in facie ecclesiæ cũ solẽnitatibus sancti Concilij Tridentini, de quo vide Auẽda. respon. 20. Couar. de sponsalibus parte. 2. c. 7. §. 1. nu. 7. Baeçã de decima tutoris, c. 12. à nu. 17. Dida. Perez in l. 4. tit. 4. lib. 5. ord. pag. 164. Azeue in l. 2. à nu. 4. tit. 9. lib. 5. recopil. Gãnuã infra decis. 220. Ioan. Gra. in tract. de cõiugali acquæstu, à nu. 159. cũ sequẽtibus. Matien. in d. l. 2. glo. 1. à nu. 4. d. tit. 9. & verior & receptior est hæc opinio, quam intelligo, licèt contraxerint absque monitionibus ex aliqua iusta causa omissis, secus si ex malitia, ne detegeretur impedimentum, ex his quæ Garcia, Auend. & alij vbi supra notant.

Numer. 2. ibi, *Stante statuto.* Hæc est magis communis opinio, vt per Matien. vbi supra, secũdùm quã matrimonium putatiuũ non habet priuilegium veri matrimonij, nec qui ob matrimoniũ lucratur, lucratur ex matrimonio putatiuo, licèt in contrariũ sit alia cõmunis opinio, quam referũt Tiraquel. Nouellus, & alij citati, secundùm quam ex quadam æquitate, & rationibus vrgentibus iam consului: sed, vt in plurimum, vera est dicta cõmunis opinio, & quæ debet seruari iudicando & consulendo: & vide latissimè Valdesium ad Xuarez in l. 1. tit. de las ganãcias, lib. 3. fori, lit. A. B. C. D. & seq.

## Additio ad Decisionem XC.

NVm. 1. ibi, *Quia quinquagenaria.* Nota legem singularẽ Lusitaniæ, quæ mulieri quinquagenariæ, tunc nubẽti, denegat lucra & acquæstus ob matrimoniũ prouenientes, de qua vide Caldas in tract. de nominatione, quæst. 20. à num. 39. & in confirmationem vide Parisi. Tiraq Bart. Rip. Menoch. Siluã nuptialem, Phanucium & alios per cũ ibi cittatos.

Num. 1. ibi, *Talis dolus.* Vide quod de dolo præsumpto diximus decisione. 66. numer. 3. & Mascard. de probatio. 3. parte conclusione. 1265. numer. 47. Decian. cons. 39. num. 14. & 69. lib. 2. Bonifacium Ruger. cons. 40, nu. 16. lib. 2. & cons. 37. num. 14. lib. 1. Ruin. in l. 1. num. 16. ff. de noui operis nuntiatione. Deci. cons. 11. num. 6. & 39. num. 6. & plures allegant dicti vbi supra. Communis conclusio est, quòd in generali renuntiatione non cõprehenditur dolus verus, nec præsumptus.

## Additio ad Decisionem XCI.

NVm. 1. ibi, *Ignorantem rei qualitatem.* Ignorantia excusat à cõmisso.

Vide

vide quod dixi decis. 38. numer. 2.

Num. 1. ibi, *Dominus de scientia*. Vide Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 8. Corbul. in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob non solutũ canonem, limit. 20. á num. 9. Mascard. de probat. 2. par. conclus. 880. 881. & vera est conclusio Autoris, quòd dominus tenetur probare scientiam.

Nu. 16. ibi, *Hoc tamen fundamentum*. Nota, quòd in re propria, & in habente scripturas penes se, non cadit probabilis ignorantia: de quo vide Corbul. vbi supra limit. 20. à num. 10. Aretin. cons. 15. Alex. Raudẽsem in declamat. de cõtractibus emphiteoticis, tit. de tit. oriẽte ex antiquitate temporis, à nu. 48. & tit. de non concedendi. à nu. 22. & Mascard. vbi supra, & concluſ. 880. à nu. 40. cum sequentibus, & 879.

Num. 1. ibi, *Idemque ait*. Quod dubitans excusetur à cõmisso, sicut ignorans, diximus d. decis. 38 num. 2.

Num. 2. ibi, *Quod actor*. Nota, quòd admittitur compensatio ad euitandũ commissum. de quo vide Cagnol. in authentica qui rem num. 35. limita 14. C. de SS. Ecclesijs. Socin. cons. 99. nu. 5. lib. 1. Guillelmum Redoan. in tract. de rebus Ecclesiæ nõ alienãdis. c. 3. quæst. 19. nu. 1. Tiraq. in tract. de retractu. lib. 1. §. 3. glo. 3. nu. 4. Paris. cons. 108. nu. 50. lib. 1. Rolandum de Valle cons. 87. nu. 26. lib. 1. Corbul. vbi supra limit. 5. apud quos est hæc communis resolutio, dummodo quantitas compensanda sit liquida, aut breui liquidanda, & sit cõpensabilis, aliás non.

Num. 3. ibi, *Quia censuarius, &c.* Diximus latè in d. decis. 38. num. 2. vbi de dubietate contractus.

Numer. 3. ibi: *Induere distulit*. Nota, quòd euitatur commissum ob non factam inuestituram, nec solutum laudemium, quando per dominum stetit: de quo vide latissimè Caldas in tract. de renouatione contractus emphiteotici, quæst. 6. & 7. per totam, vbi de impedimentis, & de mora domini; & melius vide Pegueram in tract. de feudis, versi. item contra, á num. 115.

Mum. 4. ibi, *Item considerabam*. Dominus recipiendo pensiones, videtur remittere caducitatem: vide quæ diximus ad decis. 72. num. 5.

## Additio ad Decisionem XCII.

NVme. 1. ibi, *In contrarium videtur*. Vide de his contrarijs opinionibus Cordubam de Lara in tract. de alimentis ad. §. vtrum, nu. 34. Manticam in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 9 tit. 5. à num. 8. & tit. 4. à numer. 9. latissimè Menoch. in tract. de præsumptio. lib. 4. præsumptio. 133. á numer. 11. cum sequentibus, & cons. 352. à num 17. lib. 4. Caualca. in tract. de vsufructu mulieri relicto, nume. 78. Ceph. cõs. 158. lib. 2. Crassum in suo libro sentẽtiarum. §. legatum, quæst. 38. Paul. Parisi. cons. 21. nu. 36. lib. 2. Dueñas regu. 319. Arium Pinelum in l. 1. 3. parte, nu. 41. C. de bonis maternis. Bartoli opinio est magis communiter recepta, quòd modus ad alimenta non restringit legatum, & per consequens, legato prædio ad alimenta, censetur legata propietas, nisi ex alijs coniecturis aliud appareat.

Nu. 2. ibi, *Quoniam substituatus*. Quæstio est elegãs, an ius maioratus vel primogenituræ vendi, cedi, aut renuntiari possit. De qua vide Anto. Gom. e. in. l. 40. Tauri num. 70. & ibi Cisuen. & Castell. Greg Lupium in l. 2. verbo, sino el hijo, tit. 15. part. 2. Tiraq de primogenijs, quæst. 24. Burg. de Paz in præmio legum Tauri, à num. 94. Peraltam in repetit. rubr. de hæredibus instituẽdis,

dis, á num. 122. Aluaradum in tract. de coniecturis, lib. 2. c. 3. §. 1. á nume. 26. & c. 2 à nume. 24. Molin. lib. 1. de primogenijs Hispanorum lib. 1. c. 6. num. 44. & lib. 3. c. 2. á num. 22. cum sequentibus, & Tiraq. vbi supra, quæst. 26. & 27. Pelaez de Mieres de maioratu. 3. parte quæst. 18. per totam, & de renuntiatione fideicommissi, & iuris de futuro, vide Matien. in l. 9. glo. 1. tit. 9. lib. 5. recopilæ. Crassum in. §. fideicõmissum, quæst. 62. & 63. Communis resolutio est, quòd successor maioratus, pro tempore vitæ suæ, & in sui præiudicium, potest renunciare commoditatẽ maioratus in quem voluerit, simpliciter tamen non potest renuntiare, nisi in sequentem successorẽ; & si habeat filios, non potest renuntiare in præiudicium eorum, si illa renũtiatio quintum excedat, nec potest renuntiare in vnum ex filijs, si valor commoditatis excedat tertium & quintum, saltim quoad excessum: & si habeat creditores, maioratum quærendum potest renuntiare in præiudicium eorum, non tamen quæsitum, nisi renuntiet in nõ successorẽ, nam tunc cum renuntiãdo adire videatur, non eis oberit renuntiatio, de quo vide quæ allegat Matiençio vbi supra, & vide Gutierrez in repetitione c. quãuis pactum. 1. parte à num. 6. cũ sequentibus, de pactis in 6. & Baezam de non meliorandis, c. 22. 23. & 24. & hæc de hac decisione.

Nu. 3. ibi, l. cum pater. Vide Valas. consult. 102. & quæ diximus lib. 3. quæstionum, quæst. 22.

## Additio ad Decisionem XCIII.

HAEC decisio aliqua notanda ponit. Primum, quòd in successione maioratus habetur respectus in considerandaproximitate & repræsentatione ad auum, qui nunquam successit, si ipse succedere debuisset, si suo tempore maioratus vacauisset ad excludendam lineam alterius fratris minoris, qui de facto se intromisit, siue auo viuente, siue mortuo: nam id Autor non aperit.

Secũdum, quòd si hic ascẽdens mortuus fuisset in vita alterius proximioris, puta patris, non esset considerandaeius persona, licèt esset ipse post ipsum maior, nec haberet locum repiæsentatio.

Tertium, quòd vna linea non præscribit contra aliam successionem in præiudicium non natorum aut futurorum, nec præscribunt nisi qui possidẽt alijs viuentibus.

De primis duobus vide latè Velazquez de Auendaño in l. 40. Tauri, glo. 6. & 7. Menchacam de successio. creatione. §. 37. limit. 3. á num. 22. & de tertia vide eundem Velazquez in l. 41. Tauri glo. 1. à nu. 3. & glo. 6. & 7. Mieres in tract. de maioratibus par. 4. quæstione 20. nume. 40. Molin. de primog. lib. 4. c. 10. & lib. 2. cap. 6. & de primis duobus vide eundem Molin. de primogenijs, lib. 3. glo. 6. nume. 35. & c. 7. à num. 3. & 4. Matien. in l. 5. glo. 7. nu. 7. & glo. 3. nu. 2. tit. 7. lib. 5. recop. Azeue. in d. l. 5. nu. 3. 4. & 5. & aliquid in terminis per dictũ Velazquez in d. l. 40. glo. 14. num. 25. Humada in l. 2 glo. 7. nu. 7. & glo. 18. nu. 2. tit. 15. part. 2. Gutierrez nouissimè lib. 3. practicarũ, quæst. 66. maximè num. 29. & de repiæsentatione, vbi multa ad materiam præsentis decisionis, vide eundem Gutierrez d. lib. 3. quæst. 67. Menoch. cons. 124. à num. 80. lib. 2. & cons. 200. à num. 60. eo. lib. & cons. 354. á num. 14 lib. 4. & in tract. de præsumptio. lib. 4. præsumptio. 95. eundẽ Menoch latè cons. 106. à num. 31. lib. 2. & cons. 17. lib. 2. & cõs. 442. dub. 1. & 2. lib. 5. & vide infinita cõ

filia

ſilia pro Triuultijs in hac materia, quæ refert Simon de Pretis, quem vide in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 3. interpr. 3. dub. 4. ſolutio. 2. à numer. 11. & Roland à Valle conſ. 38. lib. 4. & 58. lib. 1. & 73. lib. 3. latiſsimè Manticam in tract. de coniecturis, lib. 8. titu. 9. & tit. 10. aliqua per Burſat. conſ. 1. à nu. 3. lib. 1. & conſ. 67. per totum, & num. 25. & conſ. 71. per totum Alex. Raudēſem in conſ de ſucceſsione Portugalliæ pro Rege noſtro Philippo, quod eſt inter collectos a Zileto de vltimis voluntaribus, to. 2. coſ. 141. à num. 26. & à num 60. & á nu. 90. & num. 105. & conſ. 142. à nume. 127. & num. 107. & 108. & nu. 125. & à nu. 35. & num. 115. & à nume. 68. & 80. & à num. 66. & à num. 76. & à nu. 126. & elegans conſilium Sfortiæ. 39. lib. 1. infinita refert Anto. Teſſaurus deciſ. Pedemonta. noua, 65. vbi refert plura conſilia Cephali, & aliorum moderno rum, à quo non eſt opus tranſcribere; & de tranſmiſsione quando proximior moritur ante euentum conditionis in vita poſſeſſoris fideicommiſsi, vide Viuium deciſ. 398. & deciſ. 300. per totas. Curt. Iun. conſ. 233. num. 9. & 265. à num. 19. & 258. â num. 28. & 338. nu. 16. lib. 3. qui à nullo allegatur, quia tertium volumē nouiſsimè in lucem prodijt & vide quæ diximus ad deciſionē 59. Certê materia de qua in hac deciſione, totam materiam tranſmiſsionis & repræſentationis pertingit, de qua diximus in dicta deciſione, nunc etiam nouiſsimè, vt noſtra deciſio, & tota materia melius intelligatur, accipe ſequentes concluſiones.

Prima concluſio. In ſucceſsione fideicommiſsi temporalis, in quo poſt mortem nominatorum vocantur proximiores, & ſic plures poſſunt ſuccedere, admittitur ea repræſentatio, quæ admittitur in ſucceſsionibus ab inteſtato, ſcilicet in linea deſcendentium, abſque diſtinctione, & in linea trāſuer ſalium, vſque ad fratres & filios fratrū, teſtatoris, ſi teneamus opinionē, quòd proximitas attendatur reſpectu teſtantis, vltimi grauati & poſſeſſoris, ſi conſideremus, aut ſequamur aliam contra riam opinionem, & ſic intelligitur glo. in l. cum ita. §. in fideicōmiſſo, de leg. 2. & communis contra Decium, de qua per ſupradictos.

Secunda concluſio. In ſucceſsione fideicommiſsi temporalis, in quo poſt nominatos admittitur proximior, & non poteſt ſuccedere niſi vnus, nulla da tur repræſentatio, ſed proximior præfertur abſque fictione, quia idetiā eſſet de iure communi, ſi ſolùm vnus admitteretur, atque hic verè proximior ſigno indubitabili, & nominatim intelligitur vocatus, vt eleganter concludit Simon de Pretis vbi ſupra.

Tertia concluſio. In ſucceſsione fideicommiſsi perpetui, cum in eo ſuccedatur ſecundùm ordinem ſuccedendi ab inteſtato, vt in l. fin. C. de verborum ſignificatione, ſeruandæ ſunt cōcluſiones præcedentes.

Quarta concluſio. In ſucceſsione maioratus & primogenituræ, ex naturá rei, quemadmodum in feudis, ſemper ſucceditur per rectam lineam primogenitorū, & non fit digreſsio vniuſ lineæ ad aliam, vſque dum prima finiatur: ita autor in præſenti, Molina & alij vbi ſupra, & colligitur ex l. 40. Tauri.

Quinta concluſio. Linea debet habere ſuum principium certum & determinatum, aliàs maximam confuſionē & incertitudinem, & litigia in ſucceſſionibus cauſaret: & eſt duplex, primogenitorum, & vocatorum, ex vna parte, & poſſeſſorum ex alia. Appello lineā primogenitorum, quando vocatur Petrus, & ſuus filius maior, & deſcenden-

tes

tes maiores, quæ est prima linea, & eis deficientibus, Ioannes & suus filius maior, & sic de singulis, nam tunc capita lineæ sunt primi vocati, qui & a beis descendentes statim ab ipsa natiuitate habent ius indubitabile primogenituræ, siue in prima, siue in secũda, siue in tertia linea, & possunt ad alios transmittere; lineam verò possessorum appello, quando maioratus intrat realiter in aliquo ex cognatis ex defectu nominatorum, qui caput lineæ est, & omnes ab eo descendentes, rectam lineam constituunt. Possumus etiam constituere tertiam speciem, aut tertium membrũ, scilicet lineam mixtam, primogenitorum & possessorum simul, scilicet quãdo maioratus intrat in lineam alicuius ex nominatis aut vocatis, vt primogenitis.

Conclusio sexta. In lineis primogenitoru & vocatorũ, siue possederint maioratum, siue non, semper datur perpetua repræsentatio & transmissio, & habetur respectus ad auũ, aut alium ascẽdentem maiorem, siue ipse successerit, siue non; si verò mortuus fuerit in vita possessoris: siue non, & hoc nõ ex regulis iuris communis & fideicommissorum, sed ex natura rei & ex voluntate testantis, qui primogenitura fundauit vt benè considerat Couar. in practicis, quæst. 38 & est expressa in his regnis dicta l. 40. ibi, ò de aquel a quien pertenecia, &c.

Septima conclusio. Si transuersales fundatoris, aut possessoris maioratus, sint de lineis nominatorum aut possessorũ, absque dubio locum habet dicta repræsentatio & transmissio, quæ irregularis est, & regulas iuris communis transgreditur: si verò transuersales fundatoris, aut possessoris, non descendãt ex dictis lineis, sed in defectum nominatorum admittãtur vt proximiores, tunc quidquid dicant Molina, Gutierrez & alij regnicolæ, nulla admittitur repræsentatio, sed ille erit proximior, qui realiter talis inuenitur tempore delatæ successionis, etiamsi ex maiori non descendat, aliàs infinitæ lites & cõfusiones orirentur: nec video ego qua ratione descendens á maiori, possit eum repræsentare, aut ab eo aliquod ius accipere virtute transmissionis, si ipse ascendens non fuit vocatus, nec de linea vocati, nec vnquam vllum ius primogenituræ certũ & probabile habuit, sed solum vanam spem, & remotissimam, scilicet sub cõditione, si deficientibus vocatis, in humanis existat, tanquam proximior, nec etiam intelligo quomodo possit dici proximior tẽpore delatæ successionis, quia iã multis ab hinc annis mortuus erat & si ipse non fuit proximior, nullum ius habuit, ac proinde transmittere non potuit, nec vocatus fuit, & per consequẽs nec vocati sunt eius descendentes, qui ab ipso initium sumunt: nec virtute repræsẽtationis gradus admittetur, quia hæc repræsentatio non admittitur nisi in casibus á iure expressis, & nullibi in iure nec in feudis admittitur tam transuersa & remota repræsentatio & in nullo iure fundata. Nec obstat d. l. 40. nam imò facit pro hac conclusione, cum solùm admittat repræsentationẽ respectu eius qui successit, vel succedere debebat, quia ius firmum primogenituræ habebat. Sed in præsenti proximior mortuus, vt proximior nullũ ius vnquam habuit, quia non fuit proximior tempore delatæ successionis, & sic non fuit vocatus. Nec etiam obstat, quòd potuerit esse proximior tempore testamenti: nam respondetur, quòd in fideicommissis aut maioratibus perpetuis non potest considerari talis proximitas, quæ nullatenus potuit á fundatore imaginari, cum penè esset impossibilis eius existentia, vt ex magis communi

muni considerauit Roland in d. consi. 38 & quæ in contrarium allegantur á Simone de Pretis & alijs, intelliguntur in fideicommisso temporali, non expectante longam dilationē, sed possibilem coexistentiæ proximiorum, qui erant tempore testamenti, vel mortis testatoris. Nec obstant autoritates à Gutierrez & alijs citatæ, nam semper loquuntur quando maioratus aut fidei commissum intrauit aliquam lineam, siue vocatorum, siue possessorum, nam tunc licèt defunctus voluisset, quòd succedatur de proximiore in proximiorē, aut de maiori in maiorem, aut quòd succedat proximior, non debet fieri digressio ad aliam lineam ex natura rei, vt in feudis dicit tex. in c. 1. de natura successionis feudi, & quia ex hoc modo successionis melius & clarus conseruatur successio maioratus: sed quando non intrauit, sed linea incipit in proximiore in defectum nominatorū, non video, quare proximiorem appellamus eum, qui nec est, nec fuit, nec illi aliquod ius transmissum fuit, nec in eo vlla repræsentatio admittatur. Vndè quidquid dicant isti, & quidquid iudicent aliquādo iudices Cācellariarum, mihi hæc vera conclusio videtur, & cōtraria irrationabilis & falsa, & ex capite, & certo scio, quòd in supremo Consilio, & in multis tribunalibus exteris, secundum eam iudicatum est: & hoc modo intelligēda sunt quæ Velazquez vbi supra notat qui indistinctè in transuersalibus fundatoris excluſit repræsentationem, aliàs falsa forent.

Cōclusio Octaua. In linea possessorum semper admittitur repræsentatio, etiam si vocetur consanguineus proximior; vndè postquam proximior, qui primò vt talis successit, admissus fuit sine repræsentatione, vt dictum est, descendentes ab eo per rectā lineam succedent, & inter eos admittetur repræsentatio, etiā in transuersalibus respectu vltimorū possessorū, vt dcctc considerauit Tiberi. Decianus consi. 100. lib. 3.

Conclusio Nona. Quo ad præsentē decisionem, si Iacobus Hernandez post mortem primi nominati debebat succedere vt vocatus, aut eius filius maior, vera est hæc decisio, etiam si filius obijsset ante patrē in vita possessoris, & post fundationē maioratus, & nō antea. Si verò ipse, aut eius filius, nō vt nominatus, sed vt proximior succedere debebat, etiā si per rectā lineā in defectū nominati, tunc falsa est decisio, nisi filius maior Iacobi viueret tempore mortis primi nominati, tunc ipse tanquā masculus & proximior succedere debebat, & non soror, & tunc vera est decisio. Nec obstat verbū, *Por linea directa*. nā nullo existenti nominato, non est dabilis linea, vsque dum incipiat in aliquo legitimo possessore.

Vltima cōclusio quo ad præsentem decisionē est, quód vna linea non præscribit successionem contra aliam, nisi per tēpus immemoriale, vt per Velazquez vbi supra, vnus tamen contra aliū pro eius vita præscribit tempore ordinario, vt per autorem hic, & sic finitur hæc vtilis additio.

## Additio a Decisionem XCIIII.

DE materia huius decisionis, an in remedio l. 2. de rescind. vēditione, veniant fructus, vltra hic allegatos, vide Anto. Gomez de contractibus, c. 2. à nu. 24. Couar. lib. 2. variarum cap. 3. à num. 9. Menchl. in d. l. 2. à nu. 50. Matienço in l. 1 glo. 5. à numer. 5. cum sequentibus, & ibi Azeued. à num. 25. tit. 11. lib. 5. recopil. Communis resolutio, & in praxi vsitata est, quòd in venditione iudiciali, si læsio sit enormissima, restituitur

ſtituitur res cum fructibus, ſoluto emptori cenſu pro pretio ad rationē quatuordecim pro vno: & hoc magis ex æquitate practicatur in tribunalibus ſupremis quàm de rigore iuris; ſi verò ſit voluntaria & extraiudicialis, non debentur fructus, niſi à tempore litis conteſtatæ, niſi in venditione interuenerit defectus ſolennitatis, aut dolus, vel fraus, vel deceptio ſit enormiſsima, longè vltra dimidiam iuſti pretij, ex qua dolus præſumitur; de quo habes plura notabilia ad deciſionem 40. per totam, & hæc etiam eſt reſolutio Autoris in præſenti.

## Additio ad Deciſionem XCV.

VIde quæ habes ad dictam deciſionem 40. & ad deciſionem 66. vbi materiam læſionis enormiſsimæ habes ſufficienter explicatā; & vide Azeued. in l. 1. à num. 31. & 32. titulo 11. lib. 5. recopilat.

## Additio ad Deciſionem XCVI.

VIde de materia retentionis rei ob melioramenta non ſoluta, Aluar. Valaſcum in tract. de iure emphiteotico, parte 1. c. 25. à num. 22. Ioan. Garci. de expenſis, c. 6. á nume. 14. & eundem ad ea quæ dicuntur in fine, c. 23. per totum, à num. 54. qui allegat Menoch. Ioſeph. Ludo. Caualcanum & alios modernos. Viuium deciſ. 317. á numer. 8. lib. 2. & Burſat. conſ. 85. num. 37. lib. 1. & ibi de primo, á num. 30. & conſ. 60. à num. 31. & vide ad propoſitum elegantèr eundem Burſat. conſ. 73. â num 28. lib. 1. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 23. glo. 2. à num. 24. Neuiza. conſ. 77. á nu. 12. deciſ. Pedemont. Oſaſci. 160 nume. 16. Sfortiam conſ. 41. nu. 93. lib. 1. Acquiſtima eſt deciſio præſens, quòd licet retinens, ex ſola retentione de iuris rigore debeat computare fructus in ſortē, vt per Tiraq. Burſat. Neuiz. Oſaſc. & alios per eos citatos, tamen debet ſibi refici aut dari cenſus pro valore melioramentorum non ſolutorum, tanquam intereſſe lucri ceſſantis: argumento eorum quæ notat Sfortia d. nume. 93. & alij citati, qui dicunt, quòd retinēti debent ſolui damna & intereſſe, & ſic pro rata lucratur fructus, non tamen reſtituit aut cōpenſat fructus ſuorum meliorāmentorum, vt per autorem hic, & per Garciam, Matthæum Afflictis, & alios vbi ſupra.

## Additio ad Deciſionem XCVII.

DE materia deciſionis, quando diuortium poſsit fieri ob ſæuitiam viri, & an vxor ſeparata aut expulſa, lucretur dimidiam acquæſtuum, & habeat alia priuilegia vxorum, ac ſi cohabitaret, vide Autorem infra deciſ. 357. Azeued. in l. 2. tit. 9. á num. 14. lib. 5. recopil. Matien. ibi glo. 1. à num. 42. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 1. á nume. 61. & hi allegant Palatios, Seguram, Caſtellum, & alios, Ioan. Garciam cum Auend. & alijs, de acquæſtibus, à num. 163. Pegueram deciſione criminali. 20. & vide Ioan. Sanxon in conſuetudinibus Turonenſibus, tit. de douaire, tit. 30. art. 1. & Arnaldum Ferronium in cōſuetudinibus Burdegalēſibus, tit. 4. de dote. §. 6. fol. 120. Chaſſanæ. in conſuetudinibus Burgūdiæ, rub. 4. §. 23. á num. 15. Anto. Teſſaurum deciſ. Pedemonta. noua. 130. nume. 1. & 2. Gutierrez in quæſtionibus canonicis, quæſt. 24. num. 14. Communis reſolutio eſt, quòd quando vxor diuertit à viro culpa virí, habet dictam dimidiam, & dohariū, ſicut ſi nō diuertiſſet: quin imò

imo etiam habet omnia priuilegia dotalia: quare, vt credo, non benè iudicauit Autor in præsenti, cùm mulier talis habeatur pro cohabitante, in sui cõmodum: sed de hoc cogitent Regnicolæ Lusitaniæ, qui habent legem, de qua autor hic.

## Additio a Decisionem XCVIII.

VIde de materia huius decisionis, quæ diximus ad decisionem 46. & vide Burgos de Paz cõs. 11. per totum, Menoc. cons. 45. a num. 22. lib. 1. & in tract. de præsumptionibus lib. 6. præsumptione 45. per totam & Michaelem Crassum in tractatu sentẽtiarum §. testamentum, quæst. 21. Manticam in tractatu de conjecturis vltimarum voluntatum, lib. 2. titulo. 5. num. 17. & per totum, & titulo 6. Mascard. in tractatu de probatio. 2. parte conclusione 824. & 825. & 826. & 827. Simonem de Pretis in tractatu de interpretatione vltimatum voluntatum, lib. 2. interpretatione. 1. dubio. 1. solutione. 4. â nu. 1. cum sequentibus, & nota vnum singulare, quòd Autor hic dicit, scilicet sex testes testamenti, qui interfuerunt tempore confecti testamenti, non probant sanam mentem, nec sunt testes idonei etiam cum alijs: quia interest sua ne testamentum subuertatur ex defectu testantis, sed ego hanc doctrinam, nisi alia contra testes concurrant, suspectam puto, & contra notata per autores dictos, maximè Simonem de Pretis, qui etiam notario, nisi alia concurrant, aliquam fidem tribuit: & in proprijs terminis nunquam vidi practicari, nec mihi apparet, quòd probabile interesse testes prætendere possint, nec quòd sex, nisi sint consanguinei, famuli, aut pretio corrupti, debeant contra conscientiam deponere, maximè si alia indicia eis faueant, vnde ab hac doctrina cauendum puto.

## Additio ad Decisionem XCIX.

NVm. 1. & 2. & 3. De materia actionis hypothecariæ, & quid debeat probare creditor agens hypothecaria contra tertios possessores, & de materia excussionis, vide Hieronymum Magonium decis. Lucana. 53. in fine, & num. 2. & 8. & decis. 55. in fine, & decis. 64. num. 15. latius & melius decis. 66. per totam, & vide decisionem Genuæ de mercatura. 13. numer. 19. & decis. 78. & 90. & Hippol. Marsil. in rubr. de fideiussoribus, a nu. 7. & nu. 24. Iacob. de Arena in tractatu de excussione bonorum. Benedictũ de Plumbino in eodem tract. per totum, & vide elegantissimum consilium Sfortiæ 82. num. 18. & a num. 26. & à num. 46. lib. 1. Ioseph. Lud decis. Perus. 45. & cũ Ceph. Paris. Rolan Valle Anto Gab Becio & alijs, vide Ioan Bottam cons. 61. per totum, & cons. 93. à num. 20. Bursat. cons. 48. à num. 10. & 32. nu. 46. lib. 1. Dueñas regula. 335. à nu. 17. & Michaelem Crassum lib. 8. communium, tit. 8. á nu. 73. Roland. cons. 79. lib. 1. Socin. Iun. cõs. 17. lib. 2. Chirchouium d. tit. 8. à nume. 62. latè alios Communistas d. titu. 8. á num. 10. cum sequentibus & elegantissimè Mascar. in tract. de probat. 1. parte, conclusione. 456. per totam Osascũ decis. Pede. 2. Anto. Tessaurum decis. Pedemont. noua. 40. & 52. 53. 175. & 215. Vide etiam latissimè Ferrariam, & ibi Massuerium & alios nouissimos addentes in sua praxi, in forma libelli in actione hypothecaria, verbo, exceptionem excussionis, per totum, & vide quæ diximus lib. 1. quæstionum, quæstione. 11. Omnes concordant vera esse requisita Autoris, licèt in praxi

non seruentur semper hæc præ requisita, sed sufficiat, quòd in processu constet, debitorem & fideiussorem soluendo non esse, nec super excussione vt in plurimum pronuntiatur, sed sufficit, si de ea processu constet, citatis inter essatis per edictum; tum etiam, in praxi sufficit rem esse in potestate debitoris tempore obligationis, licet non probetur de suo dominio & titulo, nisi tertius dominium alterius aut titulum probet, & sic semper consului & obtinui.

Numer. 4. ibi, Lapsi sunt. 10. anni. Quantum tempus sit necessarium ad præscribendum actioni hypothecariæ, vltra hic allegatos, vide Sfortiam vbi supra, à num. 46. Roland. & Communistas supra citatos, & Parladorium lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 1. §. 16. & l. 27. tit. 29. part. 3. & Azeued. in l. 6. á nu. 43. tit. 15. lib. 4. recopil. Communis resolutio est, quod hypothecariæ præscribitur à debitore, vel ab alio causam ab eo habéte 40. annis, à tertio vero habéte causam ab alio, decem vel vigíti annis iure regio distinguũt Azeued. & Parladorius, vt si hypotheca apponatur pro debiti solutione, præscribatur á debitore 30. annis. Si pro assecuratione alterius contractus, quadraginta, vt iure communi: á tertio verò præscribitur, vt antea erat dispositum. Hypothecaria tamen præscriptio incipit currere á die solutionis transacto, non à die excussionis, contra Alex. vt per Sfortiam vbi supra, & sic est intelligendus Autor hic, & malè iudicatum secundùm opinionem Alexandri.

## Additio ad Decisionem C.

DE modo probandi dementiã & furorẽ, & an ex præterito præsumatur in præsens, aut ad præsens, vide Mascard. Menoch. Burgo de Paz, Sfortiam & alios per me citatos ad decisionem 98.

## Additio ad Decisionem CI.

NOta singularẽ decisionẽ, q̃ debitor debiti personalis, etiam si habeat regressum contra aliũ, nõ tenetur denuntiare litẽ sibi motam, ipsi tali, contra doctrinam Baldi hic citatam; quia lex regni, & aliæ iuris communis, loquũtur in emptore rei mobilis, aut immobilis. Sed hæc decisio licet singularis sit, & in puncto iuris defendi possit, non est tamen secura, quia aut debitor exactus, exigitur iustè, & hoc apparet, & tũc verum dicit decisio, aut exigitur iniustè, & tunc diligẽtias debet facere, & protestari, & denuntiare, si potest; argumẽto tex. in l. si procuratorem. §. si ignorántes. ff. mandati, & vide Afflictis decis. 151. Carol. Ruin. cons. 147. lib. 1. Menoch. latè in tract. de arbitrariis lib. 2. cent. 2. cas. 137. num. 14. & 18. decisionem Genuæ 33. nu. 6. Azeued. in l. 13. num. 18. tit. 9. lib. 3. recopil. Cumanum consi. 185.

## Additio ad Decisionem CII.

VIde quæ latè diximus ad decis. 3. & ad decisionem 23. & aduerte, q̃ in his regnis, ex l. partitæ ibi citata, nepos legitimus ex fratre naturali succedet suo patruo, deficientibus legitimis, aut alijs naturalibus ex parte matris, quem admodum succedebat pater suus, vt ibi etiam diximus.

## Additio ad Decisionem CIII.

DE materia totius huius decisionis, quod tempus debeat considerari indona-

in donatione simplici, causa mortis, dote, & legitima, mortis, vel donationis factæ, vide Baezam de non melioran-d.s, cap. 31. Anton. Gomez in l. 17. Tauri numer. 11. Burgos de Paz consil. 14. numer. 62. Pelaez de Mieres in tractatu de maioratibus 1. parte. quæstio. 52. Matiençoin l. 7. titulo. 6. lib. 5 recopilat & Azeue. ibi. Angulo in l. 7. de melioratiõnibus per totum, Ayoram in tractatu de partitionibus, capit. 3. à num. 7. & 3. parte cap. 26. 27. & 28. Doctorem Spino in speculo testamentorum glo. 18. à numer. 33. & glo. 17. à numer. 54. & Michaelem Crassum in suo libro sentẽtiarum. §. legitima, quæstione. 11. Gutierrez lib. 2. practicarum, quæstione. 60. iure communi & regio semper concluditur vt per Autorem hic.

## Additio ad Decisionem CIIII.

VIde de materia huius decisionis Caualcanũ in tractatu de vsufructu mulieris, num. 157. Pinel. in l. 1. 2. parte, à numer. 59. & 79. C. de bonis maternis. Roland. Valle consil. 49. à numer. 13. lib. 2. & plures alios allegat Caualcan. vbi supra, & vide Tiraq. in tractatu de retractu, lib. 2. §. 3. glos. 1. à num. 22. Molin. in consuetudinib. Pariſ. §. 1. glo. 1. á numer. 31. Emanuelem Xuarez lib. 3. communium tit. 20. nu. 39. & Villalobos ibi num. 40. Concluditur vt per Autorem hic, vide melius per Ioan. Garciam in tractatu de expẽsis, cap. 11. à num. 31. cum sequentibus.

## Additio ad Decisionem CV.

NOta hanc decisionem, quòd mulier per transitum ad secundas nuptias, non amittit possessionem rerum mariti, sibi datam ex aliqua lege & per consequens non amittet vsumfructũ sibi á marito relictum, vel doharium, & ita in terminis tenet Chassanæus, quem Autor non allegat, in cõsuetud. Burg. rub. *De droit*, §. 6. verbo, *Et sera tenue*, numer. 14. & vide de materia communistas lib. 5. communium, tit. 4 nu. 12. cum sequentibus, & Anto. Gabrielẽ lib. 3. cõmunium conclusionum, titul. de secundis nuptijs conclu. 1. numer. 15. & nu. 42. Caualcan. in tract. de vsufructu mulieris, à num. 113. Matien. in l. 3. glo 2. tit. 1 lib. 5. recop. Fallit tamẽ, nisi ex verbis aut mente testantis aliud colligatur: de quo vide latè Simonem de Pretis in tract de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 4. à numer. 80. 83. cum alijs sequentibus.

## Additio ad Decisionem CVI.

NOta singularem decisionem, quòd concubinæ clerici non debetur salarium operarum, etiam si amasio seruierit: quia ipse non poterat ei donare, etiam remunerationis causa; de quo vltimo vide Spino in speculo testamẽtorum, glo. rub. à num. 10. Menest. in rub. C. de fideicommissis, à nu. 18. Palatios in repet. rub. §. 37. num. 8. Gutierrez in tract. de iuramento confirmatorio, lib. 1. c. 6. Seraphinũ in tract. de priuilegijs iuramenti, priuilegio. 71. á nu. 10. Bursat. cons. 205. nu. 23. lib. 2. Rolan. cons. 98. nu. 15. & 37. lib. 1. Afflict. decis. 102. Roland. vbi supra num. 53. Deci. cons. 132. & cum pluribus Anton. Tessaurum in suis nouis Pedemontanis decisiombus, decis. 111. per totam. De primo nõ vidi Autorem in specie probãtem, & mihi videtur contra notata per Rebuff. in secundo tomo ad ll. Gallicas, tit. de famulorum salarijs, glos. 3. Gutierrez de iuramento confirma-

torio, parte. 1. cap. 64. num. 3. Alexand. conſ. 109. lib. 6. Didacum Perez in l. 1. titulo 2. gloſ. 1. col. 61. lib. 1. ord. Azeued. in l. 9. à numer. 4. titulo. 15. lib. 4. recopilat. Ioan. Bottam conſ. 43. per totum, deciſionem Genuæ 115. Vera mihi reſolutio videtur contra Autorem in præſenti, quòd ſi concubina amaſio ſeruierit, vt famula, debetur ſibi ſalarium, ſi aliter non ſit ſatisfactum, & quòd valet donatio remuneratoria ei facta, meritis probatis, & talibus, quòd pro eis poſſet ſalarium petere, vſque ad eorum quantitatem, dummodo ſit pauper, & non præſumatur libera operarum donatio, vt non ſolet præſumi: & hæc eſt opinio æquiſsima, & quæ deberet ſeruari iudicando, & conſulendo: de qua vide per me dicta lib. 1. quæſtionum, quæſtione. 8. §. 2. vbi de filijs & alijs egímus; vide etiam Azeue. in l. 6. num. 10. tit. 8. lib. 5. recopilat.

## Additio ad Deciſionem CVII.

NOta, q̃ patronus poſt fundatiõẽ Eccleſiæ aut Monaſterij, non poteſt onus apponere, nec alij cõmittere perpetuã adminiſtrationem: de quo vide Lambertinũ in tractatu iuris patronatus. 1. parte libro 1. quæſt. 9. per totã, & â num. 72. cum ſequentibus, vbi infinita allegat: & vide quæ notantur in l. 9. titulo 6. lib. 1. recopilat. & Communiter concluditur, quòd poſt fundationem nulla pacta nec cõditiones apponere poteſt, & tempore fundationis ſolùm licita, & cum aſſenſu ordinarij; & onus de quo hic, admodum graue & illicitum mihi videtur.

## Additio ad Deciſionem CVIII.

DE tota hac deciſione, vide quæ latè diximus ad deciſionẽ ſecundã, & conclude vt ibi: & ibi dictis adde, quòd etiam in caſu quo prohibita eſt alienatio, poſſunt bona generaliter obligari pro ſecuritate obligationis permiſſæ, ex Abbate in c. 1. de pignoribus: ſed hoc intellige, quando contractus permiſſus eſt, & talis, qui poſsit obligare Eccleſiam, vel ſucceſſorem, alias non poſſunt, niſi ſola commoditas pro vita poſſeſſoris, vt diximus in dicta deciſione.

## Additio ad Deciſionem CIX.

NOta, quòd teſtamentum imperfectum inter liberos reuocat primum perfectum. Hæc eſt communis reſolutio, vt per plures citatos á Craſſo in libro ſententiarum. §. teſtamentum, quæſt. 86. à numer. 3. Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 4. interpret. 2. num. 27. Couar. in rub. de teſtamentis, par. 2. nu. 19. Boer. deciſ. 240. nu. 2. Hoc tamẽ iure noſtro regio, ex l. 2. tit. 4. lib. 5 recop. non procedit, ſecundùm quam eadẽ ſolennitas requiritur in teſtamento inter liberos, quæ inter extraneos, ex Burg. de Paz in l. 3. Tauri, parte. 1. concluſione. 4. num. 757.

## Additio ad Deciſionem CX.

NVm. 1. ibi, *Vſura*. De hoc diſputant latè Theologi, de quibus per Petrũ Nauarra in tract. de reſtitut. 2. par. lib. 3. c. 2. á nu. 179. cum ſequentibus. Soto de iuſtit. & iure, lib. 6. q. 1. art. 1. Nauar. in Manuali Latino, c. 17. à nu. 207.

Num. 2. Vide Arnaldũ Albertinum in tract. de agnoſcendis hæreticorum aſſertionibus, cap. 3. num. 9.

Nu. 3. Quando mercatori debeatur intereſſe

intereſſe lucri ceſſantis propter retardatam ſolutionē, vltra elegantiſsimè, & admodum copioſo ſtylo dicta per Autorem hic, vide Molin. in conſuetu. Pariſ. parte. 1. §. 6. glo. 7. num. 18. Maſſuerium poſt Ferrariam in addi. ad eundem Ferrariam in praxi, in forma libelli in actione reali, verbo, *Et in florēnis*, & verbo, *Petitio intereſſe*, Octauianum Oſaſcum deciſ. Pedemont. 143. à num. 3. Rebuff. in l. vltima glo. fin. a num. 13. & 29. C. de eo quod interest. Gutierrez in quæſtionib. canonicis, quæſt. 39. nu. 24. Mexiam in pregmatica qua taxa panis, cōcluſio. 2. à nu. 74. Spino de teſtamentis glo. 13. á num. 39. Palacios de cōtractibus lib. 4. c. 4. Curiel de vſuris 3. par. quæſt. 6. dub. 1. Alcia. conſ. 57. num. 8. lib. 8. & 10. nume. 1. lib. 6. & 78. numer. 1. lib. 5. & 12. nu. 16. lib. 5. Nauar. in manuali, c. 17. á num. 22. Cordubam in ſumma de caſos de cōciencia, quæſt. 105. Petrum Nauarram in ſuo tractatu de reſtitutione, cap. 2. á numer. 286. Mercado de contractibus. cap. 10. opuſculo de empreſtidos. Plotum in tractatu de in litem iurando. §. 10. à num. 26. & §. 51. á num. 17. Baptiſtam Lupum in tractatu de vſuris, cōmentario. 1. §. 6. à num. 4. deciſionem Genuæ. 1. num. 45. eleganter deciſ. Genuæ 139. á numer. 8. Riminal. Iun. conſil. 52. à num. 40. lib. 1. Burſat. conſil. 68. lib. 1. & conſil. 72. numer. 9. deciſ. Genuæ 99. numer. 3. Roland. conſil. 35 numer. 25. lib. 1. Ioan. Bottam conſ. 67. á numer. 6. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſ. 119. num. 2. Anton. Gabriel. lib. 3. communium, titulo de ſolutio. concluſione 10. á numer. 3. Gutierrez de iuramento cōfirmatorio. 1. parte cap. 2. á nume. 8. Virginium Vocacium de Cingulo, in tractatu de remedijs poſſeſſorijs, c. 18. à numer. 66. cum ſequentibus; Phanucium in tractatu de in litem iurando, cap. 4. á num. 16. & vide l. fin. titulo 1. parte. 5. & l. 10. titulo. 17. part. 7. & latiſsime Maſcard. in 2. parte de probatio concluſione 934. cum præcedentibus & ſequentibus latiſsimè Alfonſum de Villagut. in tractatu de vſuris, quæſtione. 18. per totam. Communis reſolutio, eſt quòd mercatori, aut alij ſolito negotiari, mora exiſtente, debetur intereſſe lucri ceſſantis, quod non debet eſſe vagum & incertum, & in potentia, ſed certum, probabile, & quaſi in actu, & debet moderari deductis expenſis, & aliqua moderata quantitate pro dubijs & periculis. Nec in foro exteriori poteſt à principio taxari, licet poſsit in foro conſcientiæ, nulla fraude exiſtente, debetur non ſolum pro primo anno, ſed pro ſequentibus, in quibus intereſt, nec debet ſolum metiri ex modo aliorum negotiantium, ſed etiam ex modo ipſius mercatoris petentis, quodque ipſe conſequeretur, vel ex ſua perſona, aut aliorum, omnibus alienis deductis, & placet mihi quod autor dicit, quòd non debet excedere duplum ſortis, exceptis caſibus particularibus de tutore & muliere, & ſimilibus adminiſtratoribus. Hoc etiam intereſſe debetur non ſolito negotiari, ſi pecuniam deſtinatam, vel ad emptionem prædiorum, aut cenſuum habebat, vel ad aliud lucrum ſperatum, maximè minoribus, & alijs ſimilibus, & in praxi ſemper parcè, & moderatè taxatur, & ad rationem quatuordecim pro vno, & in mercatoribus ad rationē ſeptem aut octo pro centum: & vt in plurimum denegatur, niſi tam iuſta cauſa ſit.

Numer. 4. Vide Maſcard. d. concluſione. 934. nume. 14. qui Cuman. Deci. Cagnol. & alios allegat, & concludit vt Autor hic.

Num. 5. Vide Alexan. conſ. 105. lib. 5. Anton. Gabriel. lib. 2. concluſione. 4.

à num.14.& cõncluſ.6.in principio, Alciat.in tract.præſumpti.reg.3.præſumptio 9.á num.8. Burſatum d.conſ.68.à num.35. Menoch.de præſumptio.lib.2. præſumpt.67.á num.22. cum ſequentibus. Cõcluditur,quòd præſumitur pro ſententia tranſacta in rem iudicatam, quando iudex ritè proceſsit,& nõ conſtat de notoria iniuſtitiæ. Quando nõ eſt trãſacta in rem iudicatam,ſunt opiniones: ſed meo iudicio vera reſolutio eſt,quòd etiam tunc præſumatur pro ſententia, licèt præſumptio ſit iuris,& non ita efficax.

Num.6. Vide Azeued.in l.4.&5.tit. 17.lib.4. recopilat. & latiſsimè Robertum Lancelotum in tract. de attentatis,2.par.c.17.per totum. In his regnis, contra ſententias latas in Cancellarijs in gradu reuiſionis nulla nullitas, nec exceptio admittitur ex d.l.4.& vide Auend.in tract.de ſecunda ſupplicatione,in principio.

Numer.7. Vide Franciſcum de Caldas Pereira,qui allegat noſtrum Autorem,& cum eo concordat, in l.ſi curatorem habẽs,verbo,*Implorandum*.nu.34. C.de in integrum reſtitutioneminorũ. allegat l.6.tit.19.par.6 & ibi Greg. Allegat etiam Rebuff.Mauriciũ,& alios, vide etiam Sfortiam in tract.de in integrum reſtitutione 1.par. quæſt. 16. per totàm. Vera reſolutio eſt,quòd reſtitutio denegata non cõceditur niſi ex noua cauſa, debet tamen minor appellare á denegatione, & ſi tranſactum eſt tempus appellandi, poteſt reſtitutionem petere.

Numer.8. & 9. Vide Sfortiam in d. tract.de reſtitutione,part.2. quæſt. 72. artic.3.Menoch.conſ.110.nu.290. Robertum Lancelotum in tract.de attentatis 2.parte.c.18.á nume.102. cum ſequentibus.

Numer.10. Vide practicum Monteroſo in tract.de las Chãcillerias, tract. 5.c.2.verſ. *Item no ſe puede ſuplicar de el auto*.& Auẽd.in tract.de 2. ſupplicatione,nu.6. verſi. *De la declaracion que hazen,&c.*& vide Marcheſanum in tract. de ſpeciebus, quæſt.32. & 33. & quæſt. 26.& 27.& quæſt.3.& Deciũ in c. tua, à num.5.de appellatio.& Felin.in rub. de ſententia & re iudicata, num. 10.& dictum Marcheſan.quæſt.2.&vide Couar.in practicis.c.25.nu.5.Azeued.in l. 5.tit.17.num.4.& in l.2.tit.19. num.6. lib.4.recop. Et vera eſt autoris ſententia,quòd interlocutoria ſuper deſertione, aut denegatione reuiſionis,non eſt tertia ſententia conformis:& ideò licitum erit ſupplicare,aut appellare ab ea in caſibus, in quibus locum habet appellatio,vel ſupplicatio. Vide elegantèr ad propoſitum Teſſaurum deciſ.Pedemonta.122.numer.12.deciſ.Auinionenſem.3.Coua.in practicis.c.25. nu. 5. dictus Teſſaurus tenet contra hic dicta,ſed malè.

Num.11. Vide de materia latè Ioan. Garciam in tract. de nobilitate gloſ.6. §.2.per totum.Sfortiam in tract.de reſtitutione parte. 2.quæſt. 72. articulo 4.vbi latiſsimè agunt, quando minori cõcedatur reſtitutio aduerſus tres ſententias conformes.

Nu.12. Vide Dida. Perez in l.8.tit. 4.col.389.& 390.& 391. lib. 2. ord. Rebuff.Menoch.& alios quos allegat Azoued.in rub.tit.19.lib.4.recop.

Num.13. Vide latiſsimè Sfortiam in d.tract.2.par.quæſt.64.65.& 66.& eundem Sfortiam, quæſt.65. articulo 13. in fine,Marium Anguiſolam cõſ.266. num.9.Menoch.de arbitr.lib.2.cent.1. caſu 175.à num.12.

Numer. 14. Vide autores citatos in numer.3.maximè Maſcard.nu.10.& 11. & numer.20.& Alfonſum de Villagut. vbi ſupra,num.33.Cõcluditur,q; lucrũ debet eſſe moderatum, & qđ alij veriſimiliter facerent, & ipſe ſua induſtria conſe-

consequerétur; in mercatore sufficit quòd sit solitus negotiari, & quôd alis ciusdem professionis, in eisdem mercimonijs & temporibus verisimiliter lucrarentur; & hanc opinionem dixit in praxi pluries obseruatam Bursat. vbi supra, quẽ Mascardus refert, & eũ in fronte vidi, & concordat Villagut. vbi supra.

Numer. 15. De materia huius numeri diximus ad decisionem. 10.

Nu. 16. Vide Mascar. vbi sup. nu. 20. & per totam conclusionem. 34.

Nume 17. Vide latè de pacto standi Iuramento & declarationi creditoris super damnis, expensis & interesse, Caualcan. decis. 2. numer. 31. parte. 2. Plotum latissimè in tract. de in litẽ iurando §. 47. à principio cum numeris sequentibus, & de hoc pacto in censibus, vide Felicianum in tract. de censibus, lib. 1. c 9. à num. 14. qui etiam de interesse lucri cessantis plures autores modernos allegat. Certè in contractibus suspectis hæc pactio non practicatur nisi cum partis iuramento alia cõcurrant; & in mercatoribus si valeat hoc pactum, vide decis. Genuæ. 78. à nu. 8. In societate etiam hoc pactum suspectum est, ac ideò de eo solo curandum non est, nisi alia concurrant, de quo vide etiam Parladorium lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. parte. 1. §. 12. num. 37.

Nu. 18. Vide DD. supra citatos, maximè Couar. ad l. curabit. Lupum, Mascard. Villagut. Bursatum, qui omnes concludunt, in foro exteriori illicitam esse taxationem interessis: in foro verò interiori veritas consideranda est. Idem ego iudicarem in foro exteriori, veritate probata, & comprobato ex probationibus legitimis interesse vero: quod secundùm verisimiles probationes moderarem.

Numer. 19. & 20. Vide Mascardum vbi supra numer. 4.

Num. 21. Persona mercatoris & aliorum est consideranda, ex Mascard. Lupo, Villagut. & alijs vbi supra, & vide decis. Genuæ 202. num. 4.

Nume. 22. Vide Benuenutum Stracham in tract de mercatura, parte. 1. à num. 65. cum sequentibus.

Num. 23. Vide Ioan. Garciam in tractatu de expensis & meliorationibus, cap. 23. num. 50.

Num. 24. Vide omnes autores supra citatos, & Nauarrum vbi supra. Villagut. num. 27.

Nu. 26. Vide Mexiam in pragmatica taxæ panis, conclu. 2. à num. 86. cum infinitis sequentibus.

Num. 27. Vide quæ diximus in nostro lib. 1. quæstionum, quæst. 8. §. 2. & vide Autores in l. cùm oportet. C. de bonis quæ liberis.

Num. 28. Vide Mercadum in tract. de contractibus & restitutione, c. 9. de las compañias.

Numer. 29. Vide decis. Genuæ 68. num. 10. & 170. num. 3. & 158. nume. 3. & 85. nume. 2. & Mexiam vbi supra, & Ioan. Garciam in tract. de expensis, c. 19. num. 10.

Numer. 30. Vide Villagut. vbi supra, á nu. 34. qui singulariter loquitur, eum omnino vide.

Numer. 31. & 32. Vide Villaguttam. vbi supra, qui contra Autorem hic indistinctè putat non fieri coaceruationem summarum, & allegat Lupum, Cagnolum, & alios in l. vltima. C. de eo quod interest: & licèt hæc opinio in rigore vera sit, in praxi tamen æquior est opinio Autoris, ac proinde semper video supremos iudices moderari interesse, ita vt non sit nimis excessiuum.

Numer. 33. Vide Baezam de decima tutoris, cap. 2. Roland. de Valle consi. 49. lib. 1. Ioseph. Ludoui. decisio. Perus. 68. parte. 2. & Petrum Roizium decisio

ne Lituanica 5 num.447.& quod Autor hic dicit,semper ita practicatur,nã tutor aut curator condenantur ad redditus pecuniæ otiosæ omnium annorum,nulla facta consideratione, excedant,vel non,sortem principalem.

Num.34. Vide Iuan Igneum in authentica ex causa,à nu.206. C. de liberis præteritis, & vide Matien. in l.7. glo.6 num.5.tit.10.lib.5.recopil. Communiter concluditur, quòd quãdo plures donationes fiunt vno eodemque tẽpore,coaceruantur,ne fiat fraus legi,secus si diuersis temporibus,& ita est intelligendus Autor hic.

Numer.35. Vide latissimè & de tota materia interessis Ferrara, & ibi additiones in praxi in forma libelli in actione reali,verbo,& in florenis, per totũ, & ibi nouissimas additiones,quæ infinita allegant: & de iure de futuro, in iudiciũ deducẽdo,vltra autores hic citatos,vide Menest.in l.1. C.de fideicõmissis.

Num.36. Quando iudex possit suã sententiam interpretari, vide Ferraram in praxi in forma exequutionis, verbo,publico nuntio nu.11. & ad propositum vide latissimè & elegantissimè per Antonium Gabriel.lib.6. communium,tit.de reg.iuris,cõclusione 3. per totam.

Numer.38. Vide Sfortiam d. quæst. 72.artic.3.& vide latè Azeued.in l.2.3. & 4 tit.14.lib 4 recopilat & Antoninũ Tessaurum decis.Pedemon.noua 15.

Num.39. Vide Sfortiam in tract.de in integrum restitutione,2 par. quæst. 86.artt.1.& 2 & DD in l. Aemilius ff. de minoribus, & quæ diximus lib. 1. quæstionum.quæst.5.

Num.40. Vide quæ diximus dicta quæst.8.§.2.Burlat.cons.85.lib.1.

Nume.41. Vide latè Ferraram in sua praxi,tit forma sententiæ diffinitiuæ, verbo,nos Bernardinus,num.43. & ibi addentes,latè Azeue.in l.2.tit.17.à nu. 30.lib.4.recopil.

Num.42. Vide de materia latissimè & elegantissimè Caldas Pereira Lusitanum ad l.si curatorem habẽs, verbo, *Læsis*.à num.164.cum sequentibus.C. de in integrum restitutione, & Sfortiã in tract. de in integrum restitutione, part 2.quæst.72.artic.1. nu.2. & quæst. 77.artic. 5. Vera resolutio est, quòd in minore nihil amplius specialitatis versatur in hoc casu, quàm in maiore, & ideò mero iure valet sententia lata ex falsa causa,& aduersus ius eius,nisi error aut iniustitia notoria sit, aut ex actis & sententia constat; & seruanda sunt notata in l.1.ff. quæ sentẽtiæ sine appellatione rescindantur,&in cap.inter cæteras,de re iudicata, licẽt contrariũ Autor hic teneat: & hæc de hac decisione.

## Additio ad Decisionem CXI.

Vide de hac decisione Molin.lib.4. de primogenijs Hispanorũ c. 1. à numer.12.cum sequentibus,& Aureli. Corbulum in tract.de causis ex quibus amittitur emphiteosis,tit.de causa priuationis ob alienationem, ampliatione.29.& Caldas Pereira in tract.de renouatione contractus emphiteotici, quæst.16.à nume 34. cum sequentibus. Viuium decisione.18 à num.16.& decis.185. & decis.264. Octauian. Osascum decis.49.num.23.& 24.Grammaticum decis 93.num.2. Osascum decis. 165.num.5. Tessaurum decis.99. num. 14. qui in feudis loquuntur Bonifaciũ Rugeri cons.38.à num.40. lib.1. Sfortiam cons.48.nu. 27. & per totum lib. 1. Bceium.cons.97.nu.7. & cũ Menoc. Crass.§.fideicõmissum,q.56.n. 5. Ruin. latè in l.filiusfamilias.§.diui.à nu.12.& à num.123.Communiter concluditur,

vt per Autorem hic, scilicet, quòd prohibita alienatione, & in easum alienationis alio vocato, sequuta alienatione acquirat ius irreuocabile, etiam si alienans redimat: quod tamen ex æquitate limitari posset, nisi redimeret ante quam alius possessionē acquireret, ex notabili cons. Menochij. 413. lib. 5. iuxta finē, & ex his quæ notat Molin. lib. 3. de primogenijs, cap. 10. circa finē, Cogita, quia singulare est.

## Additio ad Decisionem CXII.

AN pater Episcopi gaudeat dignitate filij, vide omnino l 1. & ibi Autores ff. de senatoribus, & omnino vide Tiraq. & quæ ipse allegat in tract de nobilitate, quæst. 16. per totam Ioan. Garciam, & quæ ipse allegat. in tract. nobilitatis, glo. 12. num. 47. Conclude cum Tiraq. vbi supra, quòd pater non gaudet filij dignitate, quia dignitas nō ascendit, sed descendit; habet tamen aliquem maiorem honorem propter filij dignitatem, quem aliàs non haberet, & sic licèt non sit exemptus à tributis, debet tamen in alijs sicut nobilis honorari, & aliqua præeminentia tribui vltra ignobiles sui status, in sessionibus, carcerationibus, & alijs: & cū in iure nō diffinitū sic, debet iudicis arbitrio dimitti; & sic intelligūtur quæ Autor hic notat, & leges à Tiraq citatæ.

## Additio ad Decisionem CXIII.

DE hac decisione vide quæ diximus ad decisionem. 39.

## Additio ad Decisionem CXIIII.

VIde quæ diximus ad decisionē. 29. & autores quos citauimus.

## Additio ad Decisionem CXV.

HAec decisio valde singularis est, & pro ea apertè facit tex. in l. statu liberos. §. fin. hic citatus, de qua vide ibi Benedictum de Plumbino, & vide Socin. in l. in testamento 2. numer. 6. ff. de cond. & demonstr. Philibertum Binsel. lium lib. 3. de conditionibus, tit. 4. nu. 2. eleganter Corne. cōs 323. lib. 1. dub. 1. & communiter concluditur, quòd conditio mixta seruiendi aut habitandi, vt ista de qua in præsenti, deficiens per factum eius, cum quo impleri debet, habetur pro impleta, dummodo factum directe tendat ad impediendum, non in consequentiam: imò etsi casu deficiat, fauore libertatis habetur pro impleta. Sed in præsenti decisione magnā mihi difficultatem facit, quod insinuat Autor in præsenti, scilicet q; hic fuerunt duæ conditiones, siue implicitæ siue explicitæ; vna, si hæredi seruierit, & in hac si impeditur facto hæredis seruum alienantis, fateor quód sit vera decisio; quia in hoc casu loquitur tex. in d. §. fi. altera vt post mortem hæredis liber sit (dies enim incertus conditionem facit) & hæc merè casualis est, nec potest culpa hæredis nō impleri, nec huic impedimentum aliquod in damnum libertatis hæres potest apponere; quod est necessarium, vt in l. non omne. ff. de statuliberis. & sic intelligitur tex. in d. §. fin. vnde non video quare ante implementum huius conditionis sit liber seruus, & venditio non operetur pendente conditione, contra l. statu liberos. ff. eo. tit. & l. statuliberis. C. de testamentaria manumissione. Nec curo de obiectione, q; videatur libertas data ex die, quám facit hic autor, & soluit; hæc enim obiectio vana & inutilis est; vis enim argumenti consistit in condi-

conditione,& non in die;&quôd conditio sit casualis,nec possit deficere per culpam hæredis,quidquid sit de conditione seruitij. Nec obstat, quôd fauore libertatis etiam conditio mixta deficiens per casum habetur pro impleta ex supra citatis, & Menochio de præsumptionibus, lib. 4. præsumptio. 183. â nu. 43 nam hæc nõ est cõditio mixta, sed mere casualis,vbi nullus fauor libertatis versatur, secundùm glos. receptã in l.3.§. non solùm. ff. de statuliberis. Quare, saluo iudicio melius sentientis, existimo sic distinguendum. Nam aut testator vnico verborum cõstructu legauit seruo libertatem, si hæredi seruierit per tempus eius vitæ, & hæc erit vna conditio,& sic mixta, vnde siue deficiat per culpam hæredis eum vendẽtis,siue p casum, habetur pro impleta, & seruo libertas competit, & habet locum præsens decisio. Si verò diuersis orationibus ita leget, scilicet relinquo seruo libertatem post mortem hæredis, illique præcipio, vt hæredi seruiat: tũc duæ conditiones formales sunt,& prima casualis, quæ non potest deficere, nisi per casum, secunda mixta, vnde & si 1. habeatur pro impleta, prima nõ habetur vsque ad mortem hæredis, & interim posset seruum abalienare, & si ante moriatur, deficiet relictum, & non obtinebit decisio de qua hic. Cogita, quia singulare est. Nec obstat tex. in l. fin. C. de necessarijs seruis hæredibus in fi. vbi conditio casualis non nocet libertati ex defectu, est enim ibi casus singularis & specialis, vt Alexan. Salic. Corne. & Aretin. ibi fatentur.

## Additio ad Decisionem CXVI.

NVm. 1. ibi, *Si fiat sine domini cõsensu.* Nota, quòd emphiteota alienans sine domini consensu, etiam si nõ procedat ad traditionem, dum tamen apponat clausulam constituti, statim cadit in cõmissum, vide de materia Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 13. & Guillelmum Redoani. in tract. de alienatione rerum ecclesiasticarum, pag. 384. & pag. 515. nume. 6. Roland. Valle cons. 51. à numer. 26. lib. 2. latissimè Aurelium Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob alienationem, ampliatione 30. & limi. 38. numer. 3. Matthæum Brunum cõs. 160. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 285. lib. 3. Opinio Autoris in præsenti de iuris rigore verior est, in praxi tamẽ ex æquitate, contraria seruaretur, & in iudicando seruata fuit, vt per Guid. Papã relatum à Corbulo vbi supra.

Num. 1. ibi, *Et prima nominatio.* Nota, quòd nominatio ad emphiteosim cũ clausula cõstituti, non valet sine domini consensu. Contrarium tenet Caldas in tract. de nominatione emphiteotica quæst. 10. num. 30. Secluſa lege Lusitaniæ verior est opinio Caldensis.

Nu. 1 ibi, *Nempe non transferri.* Nota, quòd non transfertur possessio per constitutũ in rebus emphiteoticis absque licentia domini venditis: q, confirmatur, quia quando contractus est nullus, non valet constitutum in eo positum, & nihil operatur, quia accessorium naturam sequitur sui principalis, de quo vide Menoch. Tiraq Plotũ, & alios allegantem cons. 443. à nume. 16. lib. 5. & Marcum Anto. Eugeniũ Perusinum cons. 64. â num. 40. lib. 1. Hippoly Rimi. Iun. cons. 7. num. 78. lib. 1. & hæc opinio vera est, licèt aliqui citati per Tiraq. contrarium teneant. Nec obstat, quòd venditio rei emphiteoticæ, saltim quo ad tertium, valida sit interim quòd dominus non contradicit, vt per Roland. de Valle cons. 57. num. 8. lib. 3. Corbulum vbi supra ampliatione.

tione 31. num. 5. nam id procedit, quia nullitas hæc est in fauorẽ domini, qui potest ea vti, vel non vti; vnde interim quòd ipse declarat, non ideo contractus desinit inualidus esse, quia rei prohibitæ alienari, & cum sit nullus, nulla erit clausula constituti accessoria. Nec obstat, quòd ex inutili contractu trãsferatur possessio, quia id procedit per actus naturales, non per actus ciuiles: & ita procedũt quæ notantur in l. 1. §. si vir vxori. ff. de acq. poss. vbi latè Bolognetus & alij infiniti citati á Fabio Turreto cons. 49. à numer. 6. lib. 1. & ita procedunt quæ in contrarium citat Tiraq. vbi supra, & malè loquutus fuit Autor hic nu. 2. nam si contractus est nullus, impossibile est, quòd per actus ciuiles ei annexos, vt est clausula cõstituti, transferatur poss. cùm nulli sint: quemadmodùm & cõtractus: actus verò naturales non sequuntur contractum ipsum, nisi quo ad firmitatem eorum & effectum, qui ab ipsis proueniunt, vnde emphiteota alienando nulliter posset transferre possessionem, saltim naturalem, & per actus naturales; hæc tamen possessio nõ haberet iuris fomentum, ac proinde reuocabilis esset: vide etiam Beroi. cons. 69. lib. 3. Burs at. cons. 101. num. 24. lib. 1. Menoch. de recuper. remed. 2. num. 3.

Nume. 1. ibi, *Præfertur secundus emptor*. Nota, quòd emptor secũdus cũ licẽtia domini præfertur primo absq; ea ementi, si primus nõ haberet possessionem cum eadem licentia. Hæc conclusio vera est, & nullum patitur scrupulũ, etiam si secundus non nactus esset possessionem: quia primus nullum ius habet, secundus sic, firmum & irreuocabile, de quo vide latissimè Burs atum cons. 45. lib. 1. qui dicit ita iudicatum: & cons. 44. quasi per totum lib. 1. & Ioã. Bottam cum Menoch. & alijs infinitis cons. 106. à nume. 8. & ex Burs ato colliges, quòd secundus creditor, qui habet domini assensum, præfertur priori non habẽti, quod singulare est, & si casus accideret, sic practicaretur; & vide etiam Molinam lib. 4. de primogenijs Hispanorum, c. 2. à nu. 37. cum sequentibus.

Num. 2. ibi, *Intelligunt tamen prædicti*. Nota, quòd tertius habens causam ab aliquo, potest vti iure eius, & ius eius deducere in iudicium. Vide Aretin. in l. cum seruũ, versi. secũdus casus. C. de seruis fugitiuis. Hippol. Rimi. Iun. cõs. 16. num. 36. lib. 1.

Numer. 3. ibi, *Decius dicto cons.* 247. De hoc cons. Decij vide Cels. cons. 53. num. 6. Burs at. cons. 245. num. 22. lib. 2. Magon. decis. Lucensi 21. num. 13. Porti. cons. 171. num. 30. Fabium Turretũ, qui alios plures allegat cons. 49. a nu. 5. & â num. 19. lib. 1. Menoch. cons. 443. á nume. 12. & 465. á nu. 1. lib. 5. Communis est resolutio Decij, quòd secundus contractus purus cum traditione, præfertur primò conditionali cum clausula constituti, etiam si postea purificetur conditio; nam non tollit ius medio tẽpore quæsitum, licèt contrariũ videatur tenere Turretus vbi supra, dicens contra Deciũ esse magis communem opinionem, sed non probat.

Num. 4. 5. & 6. Emphiteota an possit donare, & dotare sine domini licentia, vide latissimè Iul. Clar. d. §. emphiteosis, quæst. 15. & Corbul. vbi supra limit. 13. & limit. 20. & Burs at. cons. 32. num. 13. & 17. & 56. numer. 1. lib. 1. latissimè Bonifacium Rugerium cons. 35. à nume. 65. cum sequentibus, & de nominatione facta ex causa dotis, an possit reuocari, vel non, latissimè Aluarũ Valascum consultatione 102. per totã. Communiter cõcluditur, quòd possit, licèt possessionem tradere non possit absque licentia domini; quod apud nos non practicatur, quando donatio fit filio aut filiæ; & ita sentit autor in præsenti

ſenti; vide etiam Communiſtas lib. 4. communium, tit. 44. à num. 312. & 357. cũ ſequentibus. Aliud collige ex Autore in præſenti, ſingulare ad limitationem prædictorũ, quòd ſi expreſſè prohibeatur alienatio in ſcriptura emphiteoſis, non poteſt etiam fieri donatio, aut dotatio propter duplicem prohibitionem; quod etiam tenet Ruinus cõſ. 161. numer. 23. lib. 4. ſed, cum Grato & Beroio, & alijs contrarium tenet Corbulus d limit. 13. num. 4. cuius opinioni accedo, niſi expreſſè donatio prohibeatur. Nec obſtat tex. in §. ſanctiſſimas, hic citatus, loquitur enim quando alienatio prohibetur per verbum, *Nullo modo*, quod omnia comprehendit, & in alienatione oneroſa, ad redimendum captiuos, non in donatione. Et ſic ex his patet quòd malè argumentatur Autor in præſenti, fundando nominationem eſſe prohibitam per viam dotis, ex dicta prohibitione abſque domini licentia per viam contractus, & quo ad nominationem factam ex cauſa dotis; ego lib. 3. quæſtionum, quæſt. penultima, cõcluſi nullatenus poſſe reuocari, & quòd hæc opinio eſt ſeruanda iudicando & conſulendo, quidquid Autor hic, & Valaſcus vbi ſupra dicũt, niſi aliud ſua lex Luſitaniæ, quam allegat, dicant, quæ niſi expreſſe de dote loquatur, eſſet in eo caſu limitanda, ex Burſato in dictis conſilijs. Certè attentè conſiderando non video quare nominans ex cauſa dotis per actus translatiuos dominij & poſſeſsionis, perſonam permiſſam ex contractu, debeat requirere conſenſum domini: ſi tamen perſona non eſſet permiſſa, nec ex vocatis, tũc vera eſſet noſtra deciſio, quæ aliàs ſuſpectiſsima mihi videtur, & in eius caſu, ſi iudex eſſem, iudicarem pro prima nominatione cum clauſula cõſtituti, vel alia ex cauſa oneroſa, ex l. 17. Tauri, & ex l. quoties C. de rei vendicatione, & quæ ibi notantur, ſed in ſuo regno tenenda eſt, propter autoritatem ſuæ legis, quæ prohibet donationem ex cauſa dotis abſque domini licentia, & limitanda eſſet, quando donatio fieret in filium, vel filiam in inueſtitura comprehenſam, vt Autor hic fateri videtur; & hæc de hac deciſione.

## Additio ad Deciſionem CXVII.

DVo dicit deciſio. Primũ, quód quãdo emphiteoſis eſt conceſſa penitus extraneo, deſcendens vltimi emphiteotæ poteſt petere renouationem, non ſolùm intra annum, ſed etiam intra triginta annos. Secũdùm, quòd minor reſtituitur aduerſus lapſum anni ad petendam renouationem: & de ambobus vide latiſsimè Aurelium Corbulũ in tract. de cauſis ex quibus amittitur emphiteoſis, tit. de cauſa priuationis ob non petitam inueſtituram, num. 5. & 6. Anto. Gabrielem lib. 3. communium concluſionum, tit. de iure emphiteotico concluſione. 1. á nume. 10. eundem Aurelium num. 30. & Sfortiam in tract. de reſtitutione in integrũ, 2. par. quæſt. 89. artic. 6. Iul. Clarum lib. 4. ſententiarum. §. feudum, quæſt. 49. verſic. *Sed quæro*. Caldas de renouatione contractus, quæſt. 7. à nu. 33. & 34. & quæſt. 5. à nu. 20. cum ſequentibus. Communiter concluditur, vt per autorem, etiã ſi res integra non ſit: licèt in hoc Caldas requirat aliquam diligentiam factam per agnatum intra annum, atque vt poſt annum contra extraneum inueſtitum audiatur, niſi minor ſit, quod verum credo, in praxi tamen apud nos id neceſſarium eſt, cùm non ſoleant fieri renouationes, ſed emphiteoſi, finita dominus, cui vult cõcedit, & in puncto iuris etiam hæc eſt verior reſolutio, de qua latè Cald. vbi ſup. q. 8. 9. 4. & q. 10.

Additio

## Additio ad Decisionem CXVIII.

NOta singularem decisionem, quòd est donatio remittere fructus quæ rendos ex propijs bonis, & vt talis confertur, in æqualitate existente inter filios, cõtra leges hic adductas per autorem, & contra latè notata per Azeued. in l. 1. á num. 77. tit. 8. lib. 5. recopilat. & per Matien. in l. 9. tit. 9. glo. 1. lib. 5. recopilat. & per Gutierrez in repetitione cap. quãuis pactum, in principio, á nu. 6. cum pluribus sequentibus, de pactis in 6. & per Baezam in tract. de non meliorandis, c. 24. Resolutio vera est, ꝙ remissio iuris quærendi, nõ est propia donatio, quidquid Autor hic dicat, & ideò prohibitus donare, potest dictam remissionem facere. Nec obstat tex. in l. magis puto. §. fundum. ff. de rebus eorum, ibi enim loquitur in legato, cuius dominiũ transijt in pupillũ à die aditæ hæreditatis, vt in l. à Titio. ff. de furtis, & fauore pupilli introductum est, vt in consulto prætore, non possit alienare ea quæ efficiuntur sua, etiam si per momentum sint sua, vt sentit Iurisconsul. in l. 1. §. fin. ff. de rebus eorum, nec de repudiatione pupilli ob damnũ præsumptum, lex aliquam curam habet; igitur in pupillo repudiatio legati; esset alienatio, quia ipse non potest liberè repudiare: in matore verò non, quia licet habeat dominium, hoc dominiũ pendet ab eius voluntate, vnde si repudiet, fingitur nunquam habuisse, ex l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. & sic respectu eius nunquam est res acquisita vsque ad acceptationem, sed acquirenda, dominiumque, quod sit sibi acquisitum, pendet ex eius acceptatione, vnde non acceptãdo, lex habuit, vt acquirendum, non vt acquisitũ, quia esse acquisitum dependet à potestate legis, & lex ipsa potuit facere, non acquisitum fingendo; tandem ad hoc vt res sit acquisita, debuit esse per actus naturales, vt puta per voluntatem & apprehensionem naturalem, & tunc eius remissio, donatio est; per actus verò ciuiles non inducitur ita propria acquisitio, vt sit donatio, eius remissio, & hic est verus sensus dictæ. l. & l. qui autem ff. quæ in fraudem creditorum, & l. si sponsus. §. si maritus. 2. ff. de donatio. inter virum & vxorem, & l. profectitia, §. si pater. ff. de iure dotium. Nec etiam obstat tex. in l. 3. §. fin. cũ l. sequenti. ff. de donatio. inter virũ. Nam ibi donatio facta mulieri ab eo qui volebat donare viro ob iussum eius, ideò iudicatur donatio viri, quia extraneus nolebat donare mulieri, sed viro: nec vxor aliquam rationem habebat, vt sibi donaretur, nisi quia illi donans, voluit donare viro, & sic donatio breui manu censetur facta viro, & per virum mulieri, ex l. singularia. ff. si certũ petatur. in casu verò tex. in d. §. si maritus, nõ iudicatur propria donatio viri, quia maritus nihil per se dedit, sed solùm per accidens & occasionaliter, non acceptãdo, & repudiando, effecit, vt res non auferretur ab vxore, quam ipsa vt hæres aut substituta habere debebat, ipso non acceptante, & sic non donauit, sed non abstulit, lucrum quærendum repudiando, & hic est verus horum iurium intellectus, licèt Gamma eum non penetrauerit, & contra communes resolutiones loquutus fuerit: imò & contra iura expressa; in casu tamen decisionis verum dixit, quia mater non dedit filio ius quærendum, sed ius quæsitum: cum enim in actu domina esset rei, erat etiam domina fructuum rei, & sicut in re habebat ius quæsitum; ita & in fructibus, saltim tamen redditus rei censerentur donatí, omissis fructibus industrialibus: ꝙ verum puto, & magis praxi accõmodum,

dum. In his tamen regnis hæc deciſio inutilis eſt, ex l.26. Tauri, & l.10. tit.6. lib.5.recop. ſecundùm quas filio donata à matre, vel á patre, nõ conferuntur, quia in eis cenſetur melioratus, de quo vide Angul. Matien. Velaz. & Azeued. ibi, & alios Regnicolas, quos ipſi referunt.

## Additio ad Deciſionem CXIX.

NVmer. 1. quando ex non ſolutione paruæ quantitatis, puta vnius nummi, res emphiteotica incidat in cõmiſſum, vide Iul. Clarum lib.4. ſententiarum. § emphiteoſis, quæſt. 8. num. 4. & Aurelium Corbulũ in tract. de cauſis ex quibus amittitur emphiteoſis, tit. de cauſa priuationis ob non ſolutũ canonem, ampliatione. 5. num. 27. & ampliatione. 4. & Viuium lib. 4. communium opinionum, tit. 44. á num. 139. & Ficardum ibi num. 172. Reſolutio vera eſt, quôd propter paruam quantitatem non cadit quis in commiſſum; & licèt in contrarium ſit alia communis opinio, hæc tanquam æqua debet ſeruari iudicando & conſulendo, niſi defectus ſolutionis proceſſerit ex malitia, vel penſio tota ſit paruæ quantitatis.

Nu. 2. quando negligentia anteceſſoris noceat ſucceſſori in emphiteoſi, puta non ſoluendo canonem, vide Bellacombam d. tit. 44. num. 178. Iul. Clarum d. quæſt. 8. num. 14. & latiſsimè, & melius quàm alibi dictum Aurelium Corbulum in d. tit. de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, ampliatione 7. per totam, eleganter Aluarũ Valaſcum in tract. iuris emphiteotici, quæſt. 49. num. 2. Mihi vera & communis reſolutio eſt, quæ debet ſeruari iudicando & conſulendo, & quã vt magis veram & communem pluribus relatis ſequuntur Corbulus, Valaſcus, & Clarus, eſt, quòd ſiue emphiteoſis ſit hæreditaria, ſiue ex pacto & prouidentia, & pro ſe & filijs, vt filijs, ſi ex pacto cadit in commiſſum non ſoluendo, & reuertitur ad dominum non ſoluẽdo, debet ſeruari pactum in præiudiciũ ſucceſſorum, & negligentia vnius, nocet alijs, quia cum hac conditione acquiſiuerunt ius ex inueſtitura aut contractu; & quia hoc prouenit ex natura cõtractus, niſi anteceſſor fraudem commiſiſſet in odium ſucceſſoris, vt benè Clarus notauit; & quæ in contrarium Autor hic citat ex notatis in deciſ. 17. procedunt, quando anteceſſor pro ſui vita non fuit moleſtatus à domino, nec commiſſum declaratum; nam tunc hæres non poteſt moleſtari: non quia negligentia non obfuiſſet, ſed quia fuit remiſſa caducitas; vt notauimus ad dictam deciſionem: & hæc eſt veritas, quidquid Autor hic dicat.

## Additio ad Deciſionem CXX.

NVm. 1. An donatio ex cauſa dotis requirat inſinuationem, vide Dueñas reg. 224. limit. 5. 6. & 7. Matien. in l.7. glo.6. nume.13. tit.10. lib.5. recop. & Ioſephum Ludouicum in ſuis communibus reſolutionibus, titul. de conditionibus, concluſione 2. limit. 7. verſic. *An autem*. Simonem de Pretis conſ. 10. nu. 21. Iul. Clar. §. donatio. quæſt. 27. & q. 16. Burſat. conſ. 304. á numer. 5. lib. 3. & cum Rim. Iun. & alijs, vide Fabiũ Turretum conſ. 46. à nu. 11. lib. 1. Duæ ſunt communes contrariæ in hoc caſu, de quibus per Dueñas vbi ſupra, & per Anton. Gabrielem lib. 3. communiũ concluſionum, titulo de donatio. num. 27. & num. 32. & num. 59. & nume. 62. Magis communis eſt, quôd fauòre dotis non requiritur inſinuatio.

## Additio ad Decisionem CXXI.

VIde ad materiam huius decisionis l 3. tit. 12. part. 5. & ibi Greg. Lupiū & Matien in l. 9. glo. 2. num. 4. tit. 3. lib. 5. recopil. & Azeued. in l. 9. tit 3 à num. 17. cum sequentibus. Communis resolutio est, quôd vxor recipiens aliquid pro fideiussione, non iuuatur Velleiano, & arbitrio iudicis relinquitur quantum illud debeat esse, ad hoc vt dicatur si vtilis vel inutilis fuit ei contractus, pensatis omnibus circunstantijs, quod verum mihi videtur, & benè iudicatū in præsenti decisione, scilicet vt pro parua quantitate, aut paruo dono, non amittatur dictum beneficium.

## Additio ad Decisionem CXXII.

DE ea, qui faciendo inuentarium, bona occultat, & de materia huius decisionis, vide nouissimè & latissimè Iacobum Menoch cons. 671. lib. 6. per totum, & Fabium Turretum cons. 47. lib. 1. & isti infinitos allegant. Tandem, duæ opiniones communes contrariæ sunt, an hæredi occultādo suffragetur beneficium inuentarij. Ego consulendo sequutus sum opinionē Menochij, quôd suffragetur, & solùm teneatur in duplum, & sic iudicatum est. Sed nec hæc conclusio, nec textus in §. licétia, allegatus ab Autore hic, facit ad præsentem decisionem, quæ in vxore loquitur, non in hærede; nō quæ est parconditio hæredis & vxoris in conficiendo inuentarium; nam hæres tenetur facere, vxor verò etsi non conficiat, non punitur pœna delationis juramenti in litem, nec tenetur in solidum, vt hæres, vt colligitur ex Molina cū pluribus, quos ipse allegat lib. 1. de primogenijs, c. 28. á nu. 7. cum sequentibus, & cum sit lex pœnalis, extēdi nō debet ad casum nomine & ratione differentem. Verius igitur credo, q̄ vxor in casu huius decisionis non puniatur in duplum, sed quòd contra eā ob dolum malè confecti inuentarij, defertur iuramentum in litem, ex Rimi. Iuniore latissimè cons. 53. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. cas. 108. num. 19. Valle cons. 49 lib. 1. Ploto de in litem iurando §. 4. num. 85. & §. 18. per totum, & §. 14. num. 8. Chassan. in consuetud. Burgundiæ, rub. 4. §. 21. nu. 4. qui videtur concordare cum Autore hic. Sed intelligendus est secundum dicta; nam aliud nullo iure probatur, & cum ex ignorantia etiam iuris dolus absit, cessat dicta pœna, & benè iudicatum est in præsenti decisione.

## Additio a Decisionem CXXIII.

NVme. 1. & 2. de materia iocalium, & vestium quæ dantur ab sponso. sponsæ, vide latè Mascardum in tract. de probationibus. 1. parte conclu. 563. per totam. Federicū Scotum tomo 2. lib. 3. responso. 4. per totum, & Ioan. Garciam in tract. de coniugali acquæstu, à num. 107. latè Gutierrez in lib. 2. practicarum, quæst. 19. & Matien. in l. fin. tit. 2. lib. 5. recop. glos. 5. & per totas glossas, & glo. 6. num. 4. Azeued. latè & eleganter in d. l. fin. à num. 26. & 27. cū sequentibus. Vera resolutio est, quòd de iure communi non præsumebatur donatio, nisi aliud ex coniecturis appareret. Iure nostro Regio, ex d. l. fin. quæ est lex 5ª. Tauri, semper præsumitur donatio, nisi dentur post velationes, dū modo non excedant octauam partem, dotis: quod & vsu, & praxi forensi cō-probatum est: imò idem etiam erit, si dentur tempore velationis contra Gutierrez

tierrez, Azeue & alios vbi ſupra; idque maximè confirmant verba dictæ legis finalis, ibi, *Antes de conſumado el matrimonio*, cõfirmatque communis vſus, ſecundùm quem tales veſtes, quas vulgo dicimus *Viſtas*, dantur pro die velationum, vel parũ antè, & alia iocalia dantur ante, non in magna quantitate, & ſic ſemper conſului, & vidi practicari; & vide Ayoram in tract. de partitionibus, 1. par. c. 7. nu. 37. vide etiam Communiſtas lib. 5. communiũ opinionũ, tit. 7. a num. 8. 9.

Num. 3. ibi, An maritus teneatur de bonis datis in dotem æſtimatis, & de modo reſtitutionis ſoluto matrimonio, & de fructibus eorum; vide Communiſtas d. lib. 5 tit. 7. á nu. 57. & â nu. 82. cum ſequentibus. Ioan. Garciam in tract. de expenſis, cap. 8. à nu. 29. & Frãciſcum Viuium deciſ. 261. per totam. Corne. conſ. 137. à numer. 1. lib. 1. Ioan. Bottam conſ. 35. à num. 20. Federe. Scotum tomo. 2. lib. 7. reſpon. 17. Matien. in l. 3. glo. 2. á num. 19. tit. 1. lib. 5. recop. Roland. de Valle conſ. 92. lib. 2. Couar. in practicis, quæſt. 28. Corn. conſ. 15. nume. 6. lib. 2. Ceph. conſ. 351. lib. 3. Fabium Turretum conſ. 37. lib. 1. Borgninum Caualcanum deciſ. 16. Ioſephum Ludouicũ deciſ. Peruſina 89. Sed vnũ eſt ſingulariter notandum in hac deciſione, quòd quando bona dantur in dotem æſtimata, æſtimatione quæ facit emptionem, ſoluto matrimonio, ſiue ea, ſiue æſtimatió, abſque dilatione annali reſtitui debẽt, & cum fructibus: & eſt locus deciſioni tex. in l. vltima. §. exactio. C. de rei vxoriæ actione. quæ loquitur in immobilibus: certè ſingulare eſt, ſi eſt verum; ſed iudicio meo apertè falſum eſt, & nullo iure fundatur: nam quando res datur in dotem æſtimata, æſtimatione quæ facit emptionem, remanet debitor pecuniæ, & non rei, vt conſtat ex citatis autoribus, & ex purgatur, & alijs latiſsimè in l. ſi ex conuentione. C. de pactis. Igitur debet habere dilationem annalem, vt in alijs rebus mobilibus: quod manifeſte viſus eſt ſentire Corneus vbi ſupra, & aperte probant glo. Cynus, Odofred. & Salic. ibid. §. exactio, & Faber ibi, dũ dicũt, q̃ quando res datur æſtimata, ſed reſtitutio remanet ad electionẽ mariti, tũc ipſe debet ſtatim requiſitus eligere, & ſi eligat rem reſtituere, non gaudet dilatione annali, ſin minus, ſic. Sed maius dubium eſt, quando nulla reſeruata eſt electio, ſed maritus moritur nõ ſoluendo, quo caſu vxor in ſubſidium poteſt recurrere ad bona data æſtimata, etiã ſi ſint apud tertios poſſeſſores, an ſtatim ſint ſibi ſoluenda, non ſpectata annua dilatione Ex deciſione præſenti videtur quòd ſic: quod verum credo, ex notatis per antiquos vbi ſupra, & ex l. in rebus. C. de iure dotium. Intelligo tamen, quòd ſi ſint apud hæredes mariti, ipſi tenentur reſtituere cum fructibus. Si verò apud tertios, qui poſſident cum titulo, tunc à die litis conteſtationis venient fructus: & hoc verum mihi videtur. Deciſio verò præſens vera eſt, quia loquitur in annuis redditibus, qui vt immobiles iudicantur.

## Additio ad Deciſionem CXXIIII.

AD duo dubia huius deciſionis vide omnino Alciatum. in rub. ff. ſoluto matrimonio, á nu. 40 cum ſequẽtibus, & reſponſo. 6. lib. 8. Pariſ. conſ. 62. lib. 4. & de copula ante matrimonium. Couar. in 4. deſponſalibus 1. parte c. 4. §. 1. à num. 14. & Bertachi. in ſuo repertorio, lit. S. verbo. *Statutum*, fol. 127. verſic. *Statutum quód vir lucretur*, el ſecundo, & verbo. *Sponſa & ſponſus*, verſic. *Sponſæ appellatione*, & Arnaldũ Ferronum in conſuetudinibus Burdegalen-

galensibus, lib. 1. tit. 4. de dote §. 6. fol. 122. versic. *Ductæ quoque in domum*. & Iacobum Philippum Portium consil. 21. num. 94. lib. 1. & Azened. in l. 2. num. 4. tit. 9. lib. 5. recopil. & vide Aret. Rubeũ & alios citatos ab Osasco decis. Pede. 21. numer. 17. & vide Roland. de lucro dotis, quæst. 106. & quæst. 108. Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsumptio. 142. Mihi vera & magis communis resolutio cum Saliceto citato ab Autore hic est, quòd maritus lucratur dotem ex pacto vel statuto, vel medietatem lucrorum, existente consuetudine, vt in his regnis, si vxor fuit ducta ad domũ, scilicet velata, etiam si matrimonium per momentum durauerit, & etiam si nõ sit carnaliter cognita, quia hæc propriè est vxor, secundùm communem vsum loquendi, & in ea verificantur verba statuti aut pacti; & hæc opinio seruatur in praxi contra Barto. prout plures ex citatis dicũt, & practicus Ferrara cum allegatis per additionem ibi lit. B. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, numer. 5. atque copula præcedens matrimonium, nihil facit, vt benè Ang. dixit, & eleganter Couar. vbi suprà, quidquid dicat Autor hic, cùm illa non fuerit copula matrimonialis. Nec Bald. citatus ab eo tale dixit, nisi quoad legitimitatem partus progeniti ex tali copula: & hæc de hac decisione.

## Additio ad Decisionem CXXV.

DE materia huius decisionis vide Simonem de Pretis in tractatu de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 4. dubitatione 12. á numer. 44. cum sequentibus. Manticam de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 11. titulo 18. à nume. 16. allegat l. si ita scriptũ, §. si pater de legat. 2. & l. si ita legatum esset. ff. de condit. & demonstrat. Sarmiẽtum lib. 2. selectarum. c. 1. num. 10. Spino de testamentis glos. 14. á nu. 152. & glos. 10. á nume. 18. cum sequentibus. Couarru. in c. officij. de testamẽtis, á numer. 16. Peraltam in l. Lucius, num. fin. de leg. 2. Crassum in suis sententijs. §. legatum, quæst. 48. & quæst. 510. & Baezam in tractatu de non meliorandis cap. 20 num. 24. Cõmunis resolutio est, quòd quando legatur aut promittitur pro dote, debetur etiam maritatæ in augmentum dotis, si verò pro maritanda, & testator sciebat esse maritatam, non debetur pro illo matrimonio, secus pro alio. Si verò ignoret, debetur ex æquitate. Si tamen qui legat aut promittat, pater vel mater sit, siue sciat vel ignoret, debetur legatum, & reijcitur conditio, vt per Autorem hic, qui etiam idem diceret in alio extraneo: hoc tamen intelligitur, quando legatur pro matrimonio cum certa persona, & certæ personæ, secus verò si legatum fiat pro maritandis virginibus, tunc enim non debetur iam maritatis.

## Additio ad Decisione CXXVI.

NVm. 1. De materia, quando testis, vel tabellio debeãt asserere, quòd testis subscripsit testamentum de mandato testatoris, vide quæ dixi ad decisio. 45. vbi contrarium Autor cõclusit.

Num. 2. *Forma non obseruata* Nota, quòd forma non obseruata, corruit actus, etiamsi in minimo deficiat, maximè in testamentis: de quo dixi in dicta decisione 45. & nunc vide Michaelem Crassum in suo tractatu sententiarum. §. testamentum, quæstio 64. nu. 3. & vide Fabiũ Turre cons. 91. nu. 20. & cons. 47. nu. 34. & cons. 98. nu. 16. & cõs. 19. nu. 10. Boer. decis. 1. nu. 44. Roland.

conſ.30.nu.5.lib.3.Burſat.conſ.55. nu. 12.lib.1.& 340.numer.38.lib.3.Cephal. conſ.770.num.10.lib.5.Rimi. Iun.cõſ. 336.num.19.lib.3.Tiber. Decian.conſ. 46.numer.25.lib.2.Menoch. conſ.388. nu.2.lib.4. Roland.conſ.60 nu.28.lib. 4.Rim.Iun.conſ.467.nu.13.lib.4.

Ibi, *Tunc enim talis omiſsio*. Nota, q̃ forma poteſt per æquipollens impleri, vel ex cauſa erroris, vel ſi intellectus ex alijs colligatur, de quo vide Neuizan. conſ.70.num.34. Burſat.conſ. 74. nu. 145.lib.1. Turretum conſ. 98. á nu. 45. lib.1. DD.in l.1.ff.de liber.& poſthum. Mantic. de coniecturis lib.7.tit.12.nu. 2 & lib.2.tit.4.à num.4. Matien.latiſſimè in l.1.glo.4.à num.7.& 8.tit.4.lib. 5. recopil. Communiter concluditur, formam ſubſtantialem, maximè in teſtamentis, non poſſe per æquipollens impleri, nec ſuppleri ex coniecturis, & quòd eſt indiuiſibilis, nec in minimo deficere poteſt, niſi cum annullatione actus, & ſic contra Autorem hic.

Numer.3. De clauſula codicillari vide latè Matienço in l.2.glo 10.â nume. 4.tit.4.lib.5.recopila. Burg.de Paz in l. 3.Tauri,numer.1385. & Azeued.in l.1. à num.70.titu 8.eod. lib. 5. & Spin.in ſpeculo teſtamentorum glo.32.á num. 34.Manticam de coniecturis lib.1.titu. 9.& 10.& 8.& titu.7.á num.3.& Craſſum.§.inſtitutio à num.20.cum ſequẽtibus. Menoch. de præſumptio. lib. 4. præſumptio.31. Anton. Teſſaurum de ciſ. Ped.noua.141.à nu.7.Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum,lib 2. interpret.2. dub.1.fol.10.á nu. 30. cum infinitis ſequentibus,& ſolutio.12.à nu.7. Tandẽ reſolutio Autoris de clauſula codicillari vera eſt.

Num.4.ibi, *Legata & nominationes*. Nota, quòd nominatio facta in teſtamento nullo, valet mero iure. Contrarium defendit Aluarus Valaſcus conſultatione 6. Caldas de nominatione, quæſt.10.à numer.29. Vera eſt Autoris deciſio, quando teſtamentum poteſt ſuſtineri, vt codicillus, vt quia habeat ſolẽnitates requiſitas in codicillis, & clauſulam codicillarem, vel licèt facta teſtãdo, ſit facta præſenti & acceptanti per viam donationis; aliás falſa eſt, de quo vide quæ dixi lib.3.quæſtionum, quæſtio.22.per totam.

## Additio ad Deciſionem CXXVII.

NVmer. 1. Vide quæ latè dixi lib.3. quæſtionum, quæſtio.23.numer.3. vide quæ diximus ad deciſionem. 116. num.4.

## Additio ad Deciſionem CXXVIII.

AD deciſionem præſentem vide aliquid per Puteum deciſione. 315. & 226.lib.2.& per Rebuff.in praxi beneficiali lib. 3. in regula de publicandis glo.18.num.7.& de fructibus pendentibus tempore renuntiationis, vide Auend.reſponſo 5. Gutierrez quæſtione canonica.33. deciſ. Peruſin. 33. Gigan. de penſionibus,quæſtione. 39. & quæſtione. 53. & Ioan. Garciam in tract.de expenſis, quæſt.16. Caualcan. deciſ.44. á principio,parte.1 & in indice deciſionum, verbo, *Fructus*. Couar. lib.1.variar.c.15.num.12.Molin.de primogenijs lib.3. c.11. per totum. Communis reſolutio eſt, quòd renuntiatario ſolùm debentur fructus â die admiſſæ renuntiationis, & quòd fructus pendentes diſtribuuntur pro rata, licèt Auendañus dicat, quôd integri pertinent ad ſucceſſorem; ſeruandæ tamen ſunt conſtitutiones & conſuetudines epiſcopatuum. Vide etiam ad hanc deciſionem omnino Autores allegatos à Caualcano deciſio. 44. & notabiliter

Hiero-

Hieronymum Gabriel. qui in terminis huius decisionis loquitur, cons. 192. per totū vide etiā Viuium decis. 8. nu. 11.

## Additio ad Decisionem CXXIX.

VIde quæ diximus ad decisionem 5.

## Additio ad Decisionem CXXX.

HAec decisio continet conclusionē satis practicā de locatione duobus facta, quòd primus præferatur, etiam si secūdo res sit tradita, de qua vide Anton Gabriel. lib. 3. cōmunium cōclusionū, tit. de emptione & venditione, conclusione 2. num. 5. & Bellacombā inter cōmunes diuersorū lib. 4. tit. 26. nu. 131. omnino Socin. qui singulariter loquitur cons. 29. num. 7. lib. 4. Ego omissis superfluis, decisionē dominorū de Rota hic citatam, quæ hodie est 2. tit. de loco in antiquis, & eorū distinctionem magis probo, scilicet, quòd si secundus retineat rem, præferatur per viā exceptionis, quia saltim detentio quam habet, aliquod ius debet illi causare vltra contractum, & quia contra eum vt tertiū detentatorem non habet actionem locator primus. Si verò non retineat, præferatur primus, non obstāte prima traditione. Addo etiā, quòd si primus habet hypothecam specialem vel generalem in re, semper præfertur, & potest auocare à secūdo, & si secundus habeat, & non primus, semper etiā præfertur secundus: quod quadrat dictis in hac decisione, & his quæ dicit Socin. d. cōs. 29. qui singulariter loquitur, & sequitur distinctionē dominorum de Rota. Post hæc scripta vidi Couar. lib. 2. variarum, cap. 19. numer. 8. qui hanc tenet opinionem.

## Additio ad Decisionem CXXXI.

DE materia, quādo mulier obligāsse cū marito, iuuetur Velleiano, vide Azeued. in l. 9. tit. 3. lib. 5. recopil. & ibi latissimè Matien. vbi ad saturitatē vide re poteris: vide etiā Gutierrez de iuramēto cōfirmatorio, parte 1. c. 3. Cōmuniter concluditur, quòd vxor obligans se cum marito, iuuatur Velleiano, nisi renuntiet & iuret: & ita practicatur.

## Additio ad Decisionem CXXXII.

VIde quæ diximus ad decisionē 68. & nota singularē decisionem, quòd excusandum desertionem admittitur moræ purgatio intra paucos dies, de qua moræ purgatione vide Menoch. in tract. de arbit. lib. 2. cent. 1. cas. 7. Burs. cons. 26. & cons. 84. lib. 1. & Laurentiū Siluanum. cons. 85. lib. 2. vbi latè de mora. Osascum decis. Pedemont. 71. num. 45. & à num. 50. cum sequentibus, & latissimè Anto. Tessaurum decis. Pedemont. 77. & 212. à nu. 5. & 260. à nu. 2.

## Additio ad Decisionem CXXXIII.

DE materia huius decisionis vide latissimè Azeued. in l. 2. verbo, *Excommulgado*, à nu. 2. tit. 8. lib. 4. recop. Viuiū decis. 99. par. 1. Gutierrez in quæstionibus canonicis, c. 1. à num. 76. & de Auxilio Regio cōtra excōmunicationē vide Nauar. in repet. c. cum contingat. 1. rem. contra censuras, de rescriptis. Spino de testamentis, glos. rubricæ. 11. parte, à num. 60. & de notorio excommunicato vide Silvest. in sūma verbo, *Excōmunicatio*. 3. à nu. 22. & Ang. in sūma, verbo *Excōmunicatio*, vltimo nu. 19.

& de procuratore, teſte, iudice, notario, & alijs, Rebuffum ad concordatas Frãciæ, tit. de excommunicatis non vitandis, verſic. *Sexageſima.* fol. 738. in pariis. Socin. latiſsimè & elegantiſsimè in c. factis, num. 406. cum præcedentibus & ſequentibus, de ſententia excommunicationis, & de teſte, aduocato, iudice, procuratore & alijs, vide Communiſtas lib. 1. communium, tit. 12. à num. 21. & à num. 24. & à num. 25. & Bertachinum in ſuo repertorio, lit. E. verbo *Excommunicatus iudex.* cum ſequentibus. Nauar. in Man c. 27. à nu. 20. Reſolutio communis eſt, quòd notarius excõmunicatus non poteſt inſtrumenta conficere: an verò valeant confecta, grandis diſſenſio eſt. Mihi verò potius videtur, quòd ſint annullanda, quam nulla ipſo iure, licèt Socinus contrariũ velit. Quidquid ſit, malè hoc ſeruatur in praxi, licèt certè deberet ſeruari. Et aduerte, quòd Socinus dicit, q̃ eſt cõmunis opinio, quòd non valeãt inſtrumenta.

## Additio ad Deciſionem CXXXIIII.

NOta ſingularẽ deciſionẽ, q̃ collatio ceſſat inter ſpurios legitimatos ad id quod pater voluerit, innuẽs, quòd ſi eſſent plenè legitimati, haberet locum collatio, de quo vide quæ dixi ad deciſionẽ. 1. & Tauriſtas in l. 12. Tauri, & Matien & Azeue. in l. 10. tit. 8. lib. 5. recop. Gutierrez in repet. §. ſui, á num. 160. inſtituta de hæredũ qualitate & differ. & melius quã alibi. Marcũ Ant. Eugeniũ Peruſinũ cõſ. 52. & 53. & 57. vbi latè de legitimato, & diſpenſato, & vide Cagnolum in l. ſi emancipati, à nu. 112. & 116. cũ ſequẽtibus. C. de collatio. Rimi. in l. liberos. C. de collationib. & in l. filiã nu. 5. C. eo. tit. & vide Curt. Iun. in d. l. ſi emancipati, à nu. 27. vide etiã Xuarez, & ibi Valdes, in l. quoniã, limit. 12. de inofficioſo teſtamento, & plura in fauorẽ legitimatorũ & diſpenſatorum, vide per Communiſtas lib. 6. communium tit. 18. à nu. 51. cũ ſequentibus, & tit. 4. per totum. Communiter concluditur, quòd legitimatus habetur in totum pro legitimo, & cùm ad collationem ſufficiat, quòd quis ſit filius, qui habet ius ſuccedendi, & querelandi, & contratabulandi, & ſuccedat ex capite vnde liberi, & hoc habet legitimatus, ex Eugenio d. conſ. 57. ſequitur, quòd cum eo habebit locum collatio, ſecus in diſpenſato.

## Additio ad Deciſionem CXXXV.

NVm. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Autor tractat hic materiã, quando fructus veniant in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, & quãdo eos lucretur hæres, quando fideicommiſſarius, & an ancillæ partus veniant appellatione fructuum, vel reddituũ, & an eos lucretur hæres, vel veniant reſtituendi fideicommiſſario. De hoc vltimo, in quo conſiſtit pũctus huius deciſionis, videndi ſunt Autores hic citati, & Baeza, qui latè tractat, quãdo partus ancillarum veniant fructuũ, vel reddituum appellatione, in tract. de decima tutoris. c. 23. per totum. Rebuffum in l. partus, de verborum ſignificatione, & de primo vide Hierony. Magonium deciſ. Lucenſi. 33. á nu. 33. Hierony. Gabrielem. conſ. 125. á num. 50. & 58. Bertachi. in ſuo repertorio, lit. F. verbo, *Fructus hæreditatis.* Pariſ. conſ. 55. lib. 3. à nu. 31. Marian. Socin. Iun. conſ. 182. à numer. 20. lib. 2. latiſsimè Franciſcum Manticam in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 7. tit. 10. per totum. Cephal. conſ. 399. à numer. 22. lib. 3. eundem conſ. 49. lib. 1. & conſil. 215. à numer. 48. lib. 2. Marium Anguiſolum conſil. 267. libro 1.

Matien.

Matien. in l. 1. tit. 4. lib. 5. recopilat. glo. 14. à num. 20. cum sequentibus. Curt. Iun. cons. 346. à num. 1. lib. 3. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsump. 188. á num. 25. & eundem Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu. 256. per totũ, vbi latissimè. Aretin. cons. 55. â nume. 11. Michaelem Crassum in suo libro sententiarum. §. fideicommissum, quæstione. 69. & de partu ancillarum vide Alban. ad Bart. num. 6. in l. ex diuerso, ff. de rei vendicatio. Ioan. Garciã in tractatu de acquæstibus à num. 197. & de 1. vide Aluarad de coniecturis, lib. 2. c. 2. §. 1. à num. 4. Communis resolutio est in legato & fideicommisso particulari, quòd fructus debentur legatario à die aditæ hæreditatis, siue sit in mora, siue non; siue hæres sit in mora, vel nõ sit iure nostro regio debentur à die mortis testatoris, & si legatarius sit grauatus alteri restituere, debet restituere fructus pendentes tempore mortis testatoris: alios verò lucratur, si restitutio fuit dilata in diem vel in euentum alicuius conditionis, nisi dilatio fuisset apposita in fauorem fideicommissarij. Idẽ de hærede, respectu fideicommissarij particularis.

In fideicommissó verò vniuersali hæres lucratur fructus, quos percepit à die aditæ hæreditatis, vsque ad tempus restitutionis, sine obligatione restituendi, & ex eis debet supplere, quæ consumpta fuere, aut deteriorata: fructus verò pendentes tempore mortis defuncti, aut collectos ante aditam hæreditatem, aut pendentes tẽpore aditæ hæreditatis, restituit fideicommissario: die verò adueniente, restituit â tempore moræ, nisi ipse fideicommissarius sciens eum non interpellet secus si sit ignorans, aut persona priuilegiata, tunc restituit á tempore diei venientis. Post hæc scripta vidi Doctorem Spino de testamentis, glo. 13. á numer. 68. cum sequẽtibus, qui hanc quæstionem tractat, & allegat Autorem in præsenti In fructibus verò ancillæ, scilicet in partu ancillæ, variat Imola, vt vides per Autorem, & videntur variare ipsi Iurisconsulti: nam in l. Paulus. §. 1. ad l. Falcidiã, & in l. Paulus §. hæres ff. de vsuris, & in l. vxorem. §. sorori ff. de legat. 3. partus percepti ante diem fideicommissi cedentem, non veniunt in restitutione fideicommissi, non quiá fructus, sed quia percepti videntur ex iudicio, & voluntate testantis, qui dilationem in fauorem hæredis apposuit, vt insinuat in fructibus Iurisconsultus in l. mulier §. hæres. ff. ad Trebell. at verò in d. l. mulier. §. & ideò, & in. l. deducta. §. hæreditatem. ff. eo. tit. quia partus ancillæ in fructu non continetur, contrarium videntur ipsi Iurisconsulti tenere. Nec valet solutio Accursij, quód loquuntur in partu nato post diem fideicommissi cedentẽ: nã manifestè diuinat, vt Alex. Imol. & alij in d. §. hæres, tenere videntur, & Fulgo. in d. l. Paulus. §. 1. de vsuris. Nec etiam valet alia solutio Accursij, quòd loquuntur in fideicommissó particulari serui alieni legati, in quo non veniunt partus, nisi post moram hæredis, vt in l. equis. ff. de vsuris, quã distinctionem & solutionem etiam tradidit Accursius in l. Herennius. ff. de vsuris. hæc enim solutio diuinatoria est, vt de se patet. Nec etiam valet alia, quòd in d. §. hæreditatem, verbum exceptis redditibus, confirmauit regulam in contrarium, nam cùm tales partus non sint fructus, nec redditus, venient in restitutione hæreditatis; qui enim redditus excepit, omnia alia in restitutione inclusisse videtur; hæc enim solutio præterquam quòd contradicit textui in dicta. l. Paulus. §. 1. ibi, *Sine reddítu aut redditibus*, de vsuris, vbi in proprijs terminis, & cum eadem

exceptione contrariũ cõcluditur, non conuenit dicto.§.&ideò,qui in diuersis terminis loquitur. His tamen non obstantibus tenenda est sententia autoris in præsenti, & amplectenda elegans decisio Lusitana,scilicet, quòd partus per cepti iudicio testatoris ante diem fidei commissi cuenientem, sint hæredis,& non veniant fideicommissario restituendi,quia clare id decidunt Iurisco-sul. in d.l. Paulus.§.idem Paulus, & in l. Paulus,§.1.& in d.§.vxori.quã etiam semper tenuit Accursius in dictis iuribus, Alexan. Paulus, Fulgo. Ang.& alij citati ab Autore hic,& ipse Imola in d. §.hæreditatem,& tandem est communis opinio. Non obstat tex. in d.§.& ideò,quia vt constat in d.§. hæres præcedenti,cuius materiam continuat,loquitur in fideicommisso puro, in quo ob solam negligẽtiã fideicommissarij, hæres fructus lucratur, & cum lex de fructibus loquatur, non venient dicti partus,quia fructus non sunt. Iura verò contraria loquuntur in fideicommisso conditionali,in quo hæres conditione pendente dominus est,& vt dominus & ex iudicio testantis, qui in sui fauorem apposuit, lucratur commoda ex hæreditate prouenientia, vt sunt dicti partus,& non restituit, quia sibi mandatum non est. Nec obstat tex.in d.§. hæreditatem, quia ibi ex voluntate testantis:qui expresse & disponendo,excepit reddítus, ac proinde alia omnia inclusit in dispositione restitutionis,restituuntur dicti partus, & omnia alia quæ in redditu non sunt. Nec verbum, exceptis, aut alia dispositio exceptiua reperitur in d. l. Paulus. §. hæres. sed solùm verbum sine reditu: quod videtur enuntiatiuum, & per transennam dictum, & sic non alterat iuris dispositionem,& est ac si non esset dictum,vt videtur sensisse glo.ibi. Tãdem quoad vim exceptiuam, saltim ambiguũ est, ac ex eo non colligitur voluntas testãtis: & hæc verior solutio est, quam nota, & ad id quod Autor in fine dicit de iure de futuro, vide quæ dixi ad decisionẽ 6.nu. 6. & hæc de hac decisione.

## Additio ad Decisionem CXXXVI.

AD hanc decisionem vide quæ diximus decision. 3. & decisione 23. & vide l. 9. Tauri, & ibi Ceruantes à nume.60. & 73.& l.6.7.& 8.& ibi Matien.& Azeued.titulo.8. lib. 5. recopil. maximè Azeued.in d.l.7.num.50. Spino de testamentis,glo.16. in principio, num.94.& 95.& Rojas de successione ab intestãtur,cap.27.à nume.1. & Velazquez de Auendaño in d.l.9. glo. 10. à numer. 5. Gutierrez lib. 2. practicarum,quæstione.102. Communis resolutio Hispanorum est, quòd filius clerici, etiam si non sit ex concubinatu, sed ex fornicatione simplici, non succedit matri, contra Gregor. Auenda. & alios, qui contrariam opinionem sequuntur, & ita probat dicta. l. 9. & ita practicatur.

## Additio ad Decisionem CXXXVII.

VIde de materia huius decisionis Menoch. in tractatu de recuperanda,remedio.15.num.557. Alexan. Raudensem de contractibus emphiteoticis, tit. de contractibus emphiteoticis rerum ecclesiasticarum,á nume.156.& 157. Ioan.Garciam de expensis,cap.24. á nu.23.& 4.cum sequentibus,qui infinitos allegat Aluarũ Valascum in tractatu de iure emphiteotico, 1. parte, quæst.25.á nu.28. Bursat.cons.71.num. 22.lib.1. Roland. Valle cons.28.à num. 14.& cons.30.à nu.6. lib.1. Mascard.de probat.2.par.conclus.1033.á nume. 19. & vide

& vide Lancelot. Ioseph. Ludo. Marzar. Vincent. Francum, & infinitos citatos á Fabio Turreto cons. 33. num. 24. lib. 1. Sfortiam cons. 41. á num. 90. lib. 1. & in tract. de in integrum restitutione. 2. parte. quæst. 47. artic. 7. Vincent. Francum decis. 109. a num. 2. lib. 1. Guttierez lib. 3. practicarum, quæst. 68. á nu. 6. Cõmunis resolutio est, quòd possidens cũ titulo valido, & vt dominus, saltim vtilis, deducit valorẽ melioramentorũ secundũ tẽpus præsens: possidens verò pro possessore, & cum titulo inualido, solùm deducit, quod expensum est, nisi expensa sit maior, quàm præsens melioramentorũ valor, & sic dicit practicari Aluar. Valas. vbi supra, & iuxta eius dicta intelligẽda est præsens decisio, aliás cõtra cõmunem opinionẽ loqueretur.

## Additio ad Decisionem CXXXVIII.

DE pacto de retro vendendo cũ modicitate pretij, vide quæ dixi ad decisionẽ. 83 vide etiã latissime & melius quàm alibi Felicianum in tract. de censibus, lib. 1. c. 6. a num. 12. cum sequentibus, & c. 7. à nu. 7. cũ sequentibus eodẽ libro, vbi de hac decisione meminit.

Nu. 3. Nota, quòd ex datione in solutum cum dicto pacto non arguitur contractus vsurarius: vide elegantissimé Menoch. qui Fulgo. Paris. Imolam. Lupum, Couar. Bursat. Barbat. Deciũ & alios allegat, lib. 3. præsumptionum, præsumptione. 122. á num. 42. cum sequentibus, qui licèt concludat, quòd difficilius præsumitur contractus vsurarius in datione in solutum, tamen vt in emptione coniecturis, & Iudicis arbitrio dimittit, & hæc vera resolutio est.

## Additio ad Decisionem CXXXIX.

TRia dicta continet hæc decisio. Primum, quòd infamis non potest esse iudex. Secundum, quòd condennatus ex delicto famoso, est infamis. Tertium, quòd damnatus actione iniuriatum, etiam propter leuem iniuriam, est infamis. De primo vide Auiles in. cc. prætorum. c. 3. glo. *Procuradores*, nu. 24. & nu. 7. Seguram in suo directorio iudicũ Ecclesiasticorũ, c. 1. & c. 7. Azeue. ad curiã Pisanam lib. 1. c. 12. a. nu. 16. & 17. qui plura allegat. De secundo vide notabiliter Baptist. Plotũ cons. criminali 131. nu. 41. tomo collectorum á Zileto, Bursat. cons. 20. num. 54. lib. 1. Curt. de testib. cõclus. 6. Campesiũde testib. reg. 29. Nouellum de testib. nu. 21. Crotum co. tract. nu. 4. & nu. 152. Plazã lib. 1. de lictorum. c 3. num. 3. & de libello famoso vide Bursat. cons. 94. lib. 1. Ceph. cõs. 341 lib. 3. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 3. cas. 263. à nu. 34. De tertio vide Auẽd. in suo repertorio legũ regni. lit. A. verbo atrox, Salzed, in add. ad praxim Bernardi Diaz. c 66. lit. C. Olanũ in ãtynomijs ad Villalobos lit. I. nu. 9. Iul. Clar. lib. 5. sententiarum. §. iniuria, nu. 8. ex quibus tria dicta vera apparent, sed tertiũ rarò practicatur, nisi iniuria sit grauis, & proueniẽs ex actu infami: & credo id prouenit, quia semper ex causa diminuũt iudices pœnas legales, & vt Autor hic bene notat, & sic dicit decisum, quando pœna minuitur ex causa, dispẽsatur super infamia: quod benè probãt iura hic adducta.

## Additio ad Decisionem CXL.

DE materia huius decisionis vide Cõmunistas lib. 6. cõmuniũ. tit. 10 num. 24. latissimè Ioan. Graciam in tract. de expensis & melioratio nibu c. 2. & 3. à num. 1. cum sequentibus, & l. 3. tit. 4. partit. 5. & l. 5. titulo. 15. par. 6. & ibi Grego. verbo, *Las expensas*, &.

Anton. Gomet. in l. 29. Tauri num. 16. & dictum Ioan. Garciam vbi supra, nu. 7. & num. 14. & Anton. Gomet. vbi supra á num. 22. & l. fin. ff. de pet. hæred. Velazquez de Auend. in l. 29. glo. 3. nu. 5. & 6. & in l. 46. glo. 4. num. 4. Tellum Fernãdez in l. 29. Tauri. num. 14. & 15. & in l. 17. num. 82. Matien in l. 3. glo. 2. á num. 12. tit. 8. lib. 5. recop. Auend. responso. 17. Couar. lib. 3. variarum c. 19. num. 6. Michaelem Crassum in suo libro sententiarũ. §. legitima, quæst. 27. cum sequentibus, & quæst. 30. Aliquid per Doctorem Spino in tract. de testamentis, glo. 18. à nu. 77. & Ayoram de partitio. 2. par. q. 14. nu. 28. & quæst. 18. per totam. Communis resolutio est, q̃ data filio ad militiam, aut dignitatem, quæ non solet vendi, adipiscendam, non conferuntur, nec imputãtur in legitimam, nec data filio ad militandum eunti ad bellum, nisi pater habeat bona filij, quia tunc ex eis videtur dare, siuè consistant in pẽcunia, siue non, contra Autorem hic, ex d. l. fin. de pet. hæred. Fallit, nisi in cõtrarium pater esset protestatus: imputaretur tamen in tertium & quintum, ex mente Autorum vbi supra.

Num. 3. ibi, *Quod verò attinet* Hoc intellige, quando redditus annui, quos pater filio tradit, essent necessarij ad alimenta filij, quæ pater illi dare teneretur, aliás malè diceret decisio, quia imputandi essent dati ob causam matrimonij; dati verò simpliciter per viá donationis, imputandi essent in tertiũ & quintum; ad quod faciunt tradita à Caldas de nominatione, quæst. 18. à nu. 9. & à num. 24. & 26. & à Baeza de dotibus, quæst. 26. num. 9. vbi etiam in fructibus & redditibus pater non potest filijs præiudicare, & etiam fructus traditi filijs imputantur in legitimã, quia sunt ex bonis patris.

## Additio ad Decisionem CXLI.

DE materia huius decisionis quæquotidiè versatur in praxi, vide Remigium de Gonni in tract. de immunitate Ecclesiarum, fall. 3. Iul. Clarum in praxi, quæst. 30 nu. 22. & quæst. 98. nu. 1. & 2. Salazarem in tract. de vsu & consuetudine, c 6. á nu. 19. Doctorem Xuarez de Pace in sua praxi to. 1. par. 5. c. 3. §. 3. num. 45. Couar. lib. 2. variarum. c. 20. num. 13. Azeued. optimè distinguẽtem in l. 2. nu. 11. tit. 2. lib. 1. recop. eleganter Tiberium Decianum in suo criminum tract. lib. 6. c. 28. á num. 30. tomo. 1. Boeri. decis. 178. num. 13. & 110. num. 8. Gigantem in tract. de crimine læsæ maiestatis, lib. 1. quæst. 10. nume. 30. Franciscum Marcum decis. 987. tomo. 1. Mantuam cons. 6. num. 17. lib. 1. Igneum. in l. 1. num. 5. ff. ad Sillanianum. Ioan. de Visquis in tract. de immunitate Ecclesiarum, nume. 52. Vide etiam Anton. Gometium tomo. 3. de delictis. c. 10. num. 2. Palatios Rubios in repet. rub. de donatio. inter virum §. 38. á nume, 9. ex quibus omnibus videbis, quam sicco pede transierit Autor in hac decisione; nec meminit, quòd autores inter se, antiqui & moderni, valde discordes sunt, alij tenentes opinionem Autoris, alij verò tenentes, quòd immunitas suffragetur ducto per Ecclesiam, & ambæ iam communes opiniones videntur, licèt secunda magis communis videatur, & secundùm primam non solùm in Senatu Lusitaniæ iudicatum est, vt Autor testatur, sed etiam in alijs tribunalibus, vt affirmat Tiberius Decianus: sed mihi certè vera videtur distinctio, quam refert Azeued. vbi supra, scilicet, quòd si ductus per Ecclesiã, semper teneatur captus ab officialibus, etsi protestetur, nihil illi suffragetur immu-

immunitas, cùm liber ab eis, & ex proposito non accesserit ad Ecclesiam, sed per transitum, & ideò nõ dicitur ad Ecclesiam confugisse, sed casualiter accessisse: argumento text. in l. siquis post hanc. C. de ædificijs priuatis, & in his terminis loquuntur Oldradus, & qui eum sequuntur, si verò ab eis euaserit, & se in Ecclesiam intromisit, vel in locum sacrum, qui est casus huius decisionis, tunc cum extra manus officialium se posuerit, & ad auxilium Ecclesiæ cõfugerit, eiusque immunitatem protestatus sit, Ecclesiaque ipsa in illo statu & libertate eum conseruare debeat, debet illi immunitas suffragari, ex iuribus à Remigio allegatis, & quia hic cusus exceptus non est; vndè nescio qua ratione Senatus Lusitanus contrarium iudicauit, nisi ex eo quòd mobilia reus furatus esset, & ex atrocitate criminis motus fuerit; aliàs male iudicasset, & contra magis communem opinionem; & hæc de hac decisione.

## Additio ad Decisionem CXLII.

DE materia huius decisionis, quandò matrimonium teneat inter liberum & seruam, & an leges ciuiles sint correctæ, vide Abb. Butri. Præpos. & alios in. c. 1.2. & fin. de coniugio seruorum. Alfonsum à Veracruce in speculo coniugiorum, 1. parte. articulo. 30. Matien. in rub. 1. tit. 1. à num. 156. lib. 5. recopilat. vbi Couar. & alios allegat, & quoad maritus hodiè possit accusare vxorem seruam de adulterio, tenet Cynus in. l serui, hic allegata, & sentiunt ibi Odoffredus, & Ioan. Faber: & hæc est veritas.

## Additio ad Decisionem CXLIII.

VIde quæ habes ad decis. 23. & decis. 3. de spurijs, vbi latè de nato ex coniugato & soluta, & vide ad propositum huius decisionis Cagnol. in l. 1. num. 14. C. de inofficioso testamẽto, Crassum in suo libro sententiarum. §. testamẽtum, quæst. 46. in fine, & singulariter Sfortiam Oddonem cons. 1. lib. 1. num. 114. Alex. cons. 25. nume. 4. lib. 1. & cons. 2. num. 5. eo. libro. Paleotum de nothis & spurijs. c. 55. à num. 6. & 7. Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum volũtatum, lib. 3. interpretatio. 1. dub. 3. fol. 2. num. 11. Roland. Valle cons. 87. lib. 3. Afflictis decis. 125. & 204. Aluarum Valascum consult. 17. latissimè & melius quã alibi Anton. Tessaurum decis. Pedemon. noua. 127. per totam, Franciscum Viuium decis. 162. à nume. 9. lib. 1. Magis communis opinio est, quòd omnis spurius, seu bastardus, censeatur turpis persona, & non possit institui à fratre, & si instituatur, detur aduersus testamentum querela inofficiosi testamenti, pro qua iudicauit contra Rolandum Senatus Pedemõtanus. Fallit tamen, nisi talis bastardus esset notabilis, aut valdè honorata persona, ex proprijs meritis & persona, & ita dicit iudicatum Aluarus Valascus vbi supra; & licèt aliqui dicant dictam magis communem obtinere etiam locum in filio naturali nato ex soluto & soluta, mihi tamen hæc opinio falsa est, & nullo iure probatur, & contrarium praxis admittit, cum & hi in nobilitate patris succedant, ex l. 10. & 11. Tauri, licèt contrarium scilicet, quòd sint infames, videatur probate. l. 2. tit. 6. par. 7. & alia iura quæ citat Ioan. Garcí. de nobilitate, glo. 21. nu. 19. Sed intellige, in spurijs, vt intelligit Azeued. in l. 10. tit. 8. num. 50. lib. 5. recopilat aut melius, quòd in naturalibus infamia sit leuis, & de facto, & quæ non cadit in considerationem, &

sic practicatur, vt dictum est: vide etiã Azeued. cum Didaco Perezio, quem allegat in.l 1.tit.4.nu.111 lib.5.recop.

## Additio ad Decisionem CXLIIII.

NOta, quòd consensus præsumptus ex lapsu longi temporis, æquipollet expresso, & sufficit, vbi lex requirit consensum, aut licentiam pro solennitate alicuius contractus: cuius contrarium tenuit Auend.in tract.ad.l.4.&.5. tit. *De las exceptiones*, à num. 41. Sed tu vide Azeued latissimè in.l.2.â num.18. cum sequentibus, tit.3.lib.5.recopil. & Matiè.in.l.3.eiusdem tituli,glo.1.Mas. card.in tract de probat.parte 1.conclu. 417.per totam,& quæ ego latè dixi lib. 3.quæstion.quæst.23 de titulo & solennitate præsumenda, vbi plura adduxi: & vera est Autoris sententia contra Auendañum.

## Additio ad Decisionem CXLV.

DE materia huius decisionis, quæ quotidiana est, vltra Couar. & alios hic citatos, vide latissimè Ioan. Garciam in tract de expensis,c 4.a nu. 30. cum sequentibus, & Gutierez lib. 2. practicarum, quæst.177 & in repeti. l. nemo potest,à num.38.ff.de leg.1.Salazar de vsu &consuetudine,c.11.a nu. 60 Doctoré Xuarez de Paz in sua praxi,to.1.par.4.c.1.à num.49. Azeued.in l 1.tit.15. glo. *Sobre su heredad*, lib.5. recopil.eundemGutierrez d.lib.2.quæst. 167.num. 4.latissimè Felicianum, qui plures ex his refert,in tract.de censibus lib.3. cap.4. per totum. Communis & vera resolutio est, quam tradit autor in præsenti, quòd pro censibus decursis potest conueniri,& exequutari absque vlla excusione tertius possessor rei censui affectæ,& eam quotidiè practicamus.

## Additio ad Decisionem CXLVI.

DE materia, quando diuiso præsumatur ex temporis diuturnitate, dixi latissime dicto lib. 3.quæstionum, quæst.23.vbi vide,interim vide Gutierrez in d. repet. l.nemo potest, de leg. 1. á num.209. Menesl. in.l.2.á num.34. C. de seruitutibus & aqua,latissimè Mascard. in suo tract. de probatio. parte 1. conclusio. 526.per totam. Communis resolutio est, quam tenet hic Autor, scilicet, q diuisio præsumatur ex cursu decẽnali possidentibus hæredibus pro partibus æqualibus,nisi existant coniecturæ in contrarium: si tamen partes sint inæquales,magis communis est cõtra Autorem hic,quòd diuisio non præsumatur,quam ego sequutus fui, in dicta quæstione, quæ vera est, quando inæqualitas esset notabilis, & non paruæ quantitatis,aut nisi aliqua indicia existerent de recompensa data,aut de diuisione facta,&sic est intelligendus Autor hic,aliàs malè diceret,& cõtra magis communem resolutionem; & dicta præsumptio obtinet etiam iure nostro regio, vt per Gutierrez,& Menesl. vbi supra,nam leges Regiæ, quæ in contrarium facere videntur,vt est l.5.titu.15. lib.4.recopil. loquuntur, quando constat nullam esse factam diuisionẽ,quia tunc debet fieri, nõ obstante temporis lapsu; secus in dubio, de quo vide ibi Azeuedum.

## Additio ad Decisionem CXLVII.

NVm.2.ibi, *Nunquã consideratur persona primi emphiteotæ,sed domini directi.* Hæc resolutio vera & communis est,

est, de qua vide Menoch. cons. 226. à num. 157 & à nu. 185. lib. 3. Aurel. Corbul in tract de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob alienationem, ampliatione. 24. & vide quæ habes ad decis. 26.

Num. 3. ibi, *Debemus in hoc casu.* Quãdo emphiteota possit purgare moram, quam tribuit in solutione canonis, & vsque ad quod tempus, vide latissimè per Aurel. Corbul in d. tract. tit. de causa priuationis ob. nõ solutum canonẽ, limit. 41. Menoch. in tract. de arbitr. lib. 2 cent. 1. casu. 7. numer. 8. Iosephum Ludouicum decisione Lucana. 8, à nu. 6. Guillelmum Redoan. in tract de rebus Ecclesiæ non alienandis quæst. 20. tit. de purgatione moræ ob cessatam solutionem canonis. Iul. Clarum lib. 4. sententiarum, §. emphiteosis quæst. 8. latè cum pluribus Burlatum cons. 25. à num. 44. lib. 1. Franciscum Sarmiẽtum Episcopum lib. 3 Selectarum, c. 5, Ola. in antynomijs ad Villalobos, lit E. nu. 8, & l. 28. tit. 8. part. 5. Communis resolutio est, quòd iure communi ex æquitate canonica emphiteota potest purgare moram incontinenti & intra tempus iudici arbitrarium. Iure Regio ex d. l. Partitæ intra decem dies, & quod Autor hic dicit de litis contestatione, est secundum legem suiregni: & de vera & propria litis contestatione, de qua Autor hic mentionem facit, vide Ola. vbi supra, lit. L. â nu. 35. & Azeued. in l. 1. verbo, *Conociendo*, nume. 22. tit. 4 lib. 4. recopil. & Baptistam Asinium in sua praxi ciuili, §. 17. c. 2. & 3. cum sequentibus, & communiter cõcluditur, quòd vera & propria litis contestatio inducitur per negationem ipsius rei.

Nu. 4. ibi, *Si domino placuerit.* Nota, quòd venditio sub conditione, si domino placuerit & non aliter nec alio modo, excusat à caducitate, etiam si processum sit ad traditionem: de quo vide Corbul. in d tract. tit. de causa priuationis ob alienationem, limit. 37. Bursat. cons. 26. à num. 1 lib. 1 Iul. Clar. in d. §. emphiteosis, quæst. 13. Grammaticum decis. 49. nu. 5. Rolan à Valle cons. 51. à num. 36. lib. 2. Menoch. cons. 38, à nu. 21 lib. 1. Resolutio magis communis est secundùm sententiam Autoris, licèt secuta traditione plures contrarium teneant, quorum opinionem intelligerẽ veram, si contrahentes nimium distulissent licentiam à domino petere post factam traditionem: nam tunc vel protestatio fuit apposita in fraudem domini, vel tacite videntur ab illa recessisse, vnde vt protestatio excuset, deberent intra modicum tempus domino denũtiare, aliàs in commissum caderent: & protestatio tanquam fraudulenta non iuuaret, & sic in praxi obtineretur, alias esset aperta, via fraudibus: quod nota.

Numer. 5. ibi, *Non obstat.* De deteriooratione vide latè eundem Corbulum, in d tract titu. de causa priuationis ob deteriorationem, a num. 28. & 31. cum sequentibus. Ioan Garciam in tract. de expensis, c. 15. & vera est sentẽtia autoris in præsenti, ex adductis á supra citatis.

## Additio ad Decisionem CXLVIII.

VIde latissimè de omittente res ponere in inuentario, Fabium Turretum Perusinum cons. 47. lib. 1. per totum, & ibi de protestatione num. 85 & Paris. cons. 12. numer. 28. lib. 2 Guidon. Papã cons. 42. à nu. 1 Corn cons. 246. à num. 17. lib. 2. subscriptio ad consiliũ Portij Imolensis. 50. in fine. Alexan de Næuo cons. 34. num. 19. Menoch. cons. 471. lib. 5. per totum. Doctorem Spino de testamentis glo. 35. num. 40. & concludo ex his, quòd hæres protestans excusatur præsumpto dolo & pœnis, si aliàs

alias res denuo occurrẽtes manifestet, & faciat apponi in inuentario, nisi ex alijs coniecturis vrgentioribus cõuincatur de dolo.

## Additio ad Decisionem CXLIX.

VIde de hac decisione additiones quas feci ad decisionem secundã, vbi totam materiam huius decisionis apostillaui.

Num. 4. quando præsumatur emphiteosis, & consensus domini ex diuturnitate temporis, dixi latè lib. 3. quæstionum, quæst. 23. vbi infinita allegaui.

Num. 7. quando clericus possit dotare filiam spuriam ex redditibus sui beneficij, & an ad id teneatur, vide Spinio in d. tract. glo. rub. 14. num. 9. Communiter cõcluditur, quòd sic. Vide Tauristas omnes in l. 9. Tauri, & ibi Velaz. qui Couar. Matien. & alios citat, & Laram de alimentis. §. idem reseripsit, à num. 23.

## Additio ad Decisionem CL.

QVando emphiteotæ fiat remissio propter sterilitatem, videndus est omnino Aluarus Valascus hic citatus, & vltra cum Aurelius Corbulus in d. tract. tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, limit. 30. & Bursatus consi. 11. à nu. 22 cum sequẽtibus. Hippoly. Rimi Iun. cons. 40. & cõs. 49. lib. 1. Communiter concluditur, quòd si pensio fructibus correspondeat, fit remissio emphiteotæ, quemadmodum conductori, aliâs non; quod ego intelligerem, quando pensio esset æqualis illi quæ daretur à conductore ad tempus, vel parum minor, aliàs nunquã in praxi obtineret dicta decisio, nec vnquam vidi practicari: & ad id quod dicit decisio de decima, vide Baezam de decima. c. 29. & omnes summistas verbo, *Decima*, Azeued. in l. 2. nume. 15. titulo. 5. lib. 1. recopila. & vide Ferraram & addentes in forma libelli ad facti præstationem, verbo, *Recusans*: & Tessaurum decis. 20. per totam.

## Additio ad Decisionem CLI.

VIde de materia, quædixi ad decisionem. 5. & 8. & Aluarum Valascum de iure emphiteotico, quæst. 49. Fabi. Turret. cons. 61. & Caldas de nominatione, quæst. 15. per totam, & de transactione in bonis maioratus, & in bonis feudalibus, & in bonis prohibitis alienari, vide Molin. lib. 4. de primogenijs. c. 9. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum, §. feudum, quæst. 39. Pinel. in l. 1. 3. parte, á num. 44. C. de bonis maternis. Menoch. cons. 599. á num. 3. cũ sequentibus lib. 6. eundem cons. 442. à nu. 28. lib. 5. Nattam cons. 501. nume. 61. lib. 3. Tiraq. in l. si vnquã, in præfatione nu. 31. C. de reuocandis donationibus. Roland. cons. vltimo, nu. 110. lib. 4. Curt. Iun. cons. 192. num. 24. lib. 3. Communis resolutio est, quòd pater nõ potest transigere de re emphiteotica, feudali, aut maioratus, vel fideicommissi, in præiudicium filiorum, nisi rem ipsam retinendo, quam alienare nõ potest: & ita practicatur.

## Additio ad Decisionem CLII.

DE filiatione probãda, & praxi eius, vide Petrum Surdum cons. 1. nu. 38. lib. 1. Hippol. Rimin. Iun. cons. 383. nume. 15. lib. 4. & 340. nume. 56. lib. 3. Ceph. cons. 540. num. 102. lib. 4. Simonem de Pretis cons. 134. numer. 11. & 136. num. 14. lib. 1. Viuium decis. 212.

elegan-

elegantisimè Menoch. in tract. de arbitr. iudicum, lib. 2. cent. 2. cas. 89. & eundem, vbi tractat materiam de probatione ad alimenta, cons. 491. à nume. 22. cum sequentibus; allegat Couar. in practicis c. 6. num. 6. Cordubam de Lara in tract. de alimentis. §. si vel parens, à nume. 42. Molinam de primogenijs lib. 2. cap. 6. à num. 36. & Menoch. cons. 521. à num. 10. lib. 6. & vide Anto Gomez. Velaz. Tellum, Ceruantes & alios Tauristas in l. 12. Tauri, Couar. in 4. parte 2. c. 8. §. 4. à num. 7. latissimè Mascardum in tract. de probatio. 2. parte, concluf. 787. 788. 789. 790. 791. 792. vbi latissimè & melius quam alibi de tota materia, Matien. & Azeued. in l. 10. tit. 8. lib. 5. recop. Communis resolutio est, quòd filiatio probatur per cõiecturas, & quòd filius præsumitur mariti, quando natus est in domo sua, etiá si vxor sit adultera, nisi aliæ vrgentiores coniecturæ demonstrent contrarium; & quòd etiam præsumitur filius illius, qui concubinam in domo habebat, & etiam si haberet extra, si probaretur, quòd nullus ad eam accedebat prætor amasium, licèt contradicit Decius hic relatus, contra quẽ est magis cõmunis opinio, prout refert Mascardus d. concluf. 788. à num. 29. & iure nostro regio ex d. l. 12. ad probandũ, quôd filius sit naturalis ex soluto & soluta, vltra alia indicia, necessarium erit probare tacitam vel expressam patris recognitionem: quod in spurijs nõ est necessarium: vt per Azeued. vbi supra, & ad præstanda alimẽta lite pendente, sola quasi possessio, aut vnus testis, aut alia indicia non multũ vrgentia sufficiunt, si filius habeat primam sententiam in suum fauorem, sine qua sunt necessaria dicta indicia; sin vero vrgentiora, vt per Menoch. cum Couar. & Molina vbi supra; sed in praxi adhibita summaria cognitione absque prima sententia per viã prouisionis præstantur alimenta filio litiganti, vt per Autorem, Rebuff. & alios allegatos à supra citatis.

## Additio ad Decisionem CLIII.

DEcisio hæc loquitur in terminis legis Lusitaniæ, quæ loquitur de filijs, & decidit Autor, quód fauore testamẽti cõtinetur posthumus, & habetur pro instituto: & quãdo cõtineatur posthumus filij appellatione, vide Manticã in tract. de coniecturis lib. 11. tit. 2. nu. 16. Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 2. fol. 1. num. 15. Resolutio est, quòd in fauorabilibus filij appellatione continetur posthumus, secus in non fibi fauorabilibus: & ideò bene iudicauit Senatus in casu huius decisionis, omissa opinione Autoris.

Nu. 3. ibi, *Testatoris voluntatem*. Nota, quod ex testamẽto imperfecto, nullo, & reuocato, declaratur voluntas testantis, de quo vide Aluarum Valasc͡ũ in consultatione. 61 numer. 15. 16. 17. Simonem in d. tract. lib. 1. interpretat. 1. dub. 3. solu. 5. à num. 54. cum sequentibus, qui singulariter loquitur. Menoch de præsumptio. lib. 4. præsumptione 167. num. 12. Resolutio est, quòd actus, aut scriptura nulla, quoad vim disponẽdi, nec inducendi per se nihil facit, declarat tamen voluntatẽ dubiam in dispositione & testamento valido, nisi sit nulla ex imperfectione volũtatis: nam tunc, cùm ibi sit etiam voluntas incerta, non potest in alia dispositione certificari, quod limitarem, nisi dispositio de qua in actu nullo probaretur perfecta, quia quoad eam nihil amplius voluit testator disponere, ex notatis in l. is qui testamentum. ff. de testamentis, & ex his quæ dixi lib. 1. quæstio. q. 1.

Additio

## Additio ad Decisionem CLIIII.

AD hanc decisionem vide Petrum Santerna Lusitanũ in tract. de assecuratione & sponsionibus mercatorum, parte. 3. numer. 47. & 48. qui concordat cum Autore hic, & vide aliquid per Valascum consultatione. 75.

## Additio ad Decisionem CLV.

DE materia huius decisionis, quæ quotidiana est, vide Baezã in tractatu de non meliorandis. c. 11. à num. 131. cum pluribus sequentibus. Communistas lib. 5. communium tit. 6. nu. 17. num. 11. in fine, latissimè Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 15. per totam, & cons. 370. à numer. 30. lib. 4. Hieronym. Gabriel. cons. 156. á nu. 20. lib 1. Alciatum de præsumptio. regula 1. præsumptio. 26. DD. maximè ambos Socin Rip. Paris. & alios in l. 1. ff. soluto matrimonio. latissimè Mascard. de probat. parte. 3. conclusi. 1550. Resolutio magis communis est, quòd in dubio pater censetur promittere dotem de suis bonis, & non de bonis filiæ, etiam si simpliciter dicat, quòd promittit ex bonis vtriusque, nisi adijciat certam quantitatem de bonis filiæ, vel expresse promittat ex bonis filiæ, vel adijciat, solutionem faciendam etiam de bonis filiæ, contra Baldum Nouellum: cuius opinio vera erit, si dos sit exigua, non excedens legitimam filiæ, & filia non consentiat protestationi; si tamen pater esset inops, & non sufficiés ad tantam dotem, in dubio dotando de bonis suis & filiæ, cẽseretur promisisse partem dimidiam de eius bonis, & secundum hæc vera est decisio Senatus in præsenti.

## Additio ad Decisionem CLVI.

NVme. 1. De interesse lucri cessantis dixi latè in additionibus ad decisionem. 110.

Nu. 2. ibi, *Quoad primum triennium.* De materia vltra Couar. hic citatum, vide latè & eleganter Molinã, qui Iul. Clarum & alios allegat, in tract. de primogenijs lib. 1. c. 21. á num. 28. cum sequentibus, & cum præcedentibus, Vinium decis. 106. á num. 1. Plotum cons. 19. à num. 60. Mari. Anguisol. cons. 99. Beci. cons. 92. á nu. 15. lib. 1. Rimi. Iun. cons. 234. à nu. 73. lib. 3. Guillelm. Redoan. in tract. de rebus Ecclesiæ non alienandis, quæst. 6. §. item ex præmissis. Benintend. Rota Bononiensi decis. 13. á num. 14. Auend. in 1. parte mandatorum, c. 4. circa finem, Caualcanũ latissimè decis. 43. á num. 1. cum sequentibus. 1. parte, & Mascard. de probatio. 2. parte. conclus. 603. á nume. 28. & vide ptoprios motus Pauli IIII. fol. 367. Pij. IIII. fol. 415. & Sixti. V. fol. 847. & ibi additiones in libro collectionis motuum; ex quibus omnibus vera colligitur resolutio, quód locatio rerũ Ecclesiasticarum, secundùm dictas extrauagantes non valet vltra triennium, licèt plures dubitent de vsu earum, qui esset semper probandus & articulandus, & quòd solũ vitiatur in parte prohibita, quando ex forma contractus, vel ex intentione contrahentium diuisionem recipiunt: secus si ex forma cõtractus diuidi non possunt, nisi sublata forma, & præiudicando intentioni cõtrahentium, contra Molinam; imò secundùm rigorem dictarũ extrauagantium, quæ punire volunt tales contractus facientes, in totum vitiatur; quòd in puncto iuris verius credo, licèt magis communis opinio sit in cõtrarium,

quæ

quæ in praxi ſeruanda eſt, locatio verò fructuum beneficij facta à beneficiato, valet vltra triẽnium in ſui præiudiciũ, & ita practicatur, licèt in iure cõtrouerſum ſit, q̃ nunc non diſputo. Nauar. tamẽ contrariũ tenet: quòd de rigore verum exiſtimo, licèt in praxi non ſeruetur; vide etiã repertoriũ Raudenſis lit. L. Verbo locatio ad nouenniũ, cũ verſiculis ſequentibus, tract. de cõtractibus emphiteoticis, qui allegat Nauarrũ, & Boſsiũ, & Calcaneum conſ. 125. & vide Nauatrũ conſ. 11. lib. 3. tit. de rebus Eccleſiæ, & tit. de præbendis conſ. 57. & vide Autorem in deciſione finali.

## Additio ad Deciſionem CLVII.

VIde de materia Autores citatos in deciſione 69. num. 2. in additione quam feci, vide etiam Burg. de Paz cõſ. 7. num. 16. Iul. Cla. lib. 5. ſentẽtiarum, §. falſum, á nu. 34. Mihi vera reſolutio eſt, quòd in teſtamẽto nũcupatiuo per teſtes cõprobato, qui de verbis & volũtate teſtatoris deponũt, ceſſet pœna falſi, & valeat in totũ teſtamentũ; ſecus ſi non ſit comprobatũ, vt per Dynũ: in teſtamẽto veró in ſcriptis cẽnſendũ eſt totũ contrariũ. Nec Bart. hic citatus cõtradicit, cùm ſemper loquatur in teſtamento nuncupatiuo, & quando nõ probatur per ſcripturam ſcribentis.

Ibi, *Vtrationes, &c.* Quando teſtator poſsit aliquem liberare à ratione reddenda, & quid operetur hæc liberatio, vide Anto. Gomet. lib. 2. variarum c. 18. á num. 82. Couar. lib. 2. variarum. c. 14. á num. 1. cum ſequentibus. Craſſum in tract. ſententiarum. §. legatum, quæſtione. 40.

## Additio ad Deciſionem CLVIII.

AVtor hic tractat materiam de legato & fideicõmiſſo conditionali, & quando tranſmittatur pendente conditione, & per quæ verba inducatur conditio, & de modo, & quomodo debet prius impleri, quam emolumentum ſequatur: de quo vide Simoné de Pretis lib. 5. de interp. vltimarũ voluntatum, interpre. 2. dub. 2. à num. 109. cũ ſequentibus, & dubio. 1. à principio cum ſequentibus. Sfortiam conſ. 69. & conſ. 37. Anton. Teſſaurum deciſ. 270. á nu. 2. Molin. lib. 2. de primog. c. 14. Decia. conſ. 1. á num. 163. lib. 1. Franciſcum Viuium deciſ. 300. & deciſ. 398. Zãchum, Torniellum & alios poſt antiquiores in l. hæredes mei. §. cùm ita ad Trebel. Anton. Gabriel. in cõmunibus, tit. de hæred. inſt. conclu. 4. lib. 4. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu. 165. Burſ. conſ. 71. à num. 7. lib. 1. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 102. Rimi. Iun. conſ. 18. lib. 1. Hieron. Gabri. conſ. 121. nu. 29. lib. 1. Manticam de coniecturis lib. 11. titu. 20. Ceph. conſ. 116. lib. 2. & 383. nume. 24. lib. 3. & Hieron. Gabrie. conſ. 91. lib. 1. Sfortiam de ſubſt. par. 4. artic. 2. limi. 9. Nattam conſ. 551. á nu. 19. & 688. lib. 4. Et de modo, conditione & differentijs, Pariſ conſ. 19. á num. 250. lib. 2. melius Menoch. lib. 4. præſump. præſump. 175. & præſump. 146. & conſ. 131. lib. 2. & de tranſmiſsione Rimi. Iun. conſ. 244. nume 61. lib. 3. & Sfor. vbi ſupra, par. 6. artic. 2. limi. 3. Fabi. Turret. conſ. 2. á num. 30. Menoch. conſ. 95. à nu. 61. lib. 1. & 106. à numer. 44. lib. 2. & 303. nume. 32. lib. 4. Ceph. conſ. 670. nu. 29. lib. 5. Burſ. conſ. 300. num. 26. lib. 3. Decian. conſ. 28. num. 10. lib. 1. & de condi tione, cum infinitis Turret. d conſ. 2. à nume. 12. & de tranſmiſsione eundem conſ. 10. à num. 19. cum Menoch. conſ. 211. numer. 11. lib. 3. Riminal. Iun. conſ. 476. num. 52. lib. 4. Michaelem Craſſum in ſuo libro ſententiarum. §. fidei commiſſum

commissum,quæst.67.& 68.& de conditione eundem in §. legatum, quæst. 47.& 48. cum alijs sequentibus, & de modo,quæst.58.Ioan.Bottam cons.44. á num.24.& 70.â num. 15.& 85. á nu. 25.& 106.á nume.12.& de iure deliberandi Anto. Gomez tomo 1. variarum cap.9.& c.12.num.71. ex quibus colligesequẽtes resolutiones vtiles ad præsentem decisionem.

Prima,quòd conditio inducitur per verba,si,cum, & ea conditione, & alia similia, & si verba sint dubia,colligitur ex coniecturis, vel ex voluntate testantis, qui voluit prius impleri aliquid, quam emolumentum sequatur.

Secunda, Legatarius sub conditione non cõsequitur aliquid, vsque dum sit impleta conditio, vel si est potestatiua, non steterit per eum, & si mixta, si nõ deficiat per casum,sed per alium etiam implere debentem.

Tertia,Legatarius decedens nõ impleta conditione, nihil transmittit ad suos hæredes, nisi constet de contraria testantis voluntate ex coniecturis, ex quibus vel datur transmissio,vel impeditur, etiam si aliàs de iure daretur, vt per Turret. vbi supra, & Autorem hic.

Quarta, In modo non impeditur transmissio, & in dubio præsumitur modus,vt dispositio sit pura.

Quinta, In legatis & fideicommissis particularibus non datur transmissio, etiam ex potentia suitatis,vel iuris deliberandi,aut ex potentia sanguinis, vt per Anton.Gomez.vbi supra,&Autorem hic.

Vltima conclusio, Legatarius nõ tenetur expectare quôd requiratur, vel interpelletur ad implendam conditionem, sed ipse debet implere quam primum poterit, ex supra adductis, & sic bene dixit Autor in præsenti decisione.

## Additio ad Decisionem CLIX.

DE materia huius decisionis vide Marchesanum in tract.de speciebus,cap.37.& cap.43.Auendañ. in tractatu de secundâ supplicatione in principio,num.1.Menoch. in tract. de adipiscenda,remedio 4. á num.822. Azeued.per tex.ibi in l.3.tit.18.numer. 10. lib.4.recopil. Concluditur, quòd iure communi,& iure nostro Regio, potest appellari a sententia, qua quis se pronuntiat iudicem competentem,vel incompetentem, nisi in superioribus iudicibus ita pronũtiantibus,à quibus non licet supplicare.

## Additio ad Decisionem CLX.

DE materia huius decisionis,quando fidecommissum conditionale transmittatur,& quando nepos repræsentet filium primogenitum ad excludendum patruum, & quando filij appellatione nepos contineatur,diximus latè ad decis. 59. & ad decis. 92. & ad decis.158.

Numer.4.ibi, *Quod conditio.* Nota, quòd conditio Si sine liberis, remanet impleta eo tempore, quo possessor est in statu, in quo naturaliter non potest filios habere,& tunc cedit dies fidei cõmissi, licèt non dies petitionis vsque ad mortem. Hoc tamen dictum licèt singularissimum sit, verum non est, quia conditio, si sine liberis decedat, implicat duas conditiones,vnam de liberis, alteram de tempore mortis, quí dies incertus est, & pro conditione habetur, & ideò licèt prima sit impletâ ex dicta naturali impotentia, non tamen secũda, quia potest substitutus antê mori, vt Autor hic considerat: ita

cum

cum Ruino & Alexan. cõsiderat & tenet Mantica in tracta. de coniecturis lib. 11. tit. 7. nume. 23. Facit Menoch. cũ Fulgos. & alijs lib. 4. de præsumptionib. præsumptione. 169. à num. 12.

## Additio ad Decisionem CLXI.

VIde quæ dixi ad decis. 24. vbi cum Caldas & alijs tenui contra Autorem in præsenti.

## Additio ad Decisionem CLXII.

DEcisio hæc continet vnam singulam rem conclusionem Antonij de Gãma, licèt contra eam fuerit iudicatum, scilicet quòd vxor minor restituitur contra fideiussionem à marito factam pro sua medietate bonorum communium, quia vxor ex hac decisione non tenetur soluere medietatem debiti contracti ex fideiussione, vt videbis per Matienz. in l. 7. titulo. 3. libro. 5. recopilatio. glo. 1. numer. 1. & 2. in l. 3. glo. 7. numer. 3. titulo. 9. lib. 5. recopilat. & ibi Azeued. Ayora de partitio. 1. parte, cap. 8. numer. 12. Ioan. Garcia de acquæstibus numer 149. Gutierrez lib. 2. practicarum, quæstione. 124. & de restitutione aduersus fideiussionẽ, de qua hic, latè Sfortia de restitutio. 2. parte, quæstione. 54. per totam, & de restitutione aduersus factum tertij cum quæstione. 69. & quæstione. 61. Sed si maritus ex suis bonis soluere potest, non videtur vera talis decisio, nec rationem habet, cum nihil cum minore gestum sit, nec per se ex contractu læsa sit. Si verò nõ potest, potest ipsa se opponere pro suo interesse, & ipso iure tuta erit. Vnde nunquam vidi talem conclusionem practicari, & meritò contra eam iudicatum est.

## Additio ad Decisionem CLXIII.

DEcisio hæc tractat de donatione ob causam datis, an reuocetur prætextu ingratitudinis, & an collata post mortem cum clausula non reuocandi, sit donatio inter viuos. De primo vide Tiraquel. & infinitos alios Autores allegatos à Ioanne Garciã regula. 151. nume. 3. & de secundo allegatos ab eo regula. 96. in fine, & de secundo vide Viui. decis. 257. & de primo Azeued. in l. 3. glos. 1. & à numer. 23. & l. 16. à num. 6. titulo. 10. lib. 5. recopilatio. Matienz. in l. 15. glo. 2. & 6. & glos. 12. & l. 7. glo. 5. d. tit. & de secundo vide eundẽ Matienz. l. 7. glos. 1. per totam in dicto titulo, qui latè loquitur, & materiam tractat. Menoch. cons. 60 nume. 38. lib. 1. & infinitos allegat Ioan. Botta cons. 13. nu. 22. & 23. & 4. & de primo quasi ad propositum vide infinitos allegatos à Turreto cons. 46. à numer. 9. lib. 1. & cons. 97. Eugen. Perusin. cons. 7. nu. 9. de secundo Menoch. de præsump. lib. 6. præsumpt. 10. & de primo Menoch. cons. 493. num. 93. lib. 5. & 496 numer. 117. eodem lib. & 155. numer. 6. lib. 2. Cephal. consil. 466. lib. 4. & de primo in terminis ingratitudinis vide Pinel. in l. 3. num. 62. illatio. 12. 14. & 16. C. de bonis maternis, & cum Palatios, Ferreto, Xuarez, Viuio & alijs, vide Bursatum cons. 31. à num. 4. lib. 1. & vide Tauristas in l. 17. Tauri. Communiter concluditur, quòd talis est inter viuos, & non potest reuocari ob ingratitudinem.

## Additio ad Decisionem CLXIIII.

NOta hanc decisionem, quæ cõcordat cum decisione. 140. nume. 3. &

melius hic quam ibi Autor declarat suã mentẽ; vide quæ ibi addidi, quia conueniũt his quæ hic Autor latè declarat.

## Additio ad Decisionem CLXV.

DE confessione facta in testamẽto, & in articulo mortis, & in absentia partis, quam fidem faciat, vide latissimè per Mascard. de probatio. 1. parte, conclusione. 349. & 350. & 359. vbi latè de confessione facta in testamẽto, & iurata & acceptata, & Hippol. Rimin. Iun. cons. 31. á num. 34. & 4. & 23. à nu. 302. & 78. á num. 44. & 45. á nume. 19. lib. 1. & cund. cons. 103. á nume. 28. lib. 1. Fabium Turretum cons. 32. num. 18. & 23. num. 26. & 86. num. 47. & 67. num. 27. & 85. á nume. 2. & 59. numer. 3. lib. 1. Bursat. cons. 32. à num. 30. & 119. à nu. 18. & 32. a nume. 43. & 34. numer. 23. & 118. nume. 3. & 88. numer. 12. lib. 1. Menoch. cons. 459. à num. 25 & 476. num. 10. & 409. num. 65. & 476. num. 5. lib. 5. Anton. Tessaurum decis. Pedem. 109. Viuium decis. 191. à num. 1. & 296. nu. 5. & 23. à num. 2. & 384. à nume. 1. Eugeni. Perusin. cons. 97. á num. 10. lib. 1. ex quibus videbis, quàm vim habeat confessio facta per instrumentũ á parte acceptata, & facta in absentia partis, & iurata & simulata, & quando vna reuocetur per aliam in præiudicium tertij, & reperies bene iudicatũ in præsenti decisione.

## Additio ad Decisionem CLXVI.

ADde notabilem decisionem, quòd donatio omnium bonorum inter viuos cum reseruatione solius vsusfructus valida est, & quòd non requirit insinuationem: vide Cagnol. post alios scribentes in l. fin. nume. 246. C. de pactis. Hiero. Gabr. cons. 139. numer. 5. lib. 1. Anto. Tessaurum decis. 97. & decis. 199. per totã. Ducãs reg. 216. Iul. Cla. lib. 4. sententiarum. § donatio. quæstio. 19. Couar. 2. par. rub. de testamentis, à num. 4. Villalobos in antynomijs, & ibi Olan. lit. D. à num. 14. Molm. de primo genijs, lib. 2. c. 10. à numer. 20. Mencha. de succes. creatione, tomo. 1. §. 1. á nu. 32. Matien. & Azeued. in l. 8. tit. 10. lib. 5. recop. Couar. lib. 3. variarum c. 12. Ceph. cons. 485. á nu. 133. lib. 4. & cons. 44. nume. 24. lib. 1. Rol. cons. 39. á nu. 1. lib. 1. Graue. cons. 222. lib. 2. Viui. opinione. 73. lib. 1. suarum communium, Xuarez in suis communibus, verbo donatio, á num. 177. Ioan. Bottam consil. 58. à nume. 36. Anton. Gab cons. 141. á num. 1. Bursa. cons. 136. nume. 11. lib. 2. Neuiz. cons. 25. num. 23. Roland. cons. 65. á num. 7. lib. 1. Menoch. cons. 496. à num. 115. lib. 5. Socin. Iun cons. 145. nu. 20. lib. 1. & 127. num. 22. lib. 3. Sfortiam cons. 93. à num. 37. lib. 1. Communis resolutio est, quòd donatio omnium bonorum, reseruato vsufructu, valet iure communi, iure verò nostro regio non valet, nisi vltra reseruationẽ vsusfructus reseruetur aliqua quantitas, de qua donans testari possit; & hæc donatio simplex donatio est, & ideo requirit insinuationem, quia donatio est inter viuos: quidquid Autor hic dicat; nam Alexan. & quos ipse allegat, loquũtur in donatione remuneratoria, aut in donatione ob causam, quando causa non excedit donationem, vel in modico excedit, vt declarat cum Tiraque. & alijs, Hipp. Rimi. Iun. cons. 9. á numer. 57. lib. 1. Secus verò si excedat, vt per eundem. Tiraquel. in l. si vnquam, verbo donatione largitus, á numer. 149. & ita Autor benè iudicauit secundùm ius commune, non autem secundũ ius nostrum regium, quod ipse seruare non tenebatur.

Additio

## Additio ad Decisionem CLXVII.

DE materia huius decisionis, quando filius naturalis excludat substitutum sub conditione, si sine liberis, diximus latè lib. 1. quæstionum, quæst. 12. & in additionibus ad decisionem secũdam Lusitaniæ, & tractat latè, subtiliter, & elegantissimè Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsumption. 78. Caldas de nominatione, quæstione. 20. & quæstione. 21. & in materia legis Regiæ, de qua hic per Autorem, idem Caldas quæstione 12. á numer. 57. melius Aluarus Valascus consultatione 794. per totam: & quis dicatur filius naturalis, ponunt Anton. Gomez, Velazquez, & Tauristæ omnes in l. 10. & 11. Tauri: melius per Matien. in l. 9. glo. 2. titulo. 8. lib. 5. recopilation. vbi de nato ex ancilla & homine libero, & Cardin. Paleotus de nothis & spurijs, cap. 13. & cap. 26. & 27. vbi, & in pluribus capitulis præcedentibus & sequentibus plura ad rem accommoda apponit. Tandem concluſi in locis supradictis, quòd filij naturales ab intestato succedentes excludunt substitutum, quia habentur vt legitimi, & quòd naturalis est natus ex serua & libero soluto, & sic concluditur in hac decisione, & bene.

## Additio ad Decisionem CLXVIII.

DE materia huius decisionis dixi in additione ad decisionem 144. & citaui plures Autores, & locum vbi abunde de materia egi.

## Additio ad Decisionem CLXIX.

AN adulterium excusetur ob ignorantiam, vide Canteram in quæstionibus criminalibus, cap. 4. titulo de adulterio, num. 28. & num. 50. fol. 495. & Ananiam in c. nonnullis, de Iudæis. & in capit. 1. de adulterijs, & Bernard. Diaz in praxi, cap. 85. Viui. decis. 122. in fine. Resolutio est, quôd si ignorantia est probabilis, & quasi inuincibilis, & adulterium committatur in figura matrimonij palam, & in facie Ecclesiæ contracti, nulla pœna ignorans punitur. Si tamen extra matrimonium, nõ punitur pœna ordinaria adulterij, sed alia mitiori arbitraria; & sic est intelligenda præsens decisio.

## Additio ad Decisionem CLXX.

DE casu huius decisionis vide in terminis elegans cõsilium Fabij Turreti Perusini. 57. & vide quæ allegat de delicto attentato, in quo dicit procedi non posse ex officio, de quo vide Iuliũ Clarum in praxi, quæstione. 92. & quæstione 17. & vide de emittente sagittã, eundem quæstione 38. numero 9. & vide ad propositum elegans consilium Cephal. de faciente insultum archabusio, consil. 204. libro 2. In his regnis etiamsi habeamus leges, quæ ponunt casus, in quibus potest ex officio procedi, non practicaretur hæc decisio; nã generali consuetudine iudices in omnibus delictis procedunt ex officio, nõ existẽte accusatore, nisi in iniurijs verbalibus.

## Additio ad Decisionem CLXXI.

DE materia, quãdo fur gaudeat immunitate Ecclesiæ, & de doctrina Barto. in. l. si dominium, vide Couar. lib. 2. variarum, cap. 20. á num. 13. Gutierrez lib. 1. practicarum, quæstion. 1. á nume. 22. Doctorem Xuarez de Paz

in ſua praxi tomo.1.cap.3.§. 3. à num. 88. Iulium Clarum in ſua praxi criminali,quæſtione 36 verſiculo, *Quæro an fures* . Queſada in libro diuerſarum quæſtionum iuris libro. 1. cap.1. fol 5. Azeued in.l.fin.titulo.2. lib.1. recopil. eleganter cum Mantua Tiberium Decianũ in ſuis tractatibus criminalibus lib.6.cap.28.à numer.4. Communiter concluditur,quòd furi ſimplici, de iuris rigore ſuffragatur immunitas Eccleſiæ,licèt in Hiſpania conſuetudo contraria id non admittat: quam dicit rigoroſam & impiam Tiberius Decianus vbi ſupra ſed cum hoc virium admodum frequens ſit, & in maximum Reipublicæ damnum, non eſt ita impia dicta conſuetudo, vt putat Decianus,& ideò ſeruanda.

## Additio ad Deciſionem CLXXII.

HAEc additio eſt vtilis ad noſtras huius regni pragmaticas, quæ loquuntur de veſtibus prohibitis, in quibus ſemper dubitatur, an requiratur apprehenſio,&an poſsint domi portari,& an veſtes prohibitæ exiſtẽtes in domo, vel prope domum, ob vicinitatem præſumantur domini domus,ad hoc vt puniatur: de quo vltimo vide Autorem hic, & in confirmationem eorum quæ dicit,vide Carrerium Reginum in ſua praxi criminali,verſiculo,*Tertium decimum*,ſol.60.in paruis. Iacobum Nouellum in ſua praxi criminali ad offenſam.§.furtum,à num.7. & §. viſum, à nume.41 & ad defenſam à nume. 145. Maſcard.in tract.de probatio. 2. parte, concluſione. 831. á num. 13. & concluſione 834.& 830 Menoch.de præſumption.lib 1.quæſt.89.á num.90,cum ſequentibus,& de alijs dubijs vide Dida. Perez in l.1 tit.1.col.131.lib.4. ord. veteris.Rebuffum in 2.tomo ad ll. Gallicas,tit.de pannis|deauratis á nu.20.Matienz.in l.2.glo.5.tit.5. lib. 5. recopilationis Azeued.in l.1.& 2.tit.12. lib. 7. recopilat.Mexiam in pragmatica taxæ panis,concluſio,1.á nume.31. cum pluribus ſequentibus. Cõmunis reſolutio eſt,quòd requiritur apprehẽſio,& quòd nec etiam domi portari poſſunt: & in his regnis non incurritur aliqua pœna ex eo quòd quis domi tales veſtes prohibitas habeat, & bene dicit autor, quòd non eſt ſufficiens probatio ex eo quòd tales veſtes prohibitæ reperiantur iuxta domum,licèt indicium ſit.

## Additio ad Deciſionem CLXXIII.

VIde de materia huius deciſionis Franciſcum de Caldas Pereira Senatorem Luſitanum in ſuo tract.de nominatione emphiteotica, quæſt.5.à n. 35.& quæſt.10.à nu.29 & q. 1. à nu. 24. Aluarum Valaſ.etiam Luſitanum, qui totã materiam huius deciſionis diſputat,& declarat legem Regiam Luſitaniæ, de qua hic, conſultatione 61. per totam, & conſultatione 102. vbi tractat, an nominatio ad emphiteoſim, ſit contractus,aut vltima voluntas, & an facta in teſtamento, ſit reuocabilis, vel reuocetur reuocato teſtamento, & an corruat annullato teſtamento ex defectu ſolennitatis, vel agnatione poſthumi,vel aliàs,& an contractus in teſtamento fieri poſsit; omnia hæc latè declaraui lib.3.quæſt quæſtio.22. Reſolutio eſt, quòd nominatio eſt quidam actus extraiudicialis, quæ facta per viã contractus cum tertio, eſt contractus; facta in teſtamento, eſt vltima voluntas, & admodum legati, & reuocato teſtamento, vel aliás annullato ex defectu ſolennitatis,etiam corruit; annullato verò ob præteritionem poſthumi, conſeruatur ex noſtra lege Regia recopilationis

pilationis prima, titulo, *De los testamentos*, & ex authentica ex causa, C. de liberis præteritis. Secus tamen ex lege Regia Lusitaniæ, vt per Autores dictos. Si tamen tempore nominationis quis non haberet filios, & postea nascantur, reuocatur ex remedio. l. si vnquam, C. de reuocandis donationibus, & hoc magis ex æquitate illius legis, quàm de iuris rigore, & ex præsumpta voluntate testantis, de qua in l. fin. ff. de hæredibus instituendis. Si tamen constasset, quòd in testamento esset facta per viam contractus, vel cum tertio, vel ex traditione possessionis, vel ex verbis sonãtibus donationem inter viuos, tunc regularetur vt contractus.

## Additio ad Decisionem CLXXIIII.

HAEc decisio tractat elegãter quæstionem illam celebrem inter patruum & nepotem filium primogeniti super repræsentatione & transmissione iuris primogenituræ, & an dictus nepos præferatur patruo in successione maioratus, quæ in his regnis decisa est per. l. 40. Tauri. Tractat etiam, an dicta decisio habeat locum in bonis Regiæ coronæ donatis à Regibus cum conditione succedendi per viam maioratus, vt in nostro regno sunt bona dicta vulgatiter *Los bienes Enriqueños*, & an excludatur repræsentatio, quando vocatur maior ætate, vel superstes, & non solùm primogenitus; & an in primogenijs succedatur iure hæreditario, & non per viam sanguinis: de quibus omnibus vide dominum Ludouicum de Molina hic citatum, maximè libro 3. de primogenijs, cap. 6. 7. & 8. & libro 1. capite. 8. vbi an succedatur iure hæreditario: de quo etiam Velazquez in dicta lege. 40. glos. 1. Matiençò in lege 6. titulo. 7. libro. 5. recopil. glo. 3. & de tota materia Tauristas omnes in d. l. 40. maximè dictum Velazquez glos. 2. 3. 4. & 5. vbi de bonis Regiæ coronæ, & feudo, â numero 74. & 82. Gutierrez libro. 2. practicarum, quæst. 80. & libro 3. quæst. 66. & 67. Peraltam in rubrica de hæred. instit. à numer. 120. Aluarad. de coniecturis lib. 2. cap. 3. §. 3. á nume. 23. Humadam in. l. 2. tit. 15. part. 2. glo. 17. Burgos de Paz Iun. quæstion. ciuili. 1. & 2. Matienz. & Azeued. in. l. 5. titulo. 7. lib. 5 recopilatio. Aluarum Valascum in tractatu de iure emphiteotico, quæstione. 50. Acostam in tractatu de patrui & nepotis successione: & de bonis Regiæ Coronæ Caldas in tractatu de nominatione, quæstione. 17. Spino de testamentis glo. 15. á numero 128. & Menchacam in tractatu de successionum creatione libro. 3. §. 26. à numer. 9. Couar. in practicis, quæstione 38. qui vtiliter & doctissimè materiam tractat; & ego plura dixi in Additionibus ad decisiones. 59. &. 92. &. 158. & ex exteris modernis in materia huius prælationis & repræsentationis, vide Rolandum cons. 38. libro. 4. Cephal. cons. 16. à num. 37. libro. 1. & cons. 283. nume. 32. lib. 2. &. 215. numero. 112. eodem lib. &. 489. nume. 66. lib. 4. & 457. nume. 14. eod. lib. Menoch. cons. 124. à num. 90. lib. 2. &. 200. à num. 42. eo lib. &. 269. â nu. 63. lib. 3. &. 442 lib. 5. & de præsumpt. lib. 4. c. 94. &. 95. Manticam in tract. de coniecturis, lib. 8. titul. 9. Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum. lib. 3. dub. 3. interp. 3. fol. vltima, à numer. 26. cum sequentibus. Rotã Auenionẽsem decis. 37. Bursat. cons. 71. libro, 1. &. 41. eo. lib. Crassum in suo libro sententiarum. §. fideicommissum, quæst. 11. Anton. Tessaurum decis. Pedem. 65 Osas. cum cons. 72. Anton. Petra. de fideicõmissis, quæst. 11. Bursat. cons. 17. libro. 2. Menoch. cons. 357. à numer. 22. libro. 4.

Ioſeph. Ludouicum deciſi. Peruſina. 11. Rojas de ſucceſsionibus, c. 32. num. 22. Anton. Gabr. li. 4. communium reſolutionum, tit. de fideicõmiſsis, concluſ. 3. & 4. Bellonum conſ. 50. Marzarium de fideicommiſsis, quæſt. 18. Tobiam Nonium conſ. 33. numer. 28. Tiraq. de primogenijs, quæſt. 40. Rogeri. conſil. 43. & conſ. 4 lib. 1. Sfortiam conſil. 38. Alex. Raudenſem conſ. 142. à nu. 35. & 141. á numero 61. 2. tomo conſiliorum Zileti de vltimis voluntatibus, & hi in finitos antiquiores allegant. Tandem iam in his regnis abſque controuerſia ſeruatur, dicta l. 40. etiam in bonis Regiæ coronæ, aut Enriqueños; ſed circa eius intellectum, & extenſiones Hiſpanorum, tradidimus plures reſolutiones in dictis Additionibus, & de tranſmiſſione latè egimus d. deciſ. 158.

Ad hanc deciſionem num. 6. 7. & 8. vide latiſsimè Simonem de Pretis in dicto tract. lib. 3. interpreta. 3. dub. 3. ſol. 2. à num. 5. Manticam in d. tract. lib. 8. tit. 18. à num. 68.

Nume. 8. ibi, *Spes*. Vide Valazq. vbi ſupra glo. 7. à num. 8. & quæ dixi in dictis deciſionibus.

Nu. 18. vide Autores ſupra citatos.

## Additio ad Deciſionem CLXXV.

VIde quæ dixi ad deciſio. 17.

## Additio ad Deciſionem CLXXVI.

VIde quæ dixi ad deciſ. 89.

## Additio ad Deciſionem CLXXVII.

VIde Ayoram de materia, quí concordat cũ Autore hic, in ſuo tract. de partitio. 1. parte, c. 7. à num. 1. & 2.

## Additio ad Deciſionem CLXXVIII.

VIde quæ dixi ad deciſ. 182. & quando maritus poſsit præiudicare vxori, apponendo pactum de retro vendendo, vide eleganter Gozad. con. 15. & 16. & de iure acquiſito tertio ex contractu, quando poſsit ſibi auferri, vide quæ dixi ad deciſ. 8. & quando pro decreto præſumatur, vide quæ dixi ad deciſ. 37. & de pacto poſito in datione in ſolutum, vide Maſcard. de probatio. lib. 3. concluſio. 1142. à numer. 12. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumption. 122. & vide quæ dixi ad deciſ. 5. in fine, & de valore, quomodo probetur, vide Maſcard. dicto lib. 3. concluſion. 1398. Ex quibus omnibus locis colliges verã eſſe reſolutionem Autoris in præſenti deciſione.

## Additio ad Deciſionem CLXXIX.

VIde de materia huius deciſionis Nauar. in ſuo Manuali Latino, c. 25. nu. 19. Doctorẽ Xuarem de Paz in ſua praxi, tomo. 1. c. 3. §. 3. à nu. 145. Tibe. Decian. in ſuis tractatibus criminalibus, lib. 6. c. 26. nu. 8. & inter hos Autores diſſenſio eſt in materia huius deciſionis: nihilominus etſi condemnatus ad torturam propter delictum exceptatum, non gaudet immunitate Eccleſiæ, tamen condemnatus ad exilium, gaudet d. immunitate', vt per Nauar. vbi ſupra, licèt iſte talis exiſtens in Eccleſia, non cenſeatur ex dicta exiſtentia implere exilium, licèt aliter videatur diſtinguere Decianus vbi ſupra: & quoad id quod dicit Autor de condemnato ad torturam, notanda eſt eius deciſio, quia ſingularis eſt, & ſeruanda iudicando & conſulendo, propter autoritatem huius Senatus:

tum

tum etiam in tribunalibus supremis huius Regni multoties seruata est, licèt Decianus d. cap. 28, á num. 3. aliter videatur sentire.

## Additio ad Decisionem CLXXX.

DE materia huius decisionis vide Boerium decis. 264. à num. 27. qui refert, quòd incestuosi, etiam impetrata dispensatione, condemnati sunt pœna arbitraria, & non parua; & licèt in his Regnis rarò soleant puniri, & dissimuletur cum eis, attamen non obstante dispensatione, debent arbitraria pœna puniri: quod mihi verisimum videtur, quidquid Autor in præsenti teneat, & quidquid Senatus Lusitanus decideri.

Finis primæ partis Additionum.

## Additio ad Decisionem CLXXXIII.

## Additio ad Decisionem CLXXX.

DE materia huius decisionis vide Boerium decis. 264. num. 27. qui

## Finis primæ partis Additionum

## Addito ad Decisionem CLXXIV.

VIde quæ dixi ad decis. 17.

## Addito ad Decisionem CLXXVI.

VIde quæ dixi ad decis. 17.

## Addito ad Decisionem CLXXVII.

VIde de materia huius decisionis Manualem Lupum c. 23. num. 9. Dedtum Xuarez de Paz in sua prax. tom. 2. cap. 3. Mattheu. Tom. 1. Decis. in suis addit. ad Gom. lib. 2. cap. 8. & inter hos Auto vel diffensio est in materia huius decisionis: ubi omnium est consuetudo ad sortem præsens delictum excipiendum, non quidem immunitate Regia (quæ non excusat ab ordinario) sed ratione criminis impiæ cædis, licet aliqui distinguant. Decimus vide supra, & quod ibi quod dicit Auctor de condemnato ad furcam, nondum erat decisa, vel singularis, & secunda tolerata & consuetudo, propter atrocitatem huius flagitii

cum

# ADDITIONVM AD DECISIONES LVSITANAS AB ANTONIO DE GAMMA SENATORE COMPILATAS.

*Secunda Pars.*

## Additio ad Decisionem CLXXXI.

ADMODVM singularis est hæc decisio, & cõtinet tres conclusiones. Prima, q̃ assecuratio merciũ eo tempore facta, quo iam ob naufragiũ amissa sunt, si assecuratus ignoret, valet. Secũda, q̃ assecuratio nõ valet, nisi merces sint impositæ, vel pro rata impositarũ, licèt pretium assecurationis amplius cõtineat. Tertia, q̃ assecurator merciũ cõmuniũ nõ tenetur nisi pro parte assecuranti, nec tenetur pro mercibus alienis, licèt si de dominio alieno incontinenti nõ constet, id obijcere nõ possit; de quibus omnibus vltra Petrũ Santerna ab Autore citatũ, vide Alua. Valas. Lusitanũ, qui fuit causæ aduocatus, & allegat nostrã decisionem, cõsultatione. 64. per totã, & de primis duobus vide decisio. Genuæ de mercatura, 36. &. 42. per totas & decis. 102. nu. 4. & decis. 5. n. 11. Vide etiam aliqua per Sfortia cons. 31. à nu. 11. &. 24. lib. 1. Ex quibus videbis veras & æquas esse dictas conclusio. Addit tamẽ ad tertiã. Aluar. Valas. q̃ quando assecuratio est vtilis socio, videtur socius non solum suam partẽ, sed etiam partẽ socij includere in contractu assecuratonis; & idẽ ego iudico de rebus alienis, quando vel ex mẽte contrahentiũ constat vel cedebant periculo contrahẽtis vt suæ.

## Additio ad Decisionem CLXXXII.

VIde aliquid ad propositũ huius decisionis per Chassanæũ in cõsuetudinibus Burgundiæ, tit. desdroictz, rub. 4. §. 5. à nu. 9. & vide Alex. in l. sæpe, nu. 97. ff. de re iudicata. In his regnis, quia maritus potest alienare lucia quæsita constante matrimonio, ex adductis á Ioan. Gar. in tract. de cõiugali acquæstu, nu. 5. & ex. l. 5. tit. 9. & ibi Azeuedo & Matiẽ lib. 5. recopil. potest sustineri, q̃ vòta facta á marito, & cũ solo marito super bonis lucratis cõstante matrimonio, præiudicẽt vxori, etiã si ipsa nõcitetur; qđ secus erit in bonis dotalibus, & paraphernalibus, & Alex. vbi supra: & ideò cautela est, vt vxor citetur cũ marito, & sic video semper practicari.

## Additio ad Decisionem CLXXXIIII.

HÆc constitutio Lusitaniæ si sic vt iacet intelligatur, ansam præbet delinquentibus, & cõtra ius commune est, & consuetudinem generalem, quæ non solùm permittit, sed etiam iubet in dilictis grauibus procedi ex officio, vt Respublica purgetur malis hominibus, vt videbis per Socinum & Aretin. & alios in c. qualiter & quando, de accusatio. & per DD. in. congruit, de officio præsidis, & per Doctorẽ Xuarez de Paz, qui plures allegat in sua praxi, tomo. 1. par. 4. á nu. 1. Vnde si pars accusans se absentet, & nõ compareat factis diligẽtijs, iuxta notata in l. Titia. ff. de accusatio. si non reperiatur, aut non

cõpareat, vt dixi, iudex secundũ dictã consuetudinem procedit ex officio, vt eleganter notat praxis criminalis Millei, verbo publicandus, fal.175. in partuis,& Follerius in sua praxi criminali, verbo *Audiantur exceptiones*, à num.8. Quare,vt credo,intelligẽda est, quãdo accusator,vt informationem sufficientem ad inquirendum, vel procedendum & trãsmittendum inquisitionem non dedit,vel quando, etsi dedisset,delictum est leue, vel priuatum, interesse que priuatum concernit, & causa non erat instructa tẽpore absentiæ; & si hoc modo non intelligatur, suspecta mihi videtur talis lex de dicta occasione danda,non tamen de eius iustitia vel iniustitia disputo.

Ibi,*De probatione valida loqui*. Nota, q̃ appellatione probationis continetur valida,& quæ facit fidem,& non nulla, & facta parte non citata; de quo vide Mascard. in tract.de probat. parte.1.q. 5.proœmiali.nu. 36.& quæst.2. nu.14. cum præcedentibus & sequentibus.

## Additio ad Decisionem CLXXXIIII.

HÆc decisio clara est:non tamen inueni cum ea concordantes. Sufficit, quòd in pluribus locis practicatur, vbi tabellio de concejo non est perpetuus,sed eligitur quotannis ab officialibus, q̃ electio fiat absq; tabellione, & vnus ex Rectoribus scribat electiones, & alij subscribant; in alijs solet electio fieri coram notario, quem Decuriones nominant: in alijs verò, vbi tabellio est perpetuus,corã eo fiũt electiones. Quãdo tamen electio debeat fieri per scriptură,& debeat adhiberi notarius, vide Autores Canonistas in.cap.quia propter, de electione,& Franciscum Marcum decisione.1215.par.1. Boerium de cis.1.á num.50.& per totam, Petrũ Via gium in suo directorio electionum cap. 28. part. 3. Cõmunis resolutio est, quæ ferè semper practicatur, quòd quando electio fit per vota secreta, quilibet debet tradere suũ votum signatũ Diputatis,aut Iuratis de cõcilio,vel notario, q̃ postea corã notario debet publicariat si aliter fiat, debet fieri corã notario,& semper debet seruari cõsuetudo.

## Additio ad Decisionem CLXXXV.

HÆc decisio singularis est,& continet, quòd reseruans sibi facultatem disponendi de bonis suis pro anima in donatione omnium bonorum ex causa dotis facta, non potest ad libitum disponere, sed arbitrio boni viri, & sic secundùm vires patrimonij,& qualitatem suæ personæ, & consuetudinem aliorum, nec potest consumere totam bonorum tertiam,de qua poterat testari ex lege Regni. Ex quo etiam inferemus ad leges nostri regni, quæ permittunt testari de quinto pro anima, etiamsi testator filios habeat, & si testator committat testamenti factionem tertio, non aliud designando, permittunt, quòd talis possit testari de dicto quinto pro anima, vt constat ex l.10. tit.4.lib. 5. recopilat.& ibi Matiençoglo.5.& Velazquez de Auendaño in.l.32. Tauri,vbi quòd si aliquis donando bona sua,reseruet sibi, quòd de his testari possit pro anima ad suam dispositionem, & quintum sit admodùm copiosum, non possit id totum consumere,sed,solùm id, quod sibi arbitrio boni viri sufficiat: de quo vide quasi in terminis Aluarad.in tract.de coniecturis vltimarum voluntatum lib.2.cap.1. §.2.à num.28.& de legato incerto Menoch. in tract. de arbitrarijs iudicum, lib. 2. centuria.2.cas. 188. & lib.1. quæstione. 68.à nume 42.& de verbis impor-

portãtibus boni viri arbitrium, de quibus agithic Autor, vide eundem Menoch. in.d.tract.lib.1. quæst.7. per totum, & Simonem de Pretis in tract.de interpretatione vltimarum voluntatũ, lib.1. interpretatio. 2. dub.2. solut. 10. Manticam in tract de coniecturis, tit. 1. lib.3.à num.17.

Num.2. De donatione omnium bonorum fauore dotis, aut piæ causæ facta, vide Matien. in.l.8. glo.1.nu.9.titulo.10. lib.5. recopilat. & ibi Azeued. num.6.qui plures allegant, & concludunt.quod valet talis donatio,etiam si non reseruetur vsusfructus.

Num.3. De testamento facto à marito & vxore in eadem charta, vide Rodericum Xuarez in repetitione.l. quoniam in prioribus, de inofficioso testamento, limit.5. ad legem Regiam, & ibi Valdesium in additione, lit. H. qui Pelaez de Mieres, Molinam, Petrum Pechium, Matien. Gutierrez, Burgos de Paz, Tiraquel. & alios allegat. vide etiam Michael. Crassum ab eo non allegatum in suo tract. sentẽtiarum §. testamentum, quæst. 90. & autores omnes in.l.licèt inter priuatos. C. de pactis. Et cõmuniter concluditur, quòd valet tale testamentum, & iudicatur, vt duo testamenta, & quilibet suum potest reuocare, nisi per viam contractus inter viuos vnus alteri testanti cõsenserit, & non testando, & sic iam olim consului, & obtinui, & sic practicatur.

## Additio ad Decisionem CLXXXVI.

DEcisio hæc attingit illã celebrem quæstionem Bar. in.l.his solis. ff. de condictione indebiti, scilicet quando non sunt bona lucrata, nec maritus bona propria habet, an vxor vel filij ex bonis dotalibus, vel ex alijs suis proprijs teneantur soluere debita contracta á marito vel parte ad eos alẽdos vel sustẽtandos, & an præsumantur debita versa in eorũ vtilitatẽ; de qua quæst. videlatissimè disputãtem Cordubam à Lara in tract.de alimẽtis, ad §. si quis ex his. à num. 88. cum plurib⁹ sequentibus, vbi contra Bart. Decium adducit in.l. si eum seruum. vbi etiam additio, & Alciatus. ff. si certum petatur. Socin. Iun. cõs. 28. à nu. 9. lib. 2. Molinam in tract. de primogenijs Hispanorum. lib. 4 c. 4. à nu. 2. Castellũ in.l. 61. Tauri, à nu. 22. Matien. in.l. 9. glo. 4. à nu. 2. & ibi latiùs Azeue. cum pluribus, tit. 3. lib. 5. recopi. & eũdem Matiençum in.l. 3. glo 7. nu. 4. tit. 9. lib. 3. recop. & de probanda versione vide Menoch. in tract. præsumpt. lib. 3. præsump. 22. Ronchegallum in l. eandem, à num. 62. ff. de duobus reis Boer. quæst. 33. num. 6. Rolan. cons. 64. num. 4. lib. 1. Matien. in.l. 9. glo. 5. nu. 3. d. tit. 3. lib. 5. Certè licet cum Bartolo sit magis cõmunis opinio, quòd vxor ex dote soluere debeat, vel filij ex bonis proprijs, & Azeued. dicat secundũ eam fuisse iudicatum, si vera esset, ferè semper sine sua voluntate vxores indotatæ remanerent, quia frequenter mariti ad sustentationem suæ domus debita contrahunt, & alimenta debita recipiẽdo, nonque contrahendo cum tertio, absque sua voluntate non se obligando, obligatæ remanerent; quod mihi absurdum, & contra ius naturale appareret: vnde existimo veriorem esse Decij opinionem contrarium tenentis, quem ibi sua rdditio, & Alciatus sequuntur, & quæ frequentius in praxi seruatur. Nec eam offendunt fundamenta, quæ Lara in eius confirmationem adducit, quæ solùm loquuntur, quãdo tertius sine causa rem alienã recepit, vel causa erronea, vel iniusta, vel quando nõ vt irrepetibilẽ, sed vt repetibilẽ ab alio accepit, & quando ex causa lucratiua, & res extat, vel pretium eius,

non verò ex causa onerosa, & res non extat: vxor verò & filij in quæstione præsenti alimenta debita recipiunt, & vt debita: & quamuis pater, si inops sit, se poterat á debito liberare, protestando ex defectu bonorum, tamẽ semper debitor est, & obligatio ex iure naturali in sua persona residet, quæ suspenditur eo impotente facto: si tamen de facto potens efficiatur, & soluat quod debet, nescio quare reddere debeant hi qui iustè receperunt, si solutum consumptum sit, vt alimenta; & ita in creditoribus concluſi lib. 1. quæstionum, quæstione. 6. Tunc tamen vera esset dicta opinio, si pater expressè ad dicta alimenta mutuum petijsset, & bona matris, aut filiorum obligasset: tunc quia protestatus est, & rem filiorum, aut vxoris egit, ad quem & ipsi tenebantur patri in casu impotentiæ; & quia creditor quoddammodo cum eis contraxisse videtur, iustum esset, vt vxor aut filij expensum patri facerent, & non contradicerent, & tunc practicaretur. Bart. opinio: vt paucis verbis Alciatus existimat: aliàs falsa foret: quæ omnia notanda sunt. De alia verò parte quæstionis vera resolutio est, quòd non præsumitur versum, nisi ab actore probetur; & sic vera & singularis est præsens decisio.

## Additio ad Decisionem CLXXXVII.

NOta duo ex hac decisione. Primũ, quòd quando ex verbis legis vel statuti requiritur consummatio matrimonij per copulam, ad aliquod lucrum ex matrimonio consequendum, non sufficit velatio, nec traductio ad domum, sed necessaria est culpæ probatio, quæ præsumitur ex dicta traductione & potentia viri, contrario non probato ab allegante; in quo notanda & singularis est. Secundum, quod tunc non sufficit nixus ad copulam, de quo vide Ioan Garciam in tract. de acquæstibus, à num. 56. Azeued. in. l. 2. tit. 9. á num. 2. & 4. lib. 5. recopil. Bald. cons. 290. lib. 1. Corne. cons. 248. lib. 2. quos allegat Alciatus, qui quasi in terminis fecit elegans consilium, & est omnino videndus responso. 6. lib. 8. & vide plures allegationes per Massuerũ in additionibus ad Ferrariam in sua praxi, in forma libelli, qua vxor agit ad dotem, verbo, *Vxor quondam*, lit. D. Tiraquel. ad ll. conubiales. l. 10. glo. 2. per totam, & de copula præsumenda ex traductione, vide Alciatum in tractatu præsumptio. regula. 3. præsumptione. 38. Mascar. in tractatu de probationibus. parte. 2. cõclusione. 1032. De secundo vide eundem Mascardum vbi supra conclusione. 1031. Couar. in 4. cap. 4. parte. 1. §. 1. nume. 19. ex quibus videbis, vera esse dicta per Autorem in præsenti.

Ibi, *Marta vxor Gasparis ægrotasset.* Nota, quôd quando maritus negligẽs aut dolosus est in vxore curanda, amittit lucrum sibi á lege delatum ex bonis vxoris: de quo vide Laram in tractatu de alimentis ad §. siquis ex his á num. 28. Aliquid per Ioan. Garciam in tractatu de expensis cap. 3. à nu. 44. Boeri decis. 244. à nume. 11. Rolandum de Valle in tract. de lucro dotis, quæst 61. Caldas Pereira ad. l. si curatorem habens, verbo, *Sua facilitate*, á nume. 21. C. de in integrum restitutione minorum. Viuium in elegantí decisione 197. à nume. 14. Menoch. consil. 256. lib. 3.

## Additio ad Decisionem CLXXXVIII.

NOta decisionem hanc, quæ mihi vera videtur, in quantũ concludit, excquu-

exequutionem non posse fieri in bonis dotalibus vxoris propter debitum mariti, vel commune: & idem erit ê contra, licèt decisio non dicat, pro debito ipsius vxoris contracto post matrimonium contractum, licèt hoc in his regnis practicari non possit, quia mulier constante matrimonio non potest se obligare absque cõsensu mariti: de qua decisione, & de eius ampliatione, vltra Salic. & Imol. hic citatos, vide Bald. in l. 2. C. ne vxor pro marito, & Bald. Nouellum in tract. de dotibus, septima parte, priuilegio 18. Bertrandum cons. 9. à num. 1. & 2. lib. 1. Capicium decis. 128. per totam, & ex modernioribus Asiniũ in sua praxi ciuili, cap. 2. §. 3. limit. 43. Bellacombam lib. 7. communium, titu. 15. num. 56. qui allegat Guid. Pape dec. 447. Celsum consil. 7. à num. 5. Caualcan. qui Beroium & alios consulentes post Bal. allegat, decis. 31. à nume. 43. Aliquid per Parladorium lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. parte. 5. §. 3. à num. 42. Tandem communis resolutio est, quam in principio decisionis expressimus, & quæ semper practicatur, non solùm in bonis dotalibus vxoris, sed etiam in paraphernalibus, vt colligitur ex d. l. ob maritorum, & ex l. 1. C. ad. l. Iuliam de vi publica. Nec obstat. l. 1. de fundo dotali, hic allegata nam ad eam benè respondet Autor in presenti, & Baldus Nouellus vbi supra. Auctte tamen, quòd Autor in præsenti videtur sentire, quòd in commoditate bonorum dotalium pro vita mariti potest fieri exequutio, & hoc videtur sentire, dum creditorem, siue mauis possessorem bonorum dotalium condemnauit solùm in fructibus à die mortis mariti, quod videtur esse conforme decisioni tex. in. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci, quæ permittit pro vita possessoris cõfiscari bona prohibita alienari, de qua vide lutissimè Marcum Antonium Peregrinum in tractatu de iure fisci, lib. 5. à nu. 69. hoc tamen argumentum nihil valet, quia in dote contrarium dicit iudicatum Iulius Clarus post Aegidium Bosium, quem citat, in praxi criminali, quæstio. 771. à num. 15. & contrariũ tenet Palàtios Rubios in repetitione rubricæ. §. 59. num 2. Nihilominus vera resolutio est, quòd si bona mariti vendantur per creditores, & vxor non se opponat, quia creditores quibus adiudicata sunt bona dotalia, possident bona fide, non condenabuntur in fructibus perceptis, nisi à tempore mortis, vel melius a tempore litis contestationis. Si verò vxor se opponat, præfertur omnibus creditoribus, & nõ potest fieri exequutio in fructibus, ex praxi ordinaria, de qua mẽtionem facit cum Bernardo Diaz Olanus in antynomijs à Villalobos, lit. D. à num. 83. Ad primam partem distinctionis faciunt quæ de possessore bonæfidei cũ titulo inualida nota: Menoch. de recup. rem. 15. nu. 579. & nu. 593. Vide etiam de materia huius decisio & supra dictæ ampliationes. & ibi Bal. & Sali. in. l. 1. C. de priuilegio fisci & ad id q̃ decisio dicit de fide iussione, vide quæ dixi ad decis. 131. Ex quibus apparet, iustissimè iudicatũ in hac decisione, & sic iudicaretur in nostro regno si vxor lucra nõ acceptasset.

Postquam prædicta scripserã, inueni, quód Sfortia cons. 41. nu. 92. tradit cũ Autore hic, q̃ fructus debẽtur vxori rei alienatæ per maritũ à tẽpore mortis eius. Sed nihilominus tenco quod dixi quando emptor emit à viro bonafide, ex notatis p̃ Bar. & Imol. in. l. cũlex. ff. de fideiuss. & p̃ Cyn. Bald. & Salic. in. l. si prædium. C. de iure dotiũ, qui concludunt, q̃ vir in sui præiudicium potest vendere bona vxoris, & titulus non est reprobatus, & sic emptor erit bonæ fidei cũ titulo secus de ipsa vxore, quæ

vendere non potest, & titulus quem ipsa dat, est reprobatus, & ius resistit ei; vnde nil mirum si condēnetur etiā cum fructibus perceptis semper & ante litis contestationem: argumento l. quemadmodùm, in fine. C. de agricolis & censitis, libr. 11. & adde elegantem decisionem Pedemontanam Ossasci 160. per totam, & his omnibus adde elegans consilium Sfortiæ distinguentis 91. à nu. 14. lib. 1. Rolan. à Valle consi. 67. lib 4. per totum, & de fructibus generaliter Couat. libr. 1. variarum cap. 3. à num. 6. cum sequentibus & Ioan. Garciam de expensis c. 1. & 2.

## Additio ad Decisionem CLXXXIX.

AD hanc decisionem vide plures allegationes per Andream Tiraquel. in tract. de retractu lib. 2. §. 4. glos. 6. à num. 34 qui Bart. Bald. Paul. & alios infinitos allegat: & pro communi resolutione cum Bart. & Bald. in l. acceptam. C. de vsuris, tradit, quòd res depositata perit periculo eius, qui depositum iniuste petijt, & sic iustè perit periculo debitoris, & sic bene iudicatū est in præsenti decisione depositario decocto. Cui addè, quòd si Antonius creditor (qui impediuit restitutionem depositi fieri suo debitori) qui (supple debitor) consensit, vt debitum sibi solueretur, fuit in mora recipiendi, quia debibitor iusserat depositario vt sibi solueret, tūc periret ipsi creditori, & non iudicasset bene Præses, de quo hic. Ponderanda ergo est culpa aut negligentia creditoris in recuperando depositum.

## Additio ad Decisionem CXC.

DEcisio hæc probat, quòd contrahens nomine alieno vt nuntius, tenetur proprio nomine. Pārcat mihi dominus Gamma, quia licèt admodū doctus sit, nimis breuis fuit in hac decisione, substantiales allegationes omittendo. Adde ergo illi tex. & ibi. Bart. & Ang. in. l. seruum Titij. ff. mandati, tex. glo. Bart & omnes ibi in l. procurator qui pro euictione. ff. de procuratoribus tex. etiam in. l. prior. §. in eū, & ibi glo. ff. de administ. rerum ad ciuitatem pertinentium, tex. & ibi Bald. in. l. post mortem. ff. quando ex facto tutoris. Bartol. Ias. & Alciatum in. l. ciuitas. ff. si certum petatur, & Canonistas omnes, maximè Abb. in cap. constitutus, de fideiuss. & in cap. 2. de solutionibus, & vide Ioseph. Ludoui. decis. Lucana. 44. á nu. 1. Boe decis. 273. Socci. cons. 154. lib. 2. Paris. cons. 93. 94. nu. 35. lib. 1. Nattam cons. 641. num. 9. Socin. Iun. cons. 27. num. 6. lib. 2. Gomecium de Leon cent. 76. decisionem Genuæ de mercatura. 14. num. 64. quæ refert & allegat tex. in. l. fin. ff. de instit. action. & Alexan. cons. 44. lib. 2. num. 9. Deci. cons. 510. Paris. cons. 94. num. 35. & 93. lib. 1. & decisionem dictam num. 97. & decis. 76. nu. 5. Ex quibus conclude, quòd quando aliquis se obligat nomine alterius, aut aliquid facit nomine alterius, solùm tenetur ostendere se talem nuntium, aut procuratorē esse, & hoc ostenso, non remanet obligatus proprio nomine, quando contraxit apposito nomine officij, vt talis, nec potest conueniri à creditore, & finito officio liberatur. Si verò non ostendat mādatum, etiam si contrahat nomine alterius, tenetur proprio nomine. Si autem etsi habeat mandatum, simpliciter contrahit, non ostenso creditori, vel non significando illi quomodo contrahit, ilque solùm eius fidem sequutus est, tunc proprio nomine tenetur. Tandem si, etsi contrahat nomine alieno, vel excedat commissionem, vel

fidem suam etiam astringat; proprio nomine tenetur, aliás non: vnde apertè malè fuit iudicatum in hac decisione, cùm Antonius nomine absentis, & ostẽsa epistola ipsius, contraxerit, creditor que absentis fidem sequutus est, & sic mihi videtur, salua melius sentientis censura.

## Additio ad Decisionem CXCI.

ADde ad hãc decisionem Petrum à Bellapertica, Bar. Paul. Fulg. Odofred & Ias. Costalium & alios in l. si moram ff. de eo quod certo loco. Curt. Iunior. in l. vinum, num. 7. & ibi Deci. nu. 4. ff. si certum petatur. Augustinum Beroyũ conf. 200. lib. 1. per totum, & adde etiam elegans consilium Baldi. 474. lib. 3. Corne. conf. 145. col. pen. lib. 2. Soci. Iun. conf. 95. num. 12. lib. 4. & plures referendo Hippo. Riminaldum Inuiorẽ, qui ponit regulam cum ampliationibus, conf. 67. á num. 26. lib. 1. Vera distinctio est, quòd quando interesse debetur officio iudicis, cẽsetur remissum forte sola petita, & lata super ea sentẽtia, nisi sit potestatum, licèt de hoc ego consulendo dubitauerim: secus si iure actionis.

## Additio ad Decisionem CXCII.

VIde quæ dixi ad decis. 16. & ad decis. 70. & ad decisionẽ. 156. vbi tractaui de materia glo. vulgaris, de qua in dictis decisionibus, & de extrauganti ambitiosè de qua hic, & vide Valascũ consultatione. 95. per totam.

## Additio ad Decisionem CXCIII.

VIde de hac decisione, & de intellectu l. qui solidum. §. prædium, ff. de leg. 2. Barto. Bald. Menes. & scribentes omnes in l. quoties ab omnibus. C. de fideicõmissis. Nattam conf. 470. à nu. 3. lib. 2. & cum pluribus Molin. lib. 1. de primogenijs, c. 2. á nume. 1. cum sequentibus, & de doctrina glo. in l. pater. §. Iulius Aggrippa. ff. de leg. 3. quam hic citat Autor, vide Molinam dicto lib. 1. cap. 6. num. 3. Menes. in l. voluntas, num. 15. C. de fideicõmissis. Burg. de Paz in proœmio legum Tauri, à nu. 552. & de doctrina Oldradi conf. 21. vide eundem Molinam dicto cap. 6. á num. 16. Menoch. conf. 85. á num. 46. lib. 1. Petram de fideicommissis, quæstione. 9. á num. 235. Crauettam conf. 935. lib. 5. Marzari. conf. 4. & cum infinitis Antonium Tessaurum decis. Pedemonta. 248. á num. 7. de hac doctrina Oldradi in pluribus huius libri decisionibus tractaui, & Ioseph. de Rusticis, & alios infinitos citaui. Communis conclusio est, quòd iure communi, deficientibus consanguineis, bona libera efficiuntur. ex d. §. prædium, & decisio præsens obtinet ex consuetudine regni Lusitaniæ: & quo ad doctrinam dictæ glossæ, quòd non obtinet in maioratibus, nec in fideicommissis perpetuis, in quibus tractatur de conseruatione familiæ & agnationis: & quo ad doctrinã Oldradi, quòd vera est, nisi graues cõiecturæ existant in contrarium, ex quibus appareat, quòd testator voluit inducere fideicommissum, aut maioratũ perpetuum: nec erit coniectura sufficiens, vocatio consanguinei proximioris & maioris in defectum liberorum, vt in proprio casu consului: quod extendit Aluarus, Valascus consulatione. 82. etiam si imponatur onus anniuersarij, in quo casu contrarium soleo tenere, vt dixi decisio. 30. & in meis practicis quæstionibus, quæstione. 13. & 14.

## Additio ad Decisionem CXCIIII.

DE quæstione vsurarum an sit iudex, competens secularis, bene distinguit prælens dicisio, de qua vide vltra Couar. & alios hic citatos, Carolum de Grassalijs lib. 1. Regalium Franciæ, iure. 13. & Iaſ. in. l. quoties, nu. 6. C. de iudicijs. Stephanum Aufrerium in Clementina. 1. de officio ordinarij, regula 1. fall. 4. Didacum Perez in. l. 4. titu. 8. col. 1102. lib. 3. ord. Auend. in. cc. præto rum. 2. parte, c. 29. à num. 11. Iuli. Clar. in praxi criminali. quæst. 37. verſ. quæro igitur Gutierrez in tract. de iuramẽto confirmatorio. 1. parte. c. 2. à nume. 30. Azeued. in l. 1. á num. 186. tit. 21. lib. 4. Rocopilat. Communis resolutio est, quam decisio tradit, quòd si versatur quæstio facti, est competens secularis; si verò quæstio iuris, est competens ecclesiasticus, & non secularis: & rectè Senatores iudicarunt in præsenti decisione.

## Additio ad Decisionem CXCV.

NVm. 1. De materia huius decisionis, quando hæres teneatur de euictione legatario, & quando testator videatur legare ius quod habet in re, vltra hic citata, vide Ancha. & Imol. Couar. & alios in c. filius noster, de testamẽtis. Barto. Cuman. Imol. & Arerin. in. l. si domus. § de euictione, post glo. & tex. ibi. ff. de leg. 1 tex. & ibi Alber. in l. cum pater. §. euictis prædijs. ff. de leg. 2. Anton. Gometium tomo. 1. de vltimis voluntatibus, c. 12. à nu. 13. Menchacam in tract. de succesio. creatione, lib. 3. §. 27. à num. 40. Tobiam Nonium conſ. 30. á nu. 3. latissimè Michaelem Crassum in tract. sententiarum. §. legatum. quæst. 14. Latissimè etiam & melius disputauit Menoch. in tract. de præsump. lib. 4. præsump. 116. per totam. & 117. & 118. Manticam in tract. de coniecturis, lib. 9. tit. 9. Tandem vera resolutio est, quam decisio assignat, quòd testator habens ius in re legata, vel partem non censetur legare nisi ius quod habet in re, etiã coniunctæ personæ: nec hæres de euictione tenetur: & sic bene decisit Senatus in præsenti. Cui adde, quòd idẽ esset, si testator putasset rem esse suam ex aliquo titulo particulari, quem expresit, vt probat tex. hic citatus: & sic est intelligenda glo. quam Bart. Imol. Aretin & omnes ibi sequũtur in d. §. de euictione, & in. l. rem alienam, vbi Corneus C. de legatis. Secus si in genere suã putassent, puta quia ex successione parentum sibi obueniſſet, aut alias; & ita iam sic consului, & obtinui.

Num. 2. Quando vsufructuarius teneatur ad debita testatoris, & possit cõueniri, vide Paulum de Castro in. l. fin. §. sin autẽ. C de bonis quæ liberis. Guillel. Benedictum in repetitio. cap. Raynutius, de testamentis, verbo. (*cætera bona*, num. 43. Alexan. in. l si filio §. si vir. ff. solut. matrimo. Barbat. conſ. 63. lib. 3. Deci. conſ. 485. & 536. nu. 13. & 590. & videndus est dilectus de arte testandi, titulo de legatis, cautel. 42. Couar. lib. 2. variarum, c. 2. num. 4. Petrus Pechius de testamentis coniugum lib. 5. c. 9. nu. 6. Caualcan. in tract. de vsufructu mulieris, à num. 210. & 211. Rol. Valle conſ. 8. lib. 2 & cum infinitis adde Crassum in tract. sententiarum. §. legatum, quæst. 35. per totam, & cõtra Bart. est communis resolutio, quòd vsufructuarius omnium bonorum, non tenetur ad debita soluenda, sed hæres; ipse tamen hæres debet deducere ex bonis, ante quam vsufructuario tradas; imò si exequutetur, potest nominare bona existen-

existētia apud vsufructuarium: de quo vide Parladorium lib. 2. rerum quotidianarum, c. fin. par. 4. §. 2. á nume. 6. & Ioan. Garciam de expensis, c. 11. á nu. 6. Ego ex æquitate, & vt euitetur inutilis circuitus, putarem practicandam Bartoli opinionem, etiam in via exequutiua.

Num. 2. ibi, *Vt habeant regreßum de euictione.* Vide quæ habes ad decisione. 101. vbi diximus, solùm emptorem, aut qui loco emptoris est teneri facere diligentias de quibus hic.

Nu. 3. Vide Couar. in practicis quæstionibus. c. 13. num. 6. Molinam latissimè in tract. de primogenijs lib. 4. c. 8. per totum. Ex quibus omnibus appareret, quòd benè iudicatum est in præsenti decisione.

## Additio ad Decisionem CXCVI.

HAEc decisio cõtinet duas conclusiones. Prima est, quôd testamento existente nullo, eo quia hæres non est nominatus, legata debentur, & debent soluere hæredes ab intestato. Secunda, quòd nominans ad emphiteosim, non potest imponere grauamen nominato. De prima vide glo. & D D. & ibi Bolognet. in l. 1. num. 124. ff. de leg. 1. Mencha. de succes. creatione. lib. 2. §. 27. á num. 124. Iul. Clarum lib. 4. sententiarum. §. testamentum, quæst. 51. Cephal. cons. 585. num. 34. lib. 4. Villalobos in communibus, verbo, *Legatum*, num. 23. & verbo, *Testamentum*, à num. 45. Crassum in tract. sententiarum. §. legatum, quæst. 67. Couar. in c. relatum, de testamẽtis. Matien. latissimè in l. 1. glo. 14. tit. 4. lib. 5. recopilat. & glo. 10. Couar. etiam in c. Rainaldus. §. 3. nume. 11. de testamentis, Anto. Gomez. tomo. 1. c. 12. num. 11, Bernard. Diaz reg. 411. & cum pluribus Azeued. in d. l. 1. nu. 86. cum sequentibus. Tandem iure communi regulá generalis erat, quòd legata non debebantur, nisi adiecta esset clausula codicillaris. Hodiè tamen in nostro regno, si testamentum solenne sit ex numero testium & rogatione, alijsque solennitatibus, de quibus in d. l. 1. etiam si non habeat institutionem hæredis, nec adiecta sit clausula codicillaris, debentur legata. Vnde in terminis iuris communis, si non adiecta fuit dicta clausula codicillaris, & testator voluit facere testamentum, malè iudicauit Senatus: sed tamen vt saluemus eius decisionem, intelligamus, quòd si hæredem non instituit, voluit codicillum facere, vt dixerunt Bald. & Paulus hic citati. De secunda vide quæ diximus decis. 5. & 8. & 26. & decis. 70. & adde his quæ dicit Autor num. 1. quòd mihi persuaderi non potest, quòd etiá si testator non nominasset alium hæredem, videretur nominare vxorem, per illa verba sua testamentaria, quæ contrarium designant: & tunc fuisset testamentum & non codicillus, contra decisionem Senatus *in præsenti*. Nec iura quæ allegat, id probant, ideò nõ est curandum de sua subtili annotatione, sed intelligenda est decisio Senatus, vt dictum est.

## Additio ad Decisionem CXCVII.

HAEc decisio est clara, de qua vide Bald. in l. ex his prædijs, & l. si prædium. C. de euictionibus, & vide Ferraram in sua praxi tit. forma libelli in causa venditionis, verbo, *Perticarum centum*, num. 3. vbi additio allegat Osascum decis. Pedem 24. nu. 3. & Minsingerium cent. 1. obseruatione. 37. Becium cons. 106 à num. 11. lib. 1

## Additio ad Decisionem CXCVIII.

Vide

VIde de hac decisione quæ habes ad decisionem. 66. &. 95. vbi est eadē decisio, cùm præsenti, & latè materiam tractantes allegaui.

## Additio ad Decisionem CXCIX.

HAec est singularis decisio, & cōclu dit, quod crēditor potest obtinere exequutionem pro suo credito in re, su per qua inter debitorem suum & alium litigatur; saltim in actione quam debitor habet, etsi litigiosam, non obstante litis pendentia, & ea etiam non obstā te, potest cedere tertio ius suum sibi adiudicatum, qui liti se opponere poterit, & excludere debitorem, & transactionem cum collitigante facere, non obstante litis pendentia. De qua conclusione vide glo. in l. fin. verbo, *Transactionis*, C. de litigiosis. Marcum Anton. Nattam cons. 401. à num. 2. lib. 2. vbi agitur de transactione facta à tertio cum collitigante, & Lanfrancum decis. 86 & vide tex. in l. alienationes, & ibi Bald. & Florian. ff. familiæ hercis cundæ. Tiraquel. in tract. de retractu. lib. 1. §. 36. glo. fin. num. 2. Aemilianum cons. 51. num. 20. Robertum Lancelo. in tract. de attentatis. 2. parte. c. 4. limit. 8. & in præfatione, à num. 467. &. 473. & limit. 21. à num. 20. &. 3. par. cap. 22. â num. 20. Ex quibus videbis, quòd alie natio necessaria potest fieri lite pēden te absque vitio litigiosi, & non reuocatur tanquam attentata, & sic vera est decisio Senatus, quidquid Autor in cōtrarium dicat: & de ordine prætermisso in exequutione, vide quæ dixi ad decisionem. 40.

## Additio ad Decisionem CC.

ADde huic decisioni, quæ diximus ad decisionē. 188. & pondera eam quia in fructibus rei dotalis permittit fieri execquutionem pro debito cōmuni, viri & vxoris, allegādo Bal. & Salic. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. sed Bald. & Salicet. nihil tale dicunt, imò totum contrarium sentiunt, dum dicunt, quòd non potest fieri, quia dos debet deseruire oneribus matrimonij, & contrarium etiam sentit Alexand. in l. à diuo Pro §. in venditione, num. 27. & ibi immola nu. 12. & laſ nu. 20. ff. de re iudicata & contrarium etiā tenet Rebuffus in. 1. tomo ad. ll. Gallicas, tit. de literis obligatorijs, artic. 2. glo. 1. num. 99. allegat Guid. Papæ. Baldum Nouellum, & Brunum. In praxi tamen, vt Rebuffus ait, quando debitū est commune viri & vxoris, contrariū seruatur intellige in bonis lucratis constante matrimonio, & sic loquātur practica, licèt si ipsa lucra acceptet, de omnibus soleat soluere soluto matrimonio. Imò & in praxi si ipsa sit obligata cum marito, de omnibus soluit. Sed est propter virtutem iuramenti, quod solet apponi, quando ipsa obligatur. De quo vide Auend. responso. 20. Palatios in repetitione rubric. §. 66. num. 71. & sic procedet decisio Senatus in præsenti, quæ in terminis iuris communis falsa erat: & ita etiam tenet Ioan. Garcia in tract. de acquæstibus. num. 149. Azeued. & Matiençio in l. 9. Azeued. nume. 16. Matiençio glo. 2. tit. 9. lib. 5. recop. & idem in l. 3. glo. 7. d. titu. 9. lib. 5. recopilation.

## Additio ad Decisionem CCI.

NVm. 1. De probatione filiationis dixi in additionibus ad decisionem. 152.

Num. 2. Nota, quòd qui excessum in alimentis aut in arrhis datis, aut in dote promissa, aut in qualibet alia re allegat,

gat, probare tenetur: de quo vide Gigantem de pensionibus, quæst. 9. num. 9. Anton. Gomecium in l. 51. Tauri à num 15. Couar. lib. 2. variarum, cap. 6. nu. 6. & 7. Baezam in tract. de non meliorandis, c. 36. à nu. 15. Pelaez de Mieres in tract. de maioratibus, parte. 1. q. 51. num. 2. Matienzum in l. 2. glo. 2. nú. 7. & ibi Azcued. num. 18. tit. 2. lib. 5. recopilat. Gutierrez in tract. de iuramento confirmatorio. 1. parte, c. 1. num. 21. Ayoram in tract. de partitio. 2. parte, c. 7. à num. 27. omnes hi concludunt, ꝙ quando reus est in possessione dotis, arrharum, meliorationis & alimẽtorum, actor qui allegat excessum cõtra leges Regias, probare tenetur, & sic practicatur.

Num. 3. Quando spurio possit legari pro alimentis, vide l. 10. Tauri, quæ est. l. 6. tit. 8. lib. 5. recopil. & ibi Matienzum glo. 1. maximè nu. 10. de taxatione alimentorum, quæ spurio dari debent, & ibi alios; vide etiam Anto. Gomec. in d. l. 10. & Tellum Fernandez á num. 3. Ceruantes à num. 66. Ioan. Lupium in repetitio. cap. per vestras, notabili. 3. §. 9. à num. 14. Greg. Lup. in l. 5. verbo, *Que suben*, tit. 19. part. 4. Couar. in. 4. 2. par. c. 8. §. 6. à num. 6. Didacum Perez in. l. 22. tit. 3. col. 163. lib. 1. ord. Rojas in tract. de successionibus ab intestato. c. 21. Molin. lib 2 de primogeniis c. 15. à num. 41. Baezam in d. tract. de non meliorandis, c. 8. num. 28. Larã in tract. de alimẽtis, ad §. idem rescripsit. à num. 1. cum sequentibus. Doctorẽ Spino in tract. de testamentis in rubrica, á num. 64. Ioan. Graciã in tract. de expensis, c. 3. & ex exteris vide latissimè Anto. Gabriel. in suis communibus conclusionibus, tit. de alimentis, cõclusione. 1. à num. 7. cum sequẽtibus. Tandem magis communiter concluditur, quòd alimẽta debẽtur spurio secũdum quãtitatem & possibilitatem substãtiæ patris, computatis alijs præcisis obligationibus, & qualitatem & dignitatẽ ipsius filij spurij, non patris, licèt qualitas patris aliquid addat filio spurio, quod doctores non considerarunt, & non solùm secundùm præcisam indigentiam naturæ, vide elegans consiliũ Cephali. 498. per totum, & á num. 33. lib. 4. In his regnis ex d. l. 10. nõ possunt quintum excedere, imò nec totũ quintum spurio potest dari, si fit excessiuũ, vt magis communiter doctores tenẽt, licèt plures contradicant: & pro hac opinione facit præsens decisio, quæ singularis est, & bene iudicatum per eam, vt constat ex dictis allegationibus.

## Additio ad Decisionem CCII.

DE remedio legis Diffamari, de quo hæc præsens decisio agit, plura accommoda diximus in additionibus ad decisionem. 6. vbi quãdo successor maioratus, fideicommissarius, substitutus possint intẽtare dictum remedium ante euentum conditionis, diligenter explicauimus: interim vide de hoc remedio in causa status Hieronymũ Scurfut cons. 15. Matthæum Vvesembechiũ cons. 96. lib. 2. per totum. Ioan. Graciã in tract. de nobilitate, glo. 47. à num. 9. Otaloram in eodem tract. 2. parte, c. 1. à num. 6. Anton. Gabriel. lib. 2. communium conclusionum, conclusio. 6. Mihi certè decisio hæc, si filius se iactabat patrem ignobilem esse, & ideò futurũ suum hæredẽ, ex lege Lusitaniæ, periculosa, ne dicam falsa, videtur, cum Gamma hic, qui idem sentit; sed propter autoritatẽ tanti Senatus, quia hinc inde sunt opiniones, admittenda est, tanquam probabilis, nisi ex iactationibus damnum imminere patri probaretur; tunc enim sequenda non est.

Additio

## Additio ad Decisionem CCIII.

DE hac decisione diximus ad decisionem 46 quæ cum ea concordat, & quæ magis amplè materiam huius decisionis tractat.

## Additio ad Decisionem CCIIII.

CVm hac decisione concordat decisio Lusitana. 19. Vide quæ ibi diximus; Autor enim eandem opinionem hic & ibi defendit, & contra Aluarum Valascum dicit secundùm eam semper iudicatum.

## Additio ad Decisionem CCV.

ADde huic decisioni Alexand. post Bald & Salic. in l. pretia rerum, á num. 11. ff. ad. l. Falcidiam, & Grammaticum consi. ciuili. 35. nume. 4. Pinel. in l. 2. de rescind. vend. part. 3. à num 12. & omnino Mascard. in tractatu de proba. tio. 2. par. conclu. 656. à nu. 41. cum præcedentibus & sequentibus. Magis communis opinio est, quòd testis qui nõ deponit de æstimatione cõmuni, nõ probat pretium; nisi in capitulis, sive mauis interrogatorijs, sit articulatum de eo, & ipse simpliciter respondeat: nã tunc sua responsio intelligitur secundũ interrogata, vt decisio hic dicit.

## Additio ad Decisionem CCVI.

NVm. 1. 2. & 3. Vide quæ latè diximus decis. 8.

Nu. 4. Adde quæ dixi ad decisionem 166. & 185.

Nu. 5. Adde de materia, quòd tẽpus ad solutionem legitimæ debeat considerari, & an soluta in vita augeatur ex bis patris facultatibus, Berengarium Fernandum in. l. in quartam, á nume. 122. ff. ad. l. Falcid. Couar. in capit Rainutius. §. 1. à nu. 8. de testa. Xuarez, & ibi Valdes in additionibus, in l. quoniam in prioribus, & ãpliatione. 4. á nu. 4. C. de inofficio. testamen. Deci. consi. 19 in fine lib. 1. Socin. Iun. consi. 51. num. 6. lib. 1. Menoch. consi. 71. num. 7. lib. 1. Fabiũ Turretũ cõs. 97. nu. 67. lib. 1. Crassum in suo tract. sententuarum. §. legitima, quæst. 11. & quæst. 13. & concluditur, vt per Autorem hic, cum certis limitationibus, quas ibi vide.

Num. 6. 7. 8. De libello inepto vide Cagnol. in. l. 2. num. 29. C. de edendo. Felin. in c. 2. á num. 35. de rescript. Alexan. consi. 121. nu. 4. lib. 1. & 137. num. 3. lib. 2. Deci. consi. 62. Hiero. Gabriel. consil. 47. num. 2. & 37. lib. 1. Crauet. cõs. 7. & 151. lib. 1. Vantium in tract. de nullitatibus, tit. quot. & quibus modis, à num. 103. & de nullitate processus, à num. 26. Rolan. consil. 59. num. 8. & 79. nu. 38. lib. 1. Cõtardum in tract. de nouẽtanea possessione, quæst. 13. à num. 46 Rim. Iun. consi. 325. à num. 7. lib. 3. & 203. à num. 89. lib. 2. Bursat. cons. 27. nu. 2. lib. 1. Fab. Turret. consil. 46. num. 5. & 48. â nu. 2. lib. 1. Ioan. Bottam consil. 69. á num. 32. In his regnis dum constet ex actis processus de veritate, & de eo quod actor intendit petere, licet nõ bene nec formaliter, inò nec specificè petat, non curatur de hac ineptitudine, ex. l. ordinamenti, recopilata in. l. 10. tit. 17. lib. 4. recopilation. de qua vide ibi Azeued. latè.

Num. 9. Vtrum facultas nominandi successorem, á conditore maioratus data primo vocato, censeatur in alijs successoribus repetita, ita quòd semper succedatur per viam nominationis? hæc decisio decidit, quòd sic, ex voluntate testantis, qui alias particula

res

res vocationes nõ fecit: quotidie in praxi contingit, & est optima & singularis resolutio cui adde quæ de repetitione conditionum notat latè Menoch in tract. de præsumptionibus lib. 4. præs. 178. & 179. & 169. à nu. 22. & 47. à nu. 7. & Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 2. interp. 4. dub. 2. fol. 2. quasi per totam.

Num. 10. 11. 12. 13. Nota, quòd in dubio debet ita declarari voluntas testatoris, ne reddatur inutilis, sed aliquid operetur; de quo vide Manticam in tract. de coniecturis lib. 3. titul. 2. & lib. 12. tit. 17. & lib. 6. tit. 14. Simonem de Pretis in eodem tractatu, lib. 1. interp. 2. dubit. 2. Menoch. de præsumpti. lib. 5. præsumptio. 474. Aluarad. de coniect. lib. 3. cap. 2. §. 4. à num. 3. & lib. 2. cap. 3. §. 1.

Num. 14. Vide Simonem vbi supra num. 223. vbi de dictionibus relatiuis & Menoch. d. num. 22. & d. num. 7.

Nu. 15. De dictionibus repetiuis vide eũdem Simonem. d. interpretatione. 4. lib. 2. dub. 2. fol. 2. à nu. 134. & lib. 4. interpret. 1. dubio. 10. & Menoch. de præsumptio lib. 4. præsumpt. 180.

Num. 16. Vide quæ diximus ad decisionem secundam.

Num. 17. Adde Rip. in l. fin. de reuocandis donatio. quæst. 45. num. 151. Antonium Gometium in tom. 1. de vltimis voluntatibus capit. 12. à num. 55. Rimin. instituta de donat. in principio à num. 412. Crassum in d. lib. sententiarum. §. legatum, quæst. 78. à nu. 4. Mãticam in d. tract. lib. 12. tit. 5. Menoch. de præsum. lib. 4. præs. 170. apud quos est resolutio cõmunis & vera, & quæ pluribus iuribus probatur, quòd legatum reuocatur per inimicitias superueniẽtes; sed vereor quòd Autor male applicauerit casui hanc resolutionem, cum Mendius de Brito non fuerit legatarius, nec vt talis prætendebat succedere in vinculo, sed potius ex vi legis, & quia consanguineus erat, & deficiebant alij consanguinei descendentes à primis vocatis, & ne res exiret de familia, nec inimicitiæ ortæ fuerãt post testamentũ. Sed quidquid sit, licet non hac ratione, tamen iuste fuit excluſus, quia vltima possessor alium nominauit, & poterat quemlibet etiam extraneum nominare; vnde non incõuenit quòd nõ esset de familia fundatorum.

Num. 18. Adde Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, nu. 50 de const. Deci. consil. 474. col. 1. Rol. Valle consi. 15. num. 21. lib. 1. Iacobum Berretam consil. 96. num. 6.

Num. 19. 20. 21. 22. Vide quæ dixi decis. 193. & ex ibi dictis conclude, q̃ vltimus de familia potest nominare extraneum ad maioratum, vel fideicommissum, vel eum instituere hæredem, aliâs si alij reperiantur de familia, non potest id facere, nec tale practicatur in his regnis, & malè se fundauit Gammain hac conclusione communi, de qua ibi, quæ non procedit in bonis fideicommissi perpetui, melius se fundasset in præcedenti ratione.

Num. 23. Vide quæ latissimè dixi ad decisionem. 7. vbi cõclusi, quòd in praxi seruatur opinio, quòd proximitas attendatur respectu vltimi possessoris, & non dotatoris, sed debet talis proximus esse de parentela dotatoris, vt ibi diximus vnde si Smaragdus, de quo hic, non erat de illa parentela, malè se fundauit Autor in dicta resolutione communi.

Num. 29. Adde Ang. consi. 52. Roman. consi. 168. vbi Mandosius in addit. verbo, *Persona*, Alexan. & DD. in l. 1. §. veteres ff. de acquir. possess. Marantam disp. 10. à num. 16. Matthæ. de Afflictis decis. 178. num. 4. Menoch. in tract. de succeſſ. creat. lib. 2. §. 18. requisito

sito. 29. limita. 1. num. 177. part. 1. Burſat. conſi. 344. num. 49. lib. 4. Craſſum dicto libro ſententiarum. §. ſucceſsio ab inteſtato, quæſt. 10. in fine. Gutierez in repetitione capit. quanuis pactum, verbo, *Omnino*, num. 7. de pactis in 6. ex quibus colliges, verum eſſe quod dicit Autor in hoc nu.

Num. 30. & 31. Vide Molin. lib. 3. de primogenijs capit. 8. in principio Becium conſ. 14. num. 15. & 33. num. 1. & 84. num. 11. lib. 1. Rugeri. conſ. 48. num. 141. lib. 1. & 21. nu. 39. lib. 2. & 56. num. 31. lib. 1. & conſi. 1. num. 94. lib. 1.

Ex quibus omnibus colligè, q̃ Senatores in præſenti deciſione bene iudicarunt, admittẽdo patruum nominatũ ab vltimo poſſeſſore, ad anniuerſarium, de quo hic, etiã ſi non eſſet de familia fundatorum, nec de deſcendentia nominatorum: ex eo quia ex prima fundatione poſſeſſores poterant nominare etiã extraneũ, & non ex rationibus de quibus hic per Autorẽ, quæ ſolum militarent, ſi nominatus eſſet etiã de familia fundatorum, & non aliàs.

## Additio ad Deciſionem CCVII.

NVm. 1. Adde quæ dixi ad deciſ. 89.

Nu. 2. Adde c. fin. & ibi Felin. de maiorita. & obedientia, & Bald. in. l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. Marian. Socin. in tract. de citatione, art. 5. quæſt. 1. Deci. conſi. 445. col. 8. Alexãd. conſi. 80. lib. 2. Barthol. Soci. conſil. 11. nu. 3. lib. 4. Hipp. ſing. 30. & 75. Crauettã cõſil. 408. nu. 33. lib. 3. & 481. nu. 24. eo. lib. & 845. nu. 1. lib. 5. Xuar. de Paz in ſua praxi, tomo. 1. par. 1. tẽpore. 3. nu. 39. Concluditur vt per Autorem hic.

Num. 3. Adde Præpoſitum & Alex. de Næuo in cap. veniens. 1. de ſponſalibus, & Menoch. de recup. rem. 1. à num. 370. cum ſequentibus, qui concordant cum Autore in præſenti.

Nu. 5. Adde Vãtium in tract. de nullitibus, tit. de nullitate ex defectu iuriſdictionis ordinariæ, à num. 54. cum ſequẽtibus & in tit. coram quo nullitas, num. 22. Menoch. de arb. lib. 1. quæſt. 38.

Num. 6. Adde Menoch. & Vanti. vbi ſupra, & Mariam Riminal. conſ. 691. & 675. nu. 9. &, 670 nu. 12. lib. 4. Franciſcum Becium conſ. 40. nu. 7. Azened. in. l. 6. nume. 7. tit. 17. lib. 4. recopil.

Num. 7. Vide Gregor. Lopez in. l. 6. verbo, *Quier que ſea*, tit. 5. part. 5. Decium cõſil. 340. Menoch. de ſucceſsio. creatione. §. 11. num. 3. Anton. Gomez in tomo. 2. de contractibus, cap. 2. num. 17. Dida. Perez in. l. 3. col. 1055. titu. 8. lib. 3. ord. Matientço in. l. 2. gloſ. 7. nu. 2. titu. 16. lib. 5. recop. Rimin. Iun. conſil. 51. lib. 1. Maſſuerum ad praxim Ferrariæ, tit. de forma libelli in cauſa vendi tionis, verbo, *Vendidit*, glo. verbo, *quòd ſcriptura apparet*, & licet cõmuniter cõcludatur contra aliam cõmunem, quòd contractus cenſetur factus in ſcriptis, quando partes cõueniunt q̃ de contractu fiat ſcriptura, licèt non adijciatur quod aliàs contractus ſit nullus: & hanc opinionẽ videatur approbare dicta lex Partitæ, & lex Luſitaniæ, de qua hic; Matienço tamẽ in dict. l. 2. defendit, quòd contrahentes ante confectam ſcripturam pœnitere non poſſunt, ſed tenentur contrahere per ſcripturã, & ad id cõpelli poſſunt, ex d. l. 2. Quæ opinio, quando contrahentes ſunt maiores, vel alij qui abſque ſcriptura contrahere poſſunt, probabilis eſt, & ſeruaretur in praxi: in minoribus tamen & mulieribus, Eccleſijs & Monaſterijs, qui debent contrahere cum ſolennitatibus, non. Cogita.

Num. 8. Adde Burſ. conſi. 45. nu. 10. lib. 1. Peregrinum in tract. de iure fiſci, lib. 5. tit. 1 à num. 174.

Num. 9. Adde Alexan. conſi. 23. nu. 5, & 75. nu. 15. lib. 1. Paul. conſi. 56. lib. 1.

Curt,

Curt. Senio. consil. 6. nu. 32. Nellum in tract. bannitorum. 1. parte. 2. tempore quæst. 18. 30. 31. Deci. cons. 438. &. 442. &. 445. &. 235. col. 7. Socin. cons. 275. num. 18. lib. 1. Ruin. cons. 123. lib. 4. Peregrin. vbi supra num. 132.

Quo ad materiam principalem præsentis decisionis, accedo opinioni Gãmæ, quòd Beatrix Homen vxor secunda Antonij Lopez, in totum fouebat iustitiã, & debebat audiri contra executionem sententiæ latæ contra dictum Antonium, & in fauorem primæ vxoris, quia ei non præiudicabat: & quia bona fide contraxerat, debebat lucra nuptialia, & alia communia consequi, tanquam vera vxor, vt dixi in dicta decis. 89.

## Additio ad Decisionem CCVIII.

DE materia huius decisionis vide Bald. in. l. 1. in fine. C. de iure dotiũ. Alex. cons. 67. lib. 2. & vera est præsens decisio.

## Additio ad Decisionem CCIX.

DE materia huius cõsilij vide latissimè per Menoch. in tract. præsum sumptio. lib. 4. præs. 173. nu. 24. præsum. 8. num. 22. &. 165. num. 28. &. 166. per totam. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. testamentũ, quæst. 94. & 95. Couaru. in rubi. de testa. part. 2. à num 10. cum sequentibus. Anton. Gab. lib. 2. communium conclusionum, tit. de iureiurand. conclusion. 1. nũm. 8. Emanuelem Xuarez in suis cõmunibus, verbo testamẽtum á num. 60. Crassum in suo lib. sententiarũ. §. testamẽtũ. quæst. 86. 87. 88. 89. 90. Doctorem Spino de testamentis glo. 30. hi omnes tractant latè materiam, quando per vltimum testamentum derogetur primo, & de virtute clausulæ derogatoriæ: & ex per eos notatis ad præsentem decisionem, concludo, quod si ex actis processus constitit, quôd intentio testantis fuit derogare primis testamentis, & decedere cũ vltimo, benè iudicauit Senatus, nõ obstante clausula derogatoria, de qua in primo, licèt de ea indiuidua mentio facta nõ esset: sin minus, malè, & verior erat sententia Gammæ, cõtra cuius votum iudicatum est: tum etiam si in illo vltimo testamento approbatum fuit primum, aut aliquid eius, id seruari debebat, quia iudicatur de tenore vltimi testamenti, ex adductis per Gammam hic, & per Iul. Clarum. d. §. testamentũ, quæst. 36. Couarru. in. cap. cum tibi, nu. 5. de testamentis. Menoch. de succes. creat. §. 17. num. 53. Xuarez ad Gomez. lib. 1. variarum cap. 2. num. 6. Anton. Gab. lib. 4. communium cõclusionum, tit. de testamentis conclusione. 11. num. 3. Cras. d. libro. §. institutio. quæst. 16. Concordat elegans consilium Alberti Bruni. 1. num. 81.

## Additio ad Decisionem CCX.

DE testamento facto tempore pestis diximus ad decis. 81. quibus ad de Paris. cons. 33. nu. 48. lib. 2. Menoch. de succes. creatio. §. 24. num. 23. Ioan. Annibal, in rep. l. nemo potest. num. 22. de leg. 1. Spino de testamentis glo. Rubricæ, par. 3. num. 6. ex quibus, & ex dictis dicta decisio. 81. bene iudicauit Senatus in præsenti, quia iudicauit secundùm magis communem opinionem, de qua vide Tellum Fernandez in. l. 3. Tauri. 1. part. á num. 6. qui distinguit & dicit de rigore iuris non procedere dictam resolutionem: quod & nos diximus in d. decis. 81. sed in praxi seruanda est, & vide etiam Mascard. de prob.

3. par.

3. part.conclu.1353. à num.16. cum sequentibus.

## Additio ad Decisionem CCXI.

ADde huic decisioni text.in.l.inciuile,& ibi gl. Bald. Salic. Cyn. Fulgo. & alios. C. de rei vendicatione, & text.in.l.ea cõditione. C. de rescindenda venditione,&eleganter Fulgos.nu. 7.in.l.si vt proponis.C.de condictione ob causam. Ioan.Mariã Riminaldum, qui quasi in terminis huius decisionis loquitur, cons. 222.lib.2 Anto.Gomezium tom.2. de contractibus c.2.num. 30.in fine, & cum Corneo in pluribus consilijs Emanuelem Xuarezlib.4.cõmunium resolutionum tit.30.num. 13. Arias Pinelum in. 2.parte rubri. de rescind.vend.num.27.qui in præcedentibus & sequentibus latè egit de conciliatione text. in.d.l. ea conditione, cum text.in.l.cum te.C. de pactis inter emptorem, & ad id quod dicit Autor de sua lege regni Lusitaniæ, adde in nostro regno.l.58.tit.5.part.5.& ibi Greg. & resolutio vera est, quòd quando non apponitur pactum resolutorium venditionis, in casum quod emptor pretium non soluat, si venditor habeat fidem de pretio, dando illi dilationem, etiam si sit de vno die,vt dicunt Cynus & Fulg.in d.l.inciuile,nõ potest agere ad rescissionem contractus, sed solum ad solutionem pretij. Si verò emptor non adimpleat alias conditiones positas à venditore vltra solutionem pretij,quæ magis quã pretium valent,& ob quas venditor minoris vendidit,si fuerunt causa finalis vendendi,aliàs vẽditore non vendituro, eis non adimpletis,potest agere ad rescissionem contractus: sin minus & venditor aliàs esset venditurus pretio numario,sed in gratiam emptoris adiecta sunt, solùm agit ad implementum earum actione ex empto, vt per Fulg.in.d.l.si vt proponis, & confirmat d.l. 58. vndè benè iudicarunt Præses & Gamma in præsenti.

Nu. 2. Adde de purgatione moræ elegantem. l.36.tit.11. part.5. & Greg. Lopez in.l.8.glo.2.titu.14.part.5.Matienço in. l.7. glo. 3.titu.4.lib.5.recop. Olanum in antynomijs ad Villalobos, lit. M.á num. 59.vbi de intellectu illius legis partitæ agit; & resolutiones iuris communis vide per Menoch. in tract.de arbitr. iud. lib.2. cent. 2. casu. 220.à nu.44.Osascum decis. Ped. 130. Anto.Gabr.lib.3.suarum resolutio.tit. de transactio.conclusione.1. Præsidem Anto. Tessaurum in suis nouis decisionibus Pedemontanis decis. 77.&.212. communiter [illegible] de æquitate admittitur moræ purgatio intra modicum tempus iudicis arbitrio, dummodo ius aduersarij non sit factum deterius, & sic bene iudicauit decisio præsens.

## Additio ad Decisionem CCXII.

ADde huic decisioni Cravet,consil. 151.num.8.lib.1.Rol.à Valle consil.59.lib.1.Menoch.cons. 110.nu. 202. lib.1.Anton.Gabr.lib.3.conclusionum, titulo de emptione & venditione conclusion.1.à num.11.Caualcan.in tract. de tutore,à num.78. Mauritium in tractatu de restitutione. cap. 289. & cum pluribus Sfortiam in tract. de in integrum restitutione,part.1.quæst. 17. artic.14.per totum, qui omnino videndus est.

## Additio ad Decisionem CCXIII.

HVic decisioni adde quæ dixi ad decisionem,136.&.166.

Additio

## Additio ad Decisionem CCXIIII.

HVic decisioni, addeque diximus ad decisionem. 70. & 16. & 48. & 192. & 108. vbi tractauimus, quando ex bonis emphiteoticis potest constitui maioratus, & quando possint bona maioratus dari in emphiteosim, & locari ad longum tempus, & quando tertia possit signari in certare, vide Couar. in c. Rainal. §. 2. nu. 1. de testamentis, Palat. Rubios, & Anto. Gomez in l. 19. Tauri, Matien. in l. 3. tit. 6. lib. 5. recopil. & ibi Azeued. Mieres de maioratu. 1. par. quæst. 52. nu. 7. & 8. Xuarez in l. quoniam in prioribus, limita. 13. ad l. fori, quæst. 3. per totum.

## Additio ad Decisionem CCXV.

NVm. 1. Adde l. 41. Tauri, & ibi vide Antonium Gomez, Gomez Arias, Castellum, Velazquez & alios: cú qua concordat. l. 1. tit. 7. lib. 5. recopilat. & ibi Matien. & Azeued. latè Molinam de primogenijs lib. 2. cap. 6. vbi traditur modus probandi maioratum ex cõ suetudine. Quibus etiam adde, quôd ex consuetudine decennali, etiam probato vno successionis actu, cum alijs coniecturis, præsumitur maioratus cõstitutus, & transfertur in aduersarium onus probãdi cõtrariũ, ex notatis à Bal. col. 3. & Ias. in fine, in l. si certis annis. C. de pactis. Quæ confirmantur ex Butrio, qui loquitur de dicta præsumptione & consuetudine interpretatiua, aut declaratiua in c. fin. in medio de consuet. Becium consi. 101. á num. 47. lib. 1. Ioseph. Ludouicum in suis communibus. tit. de consuetudine, conclusione vltima per totam: quod nota, quia latius sic consului.

Num. 2. Adde. l. 40. Tauri, & ibi scribentes omnes. l. 5. tit. 7. d. lib. 5. vbi Matien. glo. 1. nume. 8. quem sequitur. Azeued. vbi tenet contrarium eius, quòd Autor hic teneat, latè Velazquez in d. l. 40. glo. 2. & infiniti quos ipse allegat, & de iure communi vide Decio. cons. 1. glos. & autores in. l. cum ita §. in fideicommisso, de leg. 2. latè Crassum in suo libro sententiatum. §. fideicõmissum quæst. 11. Menoch. in tract. de successio. creatio. lib. 3. §. 23. num. 9. Anton. Gabr. lib. 6. tit. de verborũ significatione, conclus. 1. latissimè Menoch. lib. 4. præsumpt. 6. c. 95. per totum. Mãticam de cõiecturis lib. 8. tit. 9. Caldas de nominatione, quæst. 17. Communis tamen resolutio est contra Autorem, quando agitur de successione maioratus, etiam si sit rei particularis: in alijs verò successionibus, iure communi inspecto, verum dicit Autor, licet plures magni nominis contradicãt. Et infra videbis plures decisiones de repræsentatione vbi agimus.

Nu. 3. Adde Bart. & omnes in l. peto. §. fratre, de leg. 2. & Tiraq. de retractatu. lib. 1. §. 26. nu. 4. Coua. in c. Rainaldus, nu. 6. Crassum in d. libro sentẽtiarum, §. institutio, quæst. 23. à nu. 6.

Nu. 4. Adde latè Lamberti. in tract. iutis patronatus, 1. par. 2. lib. q. 8. art. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Mexiam in pragmatica taxæ panis, conclusione. 6. à nu. 49. & 50. cum sequentibus.

Nu. 5. & 6. Adde latissimè Tiraq. de ll. conubialibus, glo. 6. á nu. 1. cũ sequẽtibus. Palat. & Castellũ in l. 58. Tauri, Matien. & Azeue. in l. 5. tit. 3. lib. 5. recop. & de consensu probãdo ex præsentia, & an sufficiat, vide latè cũdè Tiraq. in d. ll. glo. 7. Ant. Gomez in l. 56. Tauri, & Matien. in l. 3. glo. 1. d. tit. 3. latissimè Mascar. in tract. de probatio. 1. par. cõclu. 417. per totã, & lib. 3. cõclu. 1217. Menoch. de præsum. lib. 3. præs. 42. Cõ-

muniter cõcluditur, q; quãdo cõsensus exigitur pro forma per viã licentiæ ad integrandã personam alicuius contrahẽtis, tũc debet esse expressa & interuenire tempore actus, non post: quando verò exigitur ob præiudicium consentire debentis, tunc quocunque tempore interuenire potest, & colligitur ex cõiecturis. Præsentia verò sola in præiudicialibus, & quando cõsensus habet aliquid vltra puram patientiam, vt in præsenti decisione, scilicet consentire, & licentiare, tunc in præiudicialibus non habetur pro consensu, nisi alia interueniant, vel quis sit vocatus ad consentiendum, vel repugnandum, & ideô benè est iudicatum in præsenti decisione, maximè quia in eius casu requireb atur præsentia superioris, & beneficiariorum Ecclesiæ: imò & hæc sola non sufficiebat, si collegialiter & in forma consueta non essent congregati, ex notatis in c. cum omnes, de constitutio.

## Additio ad Decisionem CCXVI.

ADde huic decisioni, quæ quotidie in praxi contingit quæ latè notaui mus lib. 1. quæstionũ, quæst. 8. Interim adde ordinarios in l. si paterno affectu, C. de neg. gestis. Bal. in l. 1 C. de leg. & cons. 257. lib. 3. Abb. cons. 85. nu. 4. &. 5. lib. 2. Calcan. cons. 60. nu. 12. &. 58. nu. 11. Alex. cons. 153. lib. 5. Alex. de Næuo cons. 35. &. 36. Aret. cons. 48. Rimi. cõs. 94. lib. 1. Corn. cons. 157. lib. 1. elegantissimè ad propositum huius decisionis per Burs at. cons. 83. á nu. 11. lib. 1. Cordubam de Lara in tract. de alimentis ad. §. sed si mater, nu. 72. In praxi seruamus contra hanc decisionem, quòd seruitia compensantur cum alimentis, si talia sint, quòd mereantur, prout sunt ea de quibus hic, si ex eis vtilitatem tutor aut curator, aut administrator consequantur, nisi eis non indigeret talis tutor, & minor ob bonam gratiam, & ne videatur corpus mortuum, faciat, ex Bald. in l. 1. C. de legatis Et ita concludunt Lara & Burs atus vbi supra. Si verò essent talia, quæ salarium mereantur, prout alij stipendiarij faciunt, quibus tutor indigebat, & ideò famulum alium non conduxit, debetur etiam eis salarium, vt Bald. in. d. consil. ait: semper tamen, & in omnem euentum quantumuis seruitia leuiora sint, & ob gratiam facta, extenuant taxationem alimentorum: & in hoc notabilis est hæc decisio, & sic semper consului, & vidi ab alijs practicatum, & in vna causa, in proprijs terminis hac decisione vsus sum, secundum quam, iunctis supra adductis, iudicatum est: & vide. l. fin titu. 12. part. 6.

## Additio ad Decisionem CCXVII.

NOta, quòd tutor, finita tutela, potest emere bona minoris, non obstante lex Regia: quod est verum, singulare & notabile ad nostram legem regni finalem, tit. 23. lib. 5. recopilat. de qua latissimè vide Dueñas in suis regulis, regula. 31. qui Rebuffum, & alios allegat, Menes s. in. l. transactionem, num. 7. C. de transactio. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. parte cap. 40. num. 2. Matiẽço, & Azeued. latè in d. l. fin.

## Additio ad Decisionem CCXVIII.

NOta, quôd terminus ad apellandum non potest prorogari, etiam de consensu partium Adde Mencha. in tract. de succes sionũ creati. to. 1. §. 7. nu. 40. Dida. Perez in. l. 1. tit. *de las apelaciones*, col. 1290. lib. 3. ord. Greg. in. l. 22. tit. 23. par. 3. Gutier. in tract. de iuramẽ. confir-

confirmatorio. 3. parte. cap. 5. num. 15. Azeued. in. l. 1. à num. 50. titu. 18. lib. 4. recopi. qui omnes dicunt quòd tempus datum à lege ad appellandum, non potest prorogari de cõsensu partium. Dicunt tamen, quod potest suspendi de earum consensu: de quo valdè dubito, quia cõtinuus est, & inductus ad rigorem iuris conseruandum, & quia aliàs fieret fraus legi, & quia nemo potest facere, quin leges in suo testamento locũ habeant: ordo itidem iudiciorum non dependet à partium volũtate. Cogita.

## Additio ad Decisionem 218

## CCXIX.

NVm. 1. Adee Molin. in cosuet. Paris. 2 par. §. 54. à nu. 37. & Molin. de primog. lib. 1. c 26. á nu. 11. Velaz. in. l. 49. Tauri glo. 7. à nu. 5. & plures allegatos á Molin. vbi supra: Matien. in. l. 6. glo. 2 à nu. 6. & ibi Azeued. nu. 4. tit. 7. lib. 5. recop. Doctorem Gutierrez lib. 3. practicarum, quæst. 90. Aluarad. de coniecturis, lib. 2. c 4. à nu. 54. cũ sequẽtibus. Et vera distinctio est, quam Auditor hic fecit, quòd augmentũ separabile sine læsione non cedit maioratui, secus de inseparabili, ideóque separabile, reputatur vt liberum, & de eo potest solui creditoribus.

Nu. 2. Adde quæ dixi de probando maioratu dec. 215 & vltra ibi citatos adde dictum Doctorem Gutierrez dicto lib. 3. quæst. 62. vbi latissimè modos probandi maioratum adducit.

Num. 3. Adde quæ dixi decisio. 70.

Nu. 4. Vltra Xuarez hic citatũ, vide Molin. lib. 2. de primogenijs, c. 3. á nu. 36. Couar. in c. Rainald. §. 2. nu. 2 &. 3. de testamẽtis. Mencha. in. l. si quãdo §. illud, á nu. 62. C. de inoffi. testa. Gutierrez de iuramen. confirmatorio. 1. par. c. 19. & in c. quãuis pactũ, verbo, *Omnino seruari debet*, de pactis in. 6. & vide elegantẽ additionem Doctoris Valdes ad Xuarez vbi supra nu. 53. lit. O. quibenè distinguit: cui adde elegãtem extensionẽ huius decisionis in hoc numero, scilicet, quòd non solùm pater potest facere maioratũ de legitima filij de suo consensu, vel non solum conualidatur eo consentiente post mortẽ, sed etiã talis maioratus reputatur, vt conditus à filio quo ad suam legitimã, & idò de eius bonis possunt sua debita solui, & contra ea agere possunt sui creditores. Est certè hæc ãpliatio singularis, si vera est, & pro eius explicatione distinguo casus sequentes.

Primus est, quando filius qui grauamen approbauit, repudiauit, vel nõ adiuit paternã hæreditatẽ; tũc absq; dubio falsa est dicta resolutio quia bona nunquã fuerunt filij, sed semper patris, potuitque filius repudiare in præiudicium creditorum, ex. l. qui autem, §. vndique ff. quæ in fraudem creditorum. late Tiraq. in. l. si vnquam, verbo, *Donatione*, à nu. 180. C. de reuocandis donatio.

Secundus casus est quando filius approbauit grauamen, & postea adiuit hæreditatem, & tunc etiam idem erit, quod impræsenti casu: quia quẽadmodum filius potuit in præiudicium creditorũ repudiare in totum, ita etiam repudiare in parte, scilicet libertatem bonorum, & sicut potuit non acquirere, potuit nolle acquirere libera, sed vinculata.

Tertius est, quãdo adiuit prius, & postea, vel tacitè vel expressè approbauit maioratum, tunc si debita habebat, iudicatur maioratus, vt ab eo conditus, quo ad hoc, vt teneatur de bonis sic vinculatis soluere creditoribus, quos antea habeat: & ita est intelligendus Bal. cons. 1. lib. 4. relatus per Tiraq. in. d. l. si vnquam, verbo, donatione, á num. 155.

Quartus casus est, quãdo filius tẽpore approbationis debita non habebat, sed postea cõtraxit: & hic est proprius

casus huius decisionis,& dubitatur, an tunc iudicetur vt ab eo fundatus, vel à patre? & decisio tenet,quòd ab eo: mihi autem contrarium videtur,quia pater fundauit de suis rebus, & vt suum, & nõ filij,vndè vt suum iudicari debet; in tantũ, quòd si filius ei cõsensit, ab eo reuocari nõ potest: quemadmodũ quãdo quis testatur aut cõtrahit de re aliena, domino cõsentiente, iudicatur sua dispositio,& non domini rei,nec ab eo reuocari potest, vt in marito testante de re vxoris,tradit Bald.in.l.nec fratris.C.de donatio.causa mortis. Xuarez in d.l.quoniam, lim. 5.nu.13.&.14. & ibi Valdes in additione, tũ etiã quia quãdo res vinculata fuisset perfecte filij, ipse videtur retro donare patri per dictum consensum per via donationis inter viuos,vnde iudicatur patris integra dispotio, & in eius præiudicium non potuit filius ipse debita contrahere, quæ essent soluenda de dictis bonis vinculatis,qđ sic mihi videtur,cõtra decisio. hic, salua melius sentiẽtis cẽsura.

Nu.5. De actibus ex quibus additio hæreditatis inducitur, ad hoc vt filius teneatur ad debita paterna,vide latissimè Bart.& post eũ Aret.las.& Alex.ibi, in.l.gerit. ff.de acq.hæred.Marantã in repet.l.is potest.ff.eo. titu. latissimè & melius quã alibi Mascar.in tract. de probationibus 1.par.conclu.44.45.46.Doctorem Spino in suo speculo testamentorũ,glo.33. à nu.32.cum sequentibus, quibus adde elegantem limitationẽ ad l.gerit,& ad.l.Papinianus.ff.de acq.hæreditate, vt non procedant in muliere faciẽte actus, qui geri nõ possunt citra ius & nomen hæredis ob præsumptam iuris ignorantiam, ex qua talis non cẽsetur adire, nec obligari creditoribus hæreditarijs: cuius contrarium tenuit Auditor hic:sed contra eum post Bald. tenuit Alex.hic citatus ab Autore, & Paul.Paris,& Alban.in additio.ad Bar. in l. pro hærede. ff.de acq.hæred.Paul. in.l.Clodius.in fine.ff.de acquir.hære. Osas.decis.Ped.54.num.11. Mascardus cõclus.47.d.1.par.nu.5.Stringit tamen multum argumentũ Auditoris sumptũ ex.l.1.C.de iure deliberandi: tenenda tamen est cõmunis opinio, nisi ex alijs circunstantijs iudici de scientia,& prudẽtia mulieris constaret:quia per argumentum à contrario sensu non est derogãdũ dispositioni tex.in.l.cũ de indebito.ff.de probat.in qua se fundat cõis.

Nu.6. De reuocatione additionis, & restitutione cõtra additionẽ,vide Ant. Gomez tomo.2. de contractib. c.13 nu. 4.Sfor.in tract.de integrum resti.q.42. art.2.2.par.&.1.par.q.36. art.3. elegantissimè Caldas ad.l.si curatorẽ habens, de in integrũ restitutione, verbo, lasi, à num.50.cum sequentibus,& vide l.7. tit.19.part.6.& ibi Grego.Lup.ex quibus,& ex ab eis allegatis constat,quòd benè dixit decisio in hoc numero.

Nu.7. 8.& 11. De materia interessis de qua hæ decisio in tertio dubio agit, diximus latè in additionibus ad decisionem.110. præcedentem).

Ex quibus omnibus, & ex adductis in additionibus, dico in tribus dubijs, de quibus agit hic Autor,bene iudicasse Senatũ in fauorem creditorũ,qui debita sua petebant ex bonis maioratui additis,cõtra filiã debitoris, quæ se immiscuerat paternæ hæreditati,qui debitor erat:debebant tamen Auditores limitare interesse, neminis crescceret, & si bona libera nõ essent,nec malè iudicassent,filiã minorẽ cõdenãdo ex actibus immistionis ab ea factis,vnde arbitrandũ esset, an sua oppositio esset malitiosa, vel non.

## Additio ad Decisionem CC.

ADde huic decisioni Ferraram eleganter distinguentem in sua praxi

in

informa appellationis à sententia diffinitiua, verbo, fuisse, & esse nullum, & ibi addentes, qui plura allegant, & Azeued. in l. 2. tit. 16. à nu. 10. lib. 4. recopil.

## Additio ad Decisionem 220 CCXXI.

VIde quæ latè dixi ad decisionẽ. 89.

## Additio ad Decisionem CCXXII.

VIde quæ latè diximus ad decis. 46. de testamento facto ad interrogationem alterius, quæ hic repetenda nõ sunt, & quæ latius diximus nostro lib. 1. quæstionum, quæstione. 1. & vera est hæc decisio: & interim vide eleganter disputantem Mascard. de probatio 3. par. conclusione. 1353. à num. 60. cum sequentibus, Crassum in tract. sententiarum. §. testamentum, quæst. 19. per totam, qui plures casus distinguũt quos ego distinxi & explicaui in locis citatis.

## Additio ad Decisionem 222 CCXXIII.

NVm. 2. Vide quæ habes ad decisionem. 8. & in hoc casu conclude, quòd pater, aut acquirens, poterat præiudicare successoribus, quia ipsi non habebant, nisi quando ipse nominasset: vide etiam quæ habes ad decis. 5. & vide Caldas de nominatio. quæst. 12. & quæst. 15. & in dictis locis cum distinctione contrarium concluſimus.

Num. 3. 4. & 9. Vide quæ habes ad decisionem. 16. & decisionem. 70.

Num. 5. &. 6. Adde Deci. cons. 648. in principio. Fabian. de Monte in tract. de emptione & vẽditione, quæst. 5. nu. 26. Roma. cons. 257. vbi Mandosius in additione. Franciscũ Bursat. cons. 149. à nu. 24. lib. 2. Bertach. de gabellis, par. 5. quæst. 3. & Anton. Gomez de contractibus, c. 2. à num. 9.

Nu. 7. Adde Caldas de nominatio. q. 14. qui dicit, eãdem solemnitatem requiri, quando renouatio aliquid addit, vel detrahit primo contractui, saltim in tempore: & hoc verũ est, & iam in decisione. 36. dictũ est; & ibi sequutus sum contra Gammam.

Num. 10. Adde Azeuc. quasi in proprio casu, in l. 4. ibi, *Conforme a las leyes*, tit. 17. lib. 4. recopil. & de alijs quæ dicit Autor, vide latè eundem in l. 1. à nu. 11 tit. 18. lib. 4. recopil.

Num. 13. De subrogatione vide latè Gutierrez lib. 3. practicarum, q. 27. & q. 87. Ad substãtiã huius decisionis adde, q; si in patria bona maioratus solebant dari in emphiteosim ad tres vitas, malè iudicauit Senatus contra votũ Anto. de Gãma, si verò nõ solebãt, bene iudicauit, ex adductis in decisio 16. & decis. 70. & ex Aluaro Valas. consultatio. 27.

## Additio ad Decisionem 223 CCXXIIII.

HÆc decisio duo continet. Primũ, q; confessio amasij in fauorem suæ concubinæ, de mutuo habito, est suspecta, & non valet. Secũdum, quòd datũ, meretrici, aut aliæ mulieri non meretrici, ob coitum fornicarium, non potest ab ea repeti. Primo dicto adde Anchar. in terminis cons. 247. Deci. cons. 132. Cravet. cons. 368. nume. 17. lib. 3. Marcum Antoniũ Peregrinum intra ctatu de iure fisci, lib. 2. tit. 9. num. 5. & in genere de confessione inter personas prohibitas, adde Roland. consil. 90. per totum, lib. 2. Matien. cum pluribus in l. 6. glo. 7. à nu. 5. tit. 8. lib. 5. recopilat. Bellacombam lib. 7. communium, tit. 19. num. 280. Mariam Rimi. cõs. 198. nu. 15. lib. 1. Mascar. de proba. 1. par. conclu. 391. &. 380. &. 363. &. 364.

Ex quibus,& ex ab eis citatis,colligitur veram & absque dubio esse sententiam Autoris in præsenti:& ad id quod dicit bona quæsita per concubinam habitantem cum amasio, præsumi quæsita ex bonis amasij, adde latissimè Mascard. in d. tract. part.1. conclusione. 311. latissimè Menoch. in tract. de præsumptionibus, lib. 3. præsumtione. 51. à num.7.cum sequentibus. Anton. Gab. lib.1.communium conclusionum,titu. de præsumptio. cõclus.15. á nu.2. & de primo vide Osascum decis. Pede. 172. à num.11. De secundo vide Medinam de restitutione,quæst.20. Couar.in reg. peccatum.2 parte.§.2.á nu. 1. cum sequẽtibus. Nauar.in Manuali.c.17.á nu. 33.cum sequentibus. Soto de iustitia & iure.lib.4.quæst.7.arti.1.ad secundum, & cum Cordoua, Siluestro, Ang. Adriano, & alijs, vide latissimè Petrum de Nauarra in suo tract. de restitutione parte.2.lib.4.c.2. à nu.93.& à nu.114. cum sequentibus, ex quibus omnibus colliges, vera esse Autoris dicta in præsenti,quibus nihil addendum existimamus.

## Additio ad Decisionem CCXXV.

HÆc decisio est admodùm singularis, vna ex melioribus huius libri, magis diligenter enucleata quàm alia, concluditurque,quod ex pluribus substitutionibus & vocationibus,& vocatione filiorum maiorum & masculorũ, colligitur, quòd testator voluit facere maioratum perpetuũ,iuncto onere anniuersarij impositio,& tunc conditio si sine liberis, non deficit, primo vocato cum liberis decedẽte, nec ideò bona libera efficiuntur, sed vt maioratus perpetuus sit,illa conditio repetitur in omnibus succedere debentibus; & vocantur omnes de familia, & cessat famosum consilium Oldradi.21.quod in nostra quæstione.12. lib.1. diximus cessare ex cõiecturis inducentibus perpetuũ fideicommissum, & eleganter explicatur dictum Oldradi consilium!, de quo vltra per me dicta in dicta quæstione: interim vltra hic citatos, adde Anton. Gabr.qui infinitos citat,lib.4.communiũ conclusionũ,tit.de fideicõmissis,cõclusio.7.à nu.1. Marzari.cons. 4.col.2. Crauet.cons.935.à nu.13.lib.5.Petrum Anto.Petra de fideicõmissis,quæst.9.à nu.235.Præsidẽ Anto. Tessaurum, qui plures autores modernos & antiquos citat,decis 248.à nu.7. & decis.96.à n. 34.qui dicit semper contra Oldradum iudicatum dictis coniecturis existentibus, & refert tot & tantas autoritates, quod importunũ & laborioſum sit eas recensere. Idem facit ex proposito Iosephus de Rusticis in cons.1.post quæstionẽ quãdo liberi,à nu.16. & adde cũdem Mazarium cons. 19. per totũ, vbi latè examinat consiliũ Oldradi,& adde Menoch.cõs.327.á nu.14.lib. 4. & cõs. 85.lib.1.Rimin.Iun.cons.464.á nu.20. lib.4. Achillem personalem in tract.de adipiscenda possessione,á nu.203.cũ sequentibus. & adde Molinæũ ad Deci. cons.585. Ceph. cons. 650.nu.10.lib.5. Sfortiam in tract. de substitutionibus, tit.de compendiosa,in.6.par.art.2. nouissimè Fabiũ Turie.cons.81.à nu.43. cũ sequẽtibus lib.1. Vide etiã Menoch. cons.530.lib.6. latissimè etiam modernũ Ioan. Fottam cons.50.per totũ, vbi latè de cons. Oldradi eleganter subtilis consulẽs Tib.Decianus cons.28. â nu. 25.lib.2.Port.Imolens.cons.46.á num. 26.& vltra omnes admodum subtiliter & ingeniosè plura iura, fundamẽta & autores citãdo,& referẽdo infinitas cõiecturas,acerrimè defendit dictum cõsiliũ Oldradi Sfortia Petusinus,prædictus Consulens,cons.66.& cons.67.per tota cõsilia, lib.1. qui omnino videndus: & ex nostris adde dominum Ludouicũ de

de Molina lib. 1. de primogenijs, cap. 6. à num. 16. & de coniecturis inducentibus perpetuum fideicommissum, eundem. c. 5. & Velazquez in. l. 41. Tauri, glo. 2 à num. 7. Aluarum Valascũ consulatione. 82. Sed omissis his allegationibus, vt quid sentiam in medium proferam, Oldradi sententia, rigore verborum inspecto, vera est, & iurisconsultis amica, eamque manifestè probant iura ab ipso Oldrado citata, & ab eius defensore Sfortia, & à nemine negari potest, nec desineret esse vera ob solum onus anniuersarij impositam, vt Aluarus Valascus dicebat, licèt plures ex citatis contradicãt: diximusque ad decisionem. 30. licèt in contrarium faciant quæ in terminis anniuersarij cum Marzario, & Curtio, Menoch. tradit lib. 4. præsumptio. præsumptio. 76. à nume. 71. Sed existentibus coniecturis contrariæ voluntatis, & quidem vrgentibus, nec Iurisconsulti, nec Oldradus negarunt veram esse opinionem contra Oldradum, imò & Iurisconsulti in terminis fideicommissi temporalis & simplicis loquuti sunt, non obstante quòd Oldradus de conditionibus, quæ de masculis loquebantur, verba fecit, sed erat fideicommissum simplex, & non perpetuum, nec per viam maioratus, vndè si testator expressit, q̃ maioratum facere volebat nõ procedet opinio Oldradi, quia ad perpetuitatẽ eius, repetitio conditionum necessaria est. Nec etiam procedit si extant coniecturæ maioratus, vt quia maiores vocauit masculos & etiam iussit portare nomẽ & arma, de agnatione est loquutus, plures gradus substitutionum semper per viam maioratus fecit, tunc enim absq; dubio opinio Oldradi non procedet; & ita in Senatu Lusitano, vt per Autorẽ hic, & in pluribus alijs tribunalibus iudicatũ est: imò & ego semper tenui, & teneo, q̃ ex impositione oneris anniuersarij, & ex vocatione proximiori in defectum filiorũ primi vocati, colligeretur coniectura maioratus, & nõ esset locus consilio Oldradi, ex Curtio Iun. cons. 121. num. 15. Crauet. cons. 48. lib. 1. Anton. Gabr. vbi supra num. 7. & autoribus á Menoch. citatis dicto nume. 71. & Iosepho de Rusticis, & alijs pluribus supra citatis. Sed magis communis opinio est in cõtrarium, nuncque de eo lis pendet. Cogita: & de repetitione cõditionũ, de qua Autor hic dicit & agit, vide quæ diximus ad decisionem. 27.

## Additio ad Decisionem CCXXVI.

ADde huic decisioni quæ diximus ad decisionem. 201. & ad decisionem 152.

## Additio ad Decisionem 226 CCXXVII.

DVo potuit hæc decisio. Primum, q̃ vxoratus non potest donare cõcubinæ. De quo adde Benedictum Capra. cons. 127. Iaf. cons. 37. lib. 3. Couar. in reg. peccatũ, par. 2. §. 2. nu. 2. & Peregrinum in tract. de iure fisci lib. 2. tit. 9. & vide Tessarum dec. 111. noua Pedequi agunt de milite & clerico donantibus concubinis, & de donationibus factis ratione seruitiorum. Secundum, q̃ maritus in præiudiciũ vxoris nõ potest donare de bonis cõmunibus, suis cõcubinis, nec meritricari, & quòd vxor potest repetere partem immobiliũ donatorũ, & mobilium, si apparẽt, & sint in quãtitate. In quo hæc decisio est singularis, & vtilis ad praxim huius regni, de qua vide Montaluũ in. l. 1. tit. 3. lib. 3. fori. Xuarez in eadẽ lege, versic. *Vlterius quæro*, per totum. Auend. responso. 20. Anton. Gomez in. l. 51. Tauri, à num. 73. Gtego. Lopez in. l. 13. verbo, *gananciás*, titulo. 10. par. 5. Tellum Ferdinandum in l. 19. Tauri á nu. 2. Simancas de

Catholicis institutionibus, tit.6.num. 86. Palat.Rub.in rubri de donatio.inter virum §. 66. nu.29. Dida. Perez in l.fin.glo.*pueda*, tit.4.lib.5.ord.pag.170. col. 2. Pelaez de maioratibus. 1. parte. quæst.23.num. 14. Molin. de primoge. lib.2.c. 10. á num. 66. Rojas de succes-sionibus.c.33. num.25. Baezam de non meliorandis·, dico de decima tutoris, c.27.nu.28.Matien in.l.5.glo.6.à n. 6. & ibi Azeued. à nu.8.tit.9.lib.5. recop. Ioan.Garciam in tract. de expensis & meliorationibus,c.13. à nume.19. & in tract. de coniugali acquæstu, á nu. 65· cum sequẽtibus. Burg.de Paz Iun.quæstione ciuili. 8. à nu. 13. Gutierrez lib. 2. practicarum, quæst. 121. Ayoram de partitionibus, 1. parte, c.8.nu.10. allegant Nauarrum in Manuali.c.28.& in additione ad c. 17. á nu.153. & licèt inter hos diuersitas maxima opinionum sit, verior resolutio, & in praxi seruata est,quòd minutatim donare, perdere, Ludere & meretricari potest maritus (non ad effectum vt iustè faciat) nam exceptis iustis & minutis donationibus, & ludo iusto & honesto, & in parua quantitate, secundùm cõditionem suæ personæ,meretricari, nec alia,quæ peccata, & mali exempli sunt, facere non potest,nec in talibus vsibus prodigere bona communia, sed ad effectum vt non teneatur vxori restituere,nec ipsa á possidentibus repetere, vt euitentur infinitæ lites,& cõfusiones. In grãdi verò quantitate nullatenus potest,& ipsa poterit repetere,vel saltim ex alijs bonis communibus tantũ partem præcipuam deducere; & rarò in praxi hæc considerantur, nisi quãdo donatio notabilis est,secundùm conditionem personæ: quæ sit magna, iudicis arbitrio relinquitur. De confessione verô amasij in fauorem concubinæ, de qua decisio in principio agit, diximus latè ad decisionem.224.& ibi de acceptis à cõcubina gratia fornicationi ineundæ.

## Additio ad Decisionem CCXXVIII.

NOta, quòd emens rem minoris, vel dotalem, non dicitur bonæ fidei, ac proindè non potest recuperare pretium, de quo vide Curt. Senior.em cons.63.dub.4.num. 19.Fulgo.Paul. & Salic.in autẽtica qui res, C. de sacros. Ecclesijs.Corn.cons.2.nu.7.lib.3. Couar. lib. 3. variarum c. 17. col.4. versic. *Ad eam quæstionẽ*, Menoch.cõs.87. nu. 96.lib.1.latè Franciscum Becium cons. 24.à num.33.& 38.lib.1. Bald. Nouellum in materia rei dotalis, in tract. de dote parte. 7. num.15. Campegium in eodem tract.parte.4.quæst.23.& in terminis terminantibus vide elegans consilium Sfortiæ 41.á nu.94.cum sequentibus, lib. 1. allegat Imolam in l. cum vir, num.9.ff.de vsucapionibus. Mihi vera resolutio est, quòd si emptor fuit bonæ fidei,quia nesciuit rem esse dotalem, possit recuperare pretium á venditore. Si verò malæ fidei, & emit ab ipsa muliere, non possit recuperare, etiam si stipulatus sit de euictione. Si verô à marito, & stipulatus sit de euictione,recuperare potest:si non est stipulatus,non: ab ipsa verò muliere vendicante non potest recuperare,etiam si bonæ fidei sit, nisi pretium sit conuersum in sui vtilitatem:quod non præsumitur;quidquid Autor in præsenti dicat,vt videbis per Lup. & Cast.in.l.61. Tauri, Matien.in.l.9. glo.3.nu.3.tit. 3. lib.5.recopil. & ibi Azeued.num.35. & cum pluribus Menoch.de præsum.præsump.22.lib.3. & ideò qui asserit, probare tenetur; & hæc resolutio semper in praxi seruatur,de qua vide Autores in.l.si familiæ. C.familiæ hercis. & in.l. si fundum. C.de euictio.& quæ latius diximus ad decisionem.20.&79.

Additio

## Additio ad Decisionem CCXXIX.

ADde huic decisioni Vicent. Francum decisio. 90. num 5. &. 81 num. 2. part. 1. Niuizanum consi 70. & cons. 61. à num 16. Osascum decisione Ped. 22. nu. 6 Rebuffum. 3. tomo ad. ll. Galliæ, titu. de consuetudine, art. 2 glo. 13. num. 22. Tessaurum decis. Ped. 2. & 1. num. 9. latè de stylo Principis, cum Oroscio, Chassanæo, Didaco Perez & alijs, Azcu. in. l. 2. tit. 10. à num. 1. lib. 4. recop. latè Dionysius Gotiffredus lib. 1. praxis iuris ciuilis, tit. 3. fol 148. cum sequẽtibus, Vide etiam in materia sententiarum supremi Senatus Rebuffum ad concordatas Franciæ, in procemio, verbo, *summas*, priuilegio. 23.

## Additio ad Decisionem CCXXX.

NVm. 1. Ad dubium primum huius decisionis decidit Senatus, quòd, non obstante lege regia Lusitaniæ, filius, licèt nõ sit hæres, & repudiet, succedit in emphiteosi, cui adde Aluarum Valascum in tract. de iure emphiteotico, quæst. 44. &. 46. Couar. lib. 2. variarum cap. 18. num. 4. Iul. Clarum lib. 4. sententiarum. §. feudũ q. 76. & quæst. 9. Greg. Lopez in l. 6. glo. *Lo hereden*, tit. 26. partit. 4. Pinel. in. l. 1. C. de bonis maternis, part. 3. num. 85. & Caldas de nominatione emphiteotica quæst. 12. á num. 45. vbi in intellectu dictæ legis dissentit ab Autore hic, scilicet, quòd si defunctus nõ nominauit ad emphiteosim, non potest succedere filius, si hæres non sit; tamen decisio præsens vera est, quando emphiteosis competit filijs, vt filijs, nõ vt hæredibus de quo vide infinitas allegationes Fabij Turreti cons. 61. lib. 1. secus si fuerit concessa pro filijs & hæredibus, videatur Bart. hic citatus.

Num. 2. ad secundum dubium decidit Senatus, quòd emphiteosis renouata in persona filij, quia extincta fuit per mortem patris, licet pater eam emerit suis pecunijs, non est conferenda, nec imputanda in legitimam. Adde illi Caldam concordantem in d. tract. quæst. 18. num. 54. vbi allegat præsentem decisionem, & Aluarum Valascum quæst. 42. à nu. 3. Zasium, Cor. Grego. Lopez & alios. Si verò non esset extincta, tũc si feudum est hæreditarium, confertur, & imputatur, vt videbis latè per dictum Valascum quæst. 46. & Caldas d. quæst. 18. & Velaz. de Auend. in. l. 40. Tauri, glo. 1. à nu. 47. Si verò feudum vel emphiteosis concessa sit pro filijs, & non sit hæreditaria, non confertur, nec imputatur, nisi empta sit pecunijs patris, vt late per Caldas & Valascum vbi supra, Caldas num. 23. & Valascum in fine dictæ quæst. 46. & vide Autores ordinarios in l. omnimodo. §. imputari. C. de in officio. testa. & Ayoram in tract. de partitionibus. 2. par. quæst. 19. à num. 49. á num. 53.

## Additio ad Decisionem 230 CCXXXI.

NOta bonam decisionem, quod id quod est intra podium, aut intra fines termini mei, meum præsumitur, & si id erat concilij, præsumitur inclusum esse cõcilij, & si id erat de terminis vulgo *Baldios & cõsegiles*, præsumitur eiusdem naturæ esse. Adde Socin. cõs. 181. lib. 2. & consi. 86. num. 5. lib. 1. &. 127. eodem lib. Crauet. consi. 105. num. 1. lib. 1. Patis. consi. 4. nu. 1. lib. 4. Auend. lib. 1. mandatorum, cap. 4. nu. 5. & 39. latissimè Aluarum Valascum in tract. de iure emphiteotico, part. 1. quæst. 8. à nu. 30. cum sequentibus: & de terris incultis adde Socin. & Autores in. l. 1. ff. de acquir. possess. Curt. Iun. cons. 41, nu. 9.

&

&.158.col.6.Rol.Valle.consi.46.num. 34.lib. 3. Peregrin. in tract.de iure fisci lib. 4.titu.3.à nume.29.Pondera etiam hanc decisionem in fine, ad bona quæ dicimus de albedrios,vt si per bienium inculta maneant , amittat possessor dominium & possessionem , ex l. qui agros,hic allegata,de qua vide tibi Plateam & Iacobum Rebuffum.

## Additio ad Decisionem CCXXXII.

NOta ex hac decisione,quod si maritus scribat testamentum suum & vxoris in quo se scribat hæredem vxoris,non valet testamentum ex Senatus consulto Liboniano,licet plures contra dixerint. Cui decisioni,quæ vera est,ad de Bart. Bald. Ang. & Salic. in.l. 1. C.de his qui sibi ascribunt in testamẽto,qui licet non loquantur in testamento scripto à marito,loquuntur in testamento scripto à filio,aut ab alia coniuncta persona in sui fauorem. Quibus adde etiã Franciscum Becium , qui singulariter loquitur,*cons.103.lib.1 per totũ, in primo dubio*: & aliquid per Marcum Antonium Peregrinum in tract. de iure fisci, lib.3.tit.12. à nu.1. Et ad id quod Autor dicit,quòd dictum testamentũ non valeat, etiam in quãtum est mariti testamẽtum,& in sui præiudicium,contrarium in casu simili consuluit dictus Franciscus Becius vbi supra à num.11. Cuius opinioni magis accedo , quia cum testamentum mariti & vxoris in vna charta factum , habeat vim duorum testamentorũ, & quo ad maritum nullum contineat vitium, ex eo quód ab eo scribatur,nullam rationem inuenio,quare non debeat valere: & generaliter de materia vide quæ diximus,& allegauimus decisione. 157.

## Additio ad Decisionem CCXXXIII.

ADde quæ diximus ad decisionem 149.quæ hic duplicata reperitur.

## Additio ad Decisionem CCXXXIIII.

ADde huic decisioni quæ diximus decisio. 94.&.95.&.40 &.66.vbi latè materia enormissimæ in venditione facta sub hasta , vt decebat additionatorem; examinauimus quibus, adde nunc Bursat.consi.268.num.5.lib.3.Becium consi. 112. num.12. lib.1.Fabium Turret. cons.5. à num.49.Prosperum Pasethum consi.194.per totum.Iacob. Berret.consi.10 & cons.135.num.5.qui in dicto consi. 10. loquitur de datione in solutum cum enormissima læsione. Crauettam consi.613. num.31 &. 394. num.4.&.394. num.9. &.344.num.13. & de restitutione petenda post quadriẽnium, eundem consi. 773.nu.1.&.611. nu.1.& ad id quod in fine huius decisionis dicit Autor,quod petens restitutionem aduersus venditionem factam sub hasta,debet refundere pretium,& non compensare cum fructibus, diximus latè in dicta decisione. 40. & vide Sfortiam consi.41.lib.1.

## Additio ad Decisionem CCXXXV.

HÆc decisio optima & singularis est, & licet Autor eam diligenter disputauerit,nõ tamen concludit quid tenẽdum est. Tandem in notabili quæstione , quando emphiteosis concessa marito,& vxori,& filijs & postea renouata per maritum in fauorem vxoris, filiorum & hæredũ vtriusq; possit assignari filiæ secundi matrimonij , affirmat fuisse per primam sententiam decisum, quòd quia hæreditaria est potuit assignari filiæ secundi matrimonij,& computari sibi in tertiam,in qua

poterat

poterat meliorari: postea verò arguit contra hanc decisionem, & ex pluribus coniecturis dicit, quòd videtur non potuisse assignari, nisi filio maiori primi matrimonij, qui natus erat tempore concessionis; tum ex verbis: tum ex consuetudine sic succedẽdi, & quòd renouatio non valuit in eius præiudicium. Hæc quæstio quo ad omnes suas partes, dicta & argumenta quæ Autor hic ponit, acerrimè est disputata per Caldas, qui fuit causæ, de qua in hac decisione, aduocatus, in tract. de nominatione emphiteotica, quæst. 15. per totam, cui nihil addi potest: mihi tamen in ea sic distinguendum videtur: nam aut emphiteosis concessa fuit homini soluto pro se, vxore & filijs, & tunc absque dubio comprehenduntur filij, ex quacunq; vxore, prima, vel secunda, & sic possunt nominari, ex Alexand. cõsi. 171. lib. 2. Cou. in cap. requisisti, nu. 5. de testamentis, Grãma. decis. 102. nu. 114. Mantica de cõiecturis lib. 8. tit. 15. Caldas cum alijs vbi supra num. 32.

Si verò sit concessa homini vxorato pro se & filijs, restringitur ad filios illius matrimonij, vt per Bald. in l. fin. num. 7. C. de indicta viduitate tollenda, & cum Tiraq. Couarru. & alijs Caldas vbi supra num. 29. Facit decisio Lusitana infra. 351. num. 1. Idq; fortius obtinebit, si ex verbis constet, quòd fuerit concessa pro filijs illius matrimonij, & sic in proprio casu consului.

Si tamen sit concessa pro se, & vxore, filijs & hæredibus, etiam vxorato, tũc quia hæreditaria est, etiam filijs alterius matrimonij potest assignari: & ita procedit decisio, de qua hic, quæ singularis est. Cogita, & omnino vide dictum Senatorem Caldas, qui omnia hic dicta apostillat.

## Additio ad Decisionem 235 CCXXXVI.

HÆc decisio frequenter in praxi cõtingit, & continet, quòd marito vel vxori agenti ad dotem, aut donationem propter nuptias, potest obijci ab hæredibus alterius, adulterium id eius vita cõmissum, si vel de eo actum in eius vita fuit, saltim ciuiliter, vel ipse ignorauit, vel tam citò post scientiam mortuus est, quòd querelare non potuit, vel propter metum non est ausus querelare: de cuius materia vide omnino text. & DD. præcipuè Salic. in l. fin. C. ad l. Iuliam de adulterijs, & vltra Alexan. & alios Autores hic citatos, vide Aret. & Alexan. in §. hæredi. hic citato, & Campegium in tract. de dote 3. part. quæst. 29. & Alexan. de Næuo, in cap. plerunque, nu. 8. de donatio. inter virum. post Abb. Anch. Præpos. & alios ibi Iacobin. in tract. de feudis, verbo *Dãique vassalli*, nu. 53. Ruin. consi. 155. à num. 1. lib. 3. Alexand. consi. 189. à nu. 3. lib. 6. Alberi. in l. consensu, num. 5. C. de repud. & in d. §. hæredi, nu. 2. Imolã in l. cum mulier hic allegata, nu. 19. Boeri. decis. 338. num. 8. Ofascum decis. 77. nu. 36. Additiones nouissimas Ferrariæ in praxi, in forma qua vxor, verbo *vxor quondam*, lit. B. Anton. Gomet. in l. 80. Tauri num. 69. Roman. consi. 28. Cagnolum in Rub. C. de cdẽdo, num. 28. Marsil. in l. vltima nu. 48. C. de raptu virginum, & consi. 13. Antoniũ Gabr. lib. 7. suarum conclusionum, conclusione. 35. nũ. 8. &. 10. DD. maximè Ananiam in capit. intelleximus. de adulterijs Augustin. in addi. & Ang. in tractatu maleficiorum, verb. *Que me ai adulterato*, num. 29. Clarum lib. 5. sententiarum. §. adulterium, nu. 12. Ficardum lib. 9. communium resolutionum, tit. 7. num. 48. Menoch. consi. 31. num. 13. & 33. lib. 1. Bottam consi. 17. num. 4. Igneum in l. 1. §. si dominus, à nu. 34. ff. ad Sillanianum. Rip. in l. fin. quæst. 61. à num. 205. C. de reuocandis donationibus,

tionibus. Alban. ad Bart. ind. §. hæredi. Socin. Iun. consi. 111. lib. 3. Bertachin. in suo repertorio, lit. A. verbo, *Adultera perdit dotem*, & vltra hos adde elegans consi. Baldi. 382. lib. 1. & Pauli. 128. lib. 1. Roland. cons. 81. num. 17. lib. 3. Menoch. cons. 558. à num. 6. lib. 6. Viuium dict. lib. 9. tit. 7. num. 3. & Xuarez ibi, num. 91. Burſat. conſi. 91. num. 5. lib. 1. Aurel. Corbulum. in tractatu de cauſis, ex quibus amittitur emphiteoſis, titul. de cauſa ob non ſolutum canonem, ampliatione. 45. á num. 7. Tandem in hoc ſalebroſo puncto, licet diſtinctio huius Autoris ſit magis cõmunis, mihi ſemper viſum fuit, quòd ſi in vita mariti non ſit inſtituta accuſatio contra vxorem, quòd hæredes non poſsint tale adulterium obijcere, etiam ſi ignorauerit, cum Ruino, & hæc fuit ſemper intentio Bart. & gloſſarum, & ſic in caſu contingenti cõſului. De adulterio verò, quod obijcit vxor hæredibus mariti, nunquam tale vidi practicari, nec practicaretur in his regnis, nam induceret maximam confuſionem, & occaſionem infinitis litibus daret.

## Additio ad Deciſionem 235 CCXXXVII.

ADde huic deciſioni Caldas de nominatione, quæſt. 15. à num. 13. & vide omnino latè tradita per Aurelium Corbulũ in tractatu de cauſis, ex quibus amittitur emphiteoſis, tit. de cauſa priuationis, ob lineam finitam, â num. 80. & vide eundem Caldas in d. tracta. de nominatione, quæſt. 10. à num. 34. & à num. 25. Mihi vera reſolutio eſt, quòd ex voluntate contrahentium, collecta ex verbis emphiteoſis, qui voluerunt, quòd eſſent tres perſonæ, & vitæ completæ, etiam ſi illas in particulari nominarent, & quòd non extingueretur ſine trina ſucceſsione, aut ſic exiſtat conſuetudo, obtinet quod hic deciſio dicit de iure communi, etiam in emphiteoſi eccleſiaſtica, aliàs nõ, & per mortem tertiæ perſonæ extinguitur emphiteoſis: de quo vide caſus Corbuli vbi ſupra, & Iul. Clarum lib. 4. ſententiarũ. §. emphiteoſis, quæſt. 42.

## Additio ad Deciſionem CCXXXVIII.

ADde huic deciſioni, quæ diximus ad deciſionem. 124. & 127.

## Additio ad Deciſionem CCXXXIX.

ADde huic deciſioni Bart. & Fulg. in l. milites. C. de teſtamento militis. Rol. Valle conſi. 29. nu. 39. lib. 1. Auen. in tractatu de primo &. 2. decreto nu. 16. in fine, & in tract. de ſecũda ſupplicatione, nu. 4. &. 5. Couar. in practicis c. 25. á nu. 5. &. c. 15. á nu. 9. Did. Perez in. l. 1. tit. 2. lib. 3. ord. col. 815. Mexiam in declaratione ad. l. Toleti, in reſpon. ad ſecundum. 1. pa. nu. 23. Azeu. in. l. 1. num. 37. tit. 17. lib. 4. recop. & in. l. 4. nu. 1. & 2. eod. tit. & in l. 5. in fine, eod. titu. Concluditur communiter, quód nullitas ex defectu citationis ſemper admittitur contra quaſcunq; ſententias: pondera tamen hanc deciſionem, q; in tribunalibus ſui regni, ne detur litibus materia, & ne in longum protrahantur, non admittitur hæc nullitas, ad effectum vt acta præterita annullentur, & de nouo fiant, ſed ſolùm ad effectum vt de nouo pars non citata audiatur, nõ obſtantè ſentẽtia, ſi aliquid cõcludens alleget; aliás excludatur, & ſententia confirmetur: & vltra Vantium hic citatũ, faciunt quæ notãt glo. Bart. Bald. & alij in l. 1. C. quando prouocare nõ eſt neceſſe. Ioann. Andr. in cap. 1. de conform. vtili vel inutili. Alexã. conſi. 79. nume. 1. libr. 2. Matthæus Brunus conſi. 95. nume. 6. lib. 1. & 121. nume. 1. lib. 2.

lib. 2. & ita dicit practicari Franciscus Viuius decisione. 53. à num. 11. contra Caualcan. decis. 25. num. 9. part. 1. & de praxi de qua hic Autor facit etiam mẽtionem, & dicit iustã & æquam, & dignam tanto Senatu, Aluarus Valascus in tract. de iure emphitcotico, quæst. 6. num. 14. & ego etiam in nostris tribunalibus supremis audiui semper eandem praxim vigere. De alio quod Autor hic dicit, scicet, quod absens est citandus, si sciatur vbi sit, vide quæ late dixi ad decisionem. 15.

## Additio ad Decisionem 238 CCXL.

DE materia huius disionis, quam fidem faciat scriptura priuata, vltra hic citatos, vidè nouissimè & latissimè, & melius quàm alibi, Sfortiam optimum consulentem consi. 100. lib. 1. per totũ, & ex uostris vide Auend. lib. 2. mandatorum, cap. 30. à num. 2. Did. Perez in. l. 4. titu. 8 lib. 3. ordinam. fol. 1089. & legẽ Partitæ citatam à Coua. hic citato, & Azeued. in. l. 5. à nu. 3. titu. 21. lib. 4. recopi. Rebuffum latissimè in 1. tomo ad. ll. Regias, titulo de chirographi recognitione, in præfatione, â nu. 1. Gutier. lib. 3. practicarum quæst. 102. Aluarum Valascum in tract. de iure emphiteotico quæst. 7. à num. 14. & 15. vbi de consuetudine de qua hic, & de literis cambij: & decisionem Genuæ 142. num. 1. & 38. nu. 3. & 146. num. 6. & 13. à num. 29. & 12. à num. 3. & 181 à num. 2. & 10. num. 5.

## Additio ad Decisionem 239 CCXLI.

ADde huic decisioni Bal. consi. 458. lib. 2. Corneũ consi. 273. lib. 1. Benuenutum in tract. de mercatura, titu. de nautis, nauibus & nauigantibus, per totum. & Iacobum Leoninum consi. 16. & 17. vbi de naufragio proueniente ex culpa nautarum, aut sociorũ, & nu. 22. Benuenut. vbi supra de damno proueniente ex illicitis mercibus: & allegat Cumanum in quodam consi. & de damnis societatis ob casum fortuitum, adde decisionem Genuæ 14. num. 11. & 178. nume. 2. & decis. 3. num. 17. & 101. à num. 1. & Petrum Santerna in tract. de sponsionibus mercatorum, per totum. Cõcluditur vt in hac decisione, quæ clara est.

## Additio ad Decisionem CCXLII.

ADde huic decisioni Andream Barbatium in repet. l. cum acutissimi. C. de fideicommissis. Corset. singulari verbo donatio. Felin. in cap. in præsentia, de probatio à num. 75. Bernardum Diaz reg. 213 limit. 3. & ibi Salzedo in additone. Greg. Lupium in l. 8. titu. 4. part. 5. glo. *Aotro*, Anton. Gomez in. 2. tomo variarum cap. 4. num. 11. circa finem. Couar. lib. 1. variarum, cap. 19. nu. 5. & 11. Villalobos in suo ætario communium, verbo, *Donatio*, nu. 187. Menesi. in d. l. cum acutissimi, á nu. 9. Cõmuniter concluditur, vt per Autorem hic, quòd fit reuocatio vsq; ad legitimã, quæ hodiè inter filios respectu extraneorum est totum, excepto quinto.

## Additio ad Decisionem 241 CCXLIII.

ADde huic decisioni, quæ agit de indicijs, ex quibus arguitur scriptura suspecta de falso, Bol. in sua praxi criminali, tit. de falsis, a nu. 60. Crauet. cons. 28. nu. 8. Annaniam cõs. 49. Menoch. in. tract. de arbitrarijs iudicum, lib. 2. cent. 2. casu. 187. à num. 45. latissimè Iosephum Ludouicum, decisione

Lucana

Lucana. 13. per totam eundem decis. 15. à nu:64. Osascum decisione Pedemontana. 117. à num. 7. Mascard. in tractatu de probat. 2. part. conclusio. 739. &. 740. adde. Caldas in tract. de renouatione quæst. 16. à num. 40.

Num. 3. Nota dictum elegans, quòd licet præsens alicui actui vt testis, sibi non præiudicet, etiá si actus esset præiudicialis: tamen si diu tacuit, & dissimulauit, sibi præiudicat: cui adde text. in cap. 1. ibi, *Quia si proclamare voluit,* extra de frigidis & maleficiatis. Bald. consi. 37. in fine lib. 3. Marsil. consi. 82. num. 47. & 111. num. 9. & 113. num. 44. & 45. & sin. 284. incipit, *Tolle moras,* & in practica criminali. §. diligenter. nu. 201. & quòd quando aliquid tenetur occultum per multum tempus, præsumitur fraus, Cæpol. de simulatione contractus, præsumptio. 20. Neuizanus consi. 57. num. 95. & adde modernum Ioannem Bottam consi. 1. à num. 30.

## Additio ad Decisionem 242 CCXLIIII.

NOta tria ex hac decisione. Primũ, quòd ex lege Lusitaniæ pater dans in dotem rem emphiteotica filiæ absque licentia domini, incidit in cõmissum. Secundum, quôd ex diuisione rei emphiteoticæ inter hæredes, si nedomini licẽtia, inducitur commissum, & ad id euitandum debent intra sex menses adiudicare totam emphiteosim vni ex hæredibus, & postea non possunt purgare moram, sed incidunt in commissum, nec suffragatur priuilegiũ minoris ætatis. Tertium, quòd hæredes vendẽtes vni eorum rem emphiteoticam, aut suas partes, etiam si maiorem partem habeat, & adiudicatio videretur facta vni in solidum, incidunt in cõmissum etiam si iste soluerit semper totam & integram pensionem, nullumque dan num domino directo immineat; & ita dicit iudicatum Autor hic contra suum votum; ex cuius dictis colligo quartum singulare dictum, scilicet, quòd alienans rem emphiteoticam, si iste talis, non obstante alienatione semper soluat pensionem domino directo, & recognoscat eum, Iusq; in sola eius vita ren aneat, & non emptoris, quia nullum dan num ex alienatione domi nus incurrit, non incidit in commissum. De primo dicto vide quæ latè diximus & citauimus ad decision. 116. à num. 3. 4. &. 5. vbi concluſimus, quòd de iure communi sine pœna commissi id põtest facere. De secundo adde quòd contrarium disponitur de iure cõmuni, secundùm quod hæredes possunt inter se diuidere bona emphiteotica sine pœna commissi. Quod tamen intelligo, si cõcessa sint pro se & hæredibus, & nõ prohibeatur diuisio: nam si prohibetur, debet adiudicatio vni fieri, & sic practicatur, de quo vide Barto. in. l. qui Romæ. §. duo fratres, quæstio. 10. & ibi Alexand. num e. 60. Ias. num. 75. Rip. num. 86. Crotum, num. 135. ff. de verborum obligatio. eundem Bart, n. l. cum hi. §. si vna. ff. de trãsact. & in l. & ideo. ff. de cõd. furti. & in. l. si domus. §. si fundus, de leg. 1. Ant. de Butri. consi. 37 nu. 2. Feder. de Senis consi. 28. Ruin. consi. 159. num. 3. lib. 1. Alexand. consi. 7. nu. 5. lib. 1. & 189 nu. 3. lib 2. Bald. consi. 234. num. 2. lib. 4. Cuman. consi. 80. Bar. cõsi. 58. num. 4. Corn. consi. 24. num. 15. lib. 2. Bertran. consi. 188. lib. 2. Gozad consi. 20. nu. 9. Capram consi. 147. nu. 8. Beroium consi. 124. num. 13. lib. 1. Hieronym. Gab. consi. 84. nu 3. lib. 1. Decí. cõsi. 163. Aufreri. ad decisionem capellæ Tolosanæ. 75. Iul. Clar. lib. 4. sentẽtiarum. §. emphiteosis quæst. 14. Guillelm. Redoan. in tractatu de rebus ecclesiæ, tit. de caducitate ob rei alienationem, nu. 21. latissimè Aurelium Corbulum in

tract.

tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titulo de causa priuationis ob alienationē, limitatione. 7. per totā. & in terminis legis Lusitaniæ Aluarum Valascum in tractatu de iure emphiteotico quæst. 43. nu. 5. & Caldas in tract. de nominatione quæst. 11. à nu. 1. Ceph. consi. 195. â num. 25. lib. 2. Bursat. consi. 181. num 8. lib. 2. Et licet inter istos sit maxima cōtentio, an emphiteosis possit vni adiudicari, data æquiualentia alijs in alijs rebus sine domini licentia, & Barto. & Ias. teneant quòd non tamen verior & secutior opinio est, quòd sic, dummodo iste vnus faciat contractus renouationem domino directo, & ab eo petat licentiam intrandi & occupandi bona emphiteotica: quod apud nos non practicatur, nisi domino petēte renouationē: tamen omnes concordant, quòd pro partibus possit diuisio fieri, nisi prohibeatur. Et ad id quod Autor dicit de incapitatione intra sex mēses petenda, vide plures quæstiones, quas ponit Aluarus Valascus in cōsultatione 53. Ad id verò quod dicit, scilicet, quòd mora non potest purgari ad euitādum commissum, vide glo. & Autores in cap. potuit, de locato, Guid. Pape decisione. 123. Bart. Rip. & omnes in l. si insulam, de verborū oblig. Deci. consi. 138. &. 452. num. 19. Ceph. consi. 25. lib. 1. Pute. decis. 465 num. 2. lib. 2. latissimè in materia dictum Corbulū in d. tract. titu. de causa priuationis ob non solutum canonem, limit. 45. & legem Regiam, de qua per Olanum in antynomijs, lit. M. à nu. 58. Est etiam. l. 28. tit. 5. part. 5. & ibi Greg. & latissimè de mora purganda Menoch. in. tract. de arbitrarijs lib. 2. cent. 2. cas. 200. à nu. 44. Osascum decis. Ped. 130. Anton. Gabriel. lib. 3. communium, tit. de transactionibus. conclusione 1. á nu. 5. Ioan. Bottam cōs. 9. per totum. & communiter concluditur, quòd ex æquitate canonica intra modicum tempus arbitrio iudicis potest purgari mora. Ad id etiam quod dicit decisio in hoc secundo dicto, quòd minor non restituitur contra lapsum sex mensium ad euitandum commissum, credo quòd malè dicat, & contra eam tenet decisio Perusina. 54. nume. 6. lib. 2. Grammaticus decis. 52. Guid. Pape decisio. 455. & cum pluribus communem dicit Sfortia de restitutio. 2. part. quæst. 89. art. 9. qui allegat Speculatorē, Bart. Ias. Cyn. & alios antiquos & modernos licèt in contrarium videatur eos allegare Aurelius d. titu. ampliatione. 28. qui opinionem huius decisionis tenet, sed immeritò, iudicio meo, quia licet damnum obueniat ex lege & contractu maioris, tamen hic ex vi legis & temporis transcursi tempore minoris immediatê obuenit, nec in hoc domini conditio fit deterior, cum sibi nihil decrescit. De tertio dicto, cum decisione cōcordant omnes Autores, maxime Corbulus, de quibus in principio secundi dicti, licet in praxi raro ob alienationes factas inter hæredes causa diuisionis hoc seruetur, & credo, quôd in puncto iuris sit verius, nisi alienatio fieret post factam partitionem. De quarto dicto Auctoris vide Card. Alexā. in cap. 1. col. 4. versic. *Quæro an vassallus possit*, de prohibita feudi alienatione per Federicum. Gratum consil. 22. num. 3. lib. 1. Tiraq. de retract. lib. 1. §. 1. glo. 7. á num. 41. Ruin. consi. 176. num 13. lib. 1. Rolan. consi. 59. nu. 3. lib. 2. Menoch. de recupe. remedio. 9. nu. 761. Redoan. vbi supra num. 41. Aurelium. d. titu. de causa priuationis ob alienationē, lim. 26. &. 27. Ias. in. l. fin. num. iii. C. de iure emphiteotico, qui omnes concludunt, quòd emphiteota pro sua vita potest alienare commoditatem absq; domini licentia, cuiusmodi est alienatio, de qua hic. Quæ tamen opinio, vt dixi

in

in pluribus decisionibus huius libri, tra &ando de bonis maioratus,& allegando Molin.& alios, nunquam mihi placui, & ideò absolutè contra Autorem in hoc dicto teneo. Fateor tamen, quòd iudice huius Senatus seuere admodùm se habuerunt in hac decisione : contra quam, si iudex essem, semper iudicarẽ.

## Additio ad Decisionem CCXLV.

ADde huic decisioni Dueñas reg. 240. Coua. lib 2. variarum cap. 15. nu. 23. Anto. Gabr. lib. 3. communium, tit. de hypot. conclus. 1. nu. 6. Caualcan. de vsufructu, num. 204. Burs. cons. 101. num. 1. lib. 1. Osascum decis. Ped. 156. num. 4. Roland. cons. 6. lib. 1. Nattam cons. 426. lib. 2. & cum infinitis Iosephũ Ludouicum decis. Lucana. 38. per totam, & vltra hos Negusslant. de pignoribus. 2. part. membro. 2. nu. 6. & vide Alexãd. & Ias. per supra dictos citatos: ex quibus colliges duas opiniones contrarias esse, & contra Autorem hic cum Bart. esse magis communem opinionẽ, etiam si hypotheca esset generalis, sine clausula non alienandi, saltim ad effectum vt soluatur sibi interesse, & interim locator possit rem retinere; licet in hoc de hypoteca generali verior sit sententia nostræ decisionis, & quæ magis cõmunis est, & magis in praxi seruatur, licet contrarium dicat Ludouicus vbi supra: facta tamen excussione in bonis locatoris, qui vendit, posset conductor ob interesse recurrere contra istum emptorem; quod nota.

## Additio ad Decisionem CCXLVI.

TRia notanda adducit hæc decisio· Primum, quòd ius emphiteoticarium, & subemphiteoticarium præscribitur á colono, quem nõ constat fuisse conductorem temporalem per tempus quadraginta annorum, & amplius : & quòd præsumitur emphiteosis cõstituta in forma solita, scilicet vsq; ad tres vitas, & tertiam generationem, & præsumitur nunc viuens vltima vita. Secũdum, quòd emphiteota primus absq; licentia domini potest emphiteosim secundo concedere, & iste, talis potest & debet dominum primum in omnibus recognoscere. Adde Mariam Rimin. cons. 124. lib. 1. Tertium, quòd emphiteota qui soluit pensionem ad tertiam vel quartam partem tritici collecti ex prædio emphiteotico, debet soluere etiam de alijs fructibus, si triticum non seminet, & dicit sic in omnibus iudicatum. De primo dicto vide Speculatorem, hic nõ citatum, in tit. de locato. §. nunc aliqua, q. 53. &. 57. nu. 67. &. 72. & quæst. 142. num. 169. Roman. cons. 127. col. 1. Gratum cons. 142. num. 18. lib. 2. Alber. in l. 2. nu. 10. C. de iure emphit. Abb. cons. 74. num. 1. lib. 1. Bertr. cons. 112. lib. 2. & cons. 1. dub. 3. lib. 3. Dec. cõs. 146. à nu. 2. Beroi. cõs. 204. à nu. 22. lib. 1. & 113. lib. 1. Ruin. cons. 10. nu. 3 & 41. num. 40. lib. 1. Bursat. cons. 26 à nu. 31. lib. 1. Mascard. de prob. 2. part. conclusione 603. à num. 1. Aurelium Corbulum in d. tractatu de causis ex quibus amittitur emphitheosis, titul. de causa priuationis ob non solutum canonem, ampliatione. 39. Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsumptione. 108. &. 109. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 1. Couar. lib. 3. variarum c. 7. à nu. 1. Menoch. vbi supra præsumption. 106. Rim. Iun. cons. 257. á nu. 42. lib. 3. Anch. Rhegiens. q. familiari. 24. nu. 10. lib. 1. Mar. Anguiso. cons. 71. nu. 20. lib. 1. Affli. decis. 365. nu. 13. Cravet. de antiquitate temporis, in 4. part. versicu. *& sectione*, incip. *materia ista* Caualcan. decis. 44. à num. 80. part. 1. Ioseph·

Lud.

Ludoui. decis. Perus. 106. parte. 2. Communiter concluditur, quód in dubio, nisi emphiteosis sit Ecclesiastica, vel cõ suetudo sit solùm emphiteoticandi vsque ad tertiam generationem, præsumitur perpetua; sin minus vsque ad tertiam generationem: & an persona possessoris præsumatur vltima, nullum inueni ex modernioribus tangentem: sed vide Bald hìc citatum, & post eum Roman. in eodem loco: quorum dicta approbant Aretin. & Ias. ibi. De secundo dicto vide elegans consilium Socini 256. lib. 2. & 9. lib. 3. & vide optimé disputantem Aluarum Valascum in tract. de iure emphiteotico, quæst. 13. à num. 11. cum sequẽtibus. Menoch. cõs. 226. à nu. 157. lib. 3. & quos allegaui decis. 244. & vide etiam Aurelium Corbulam in d. tract. tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, amplia. 20. Communiter concluditur, quod de cõsensu primi domini potest emphiteota subemphiteoticare, manente ipso emphiteota, & tunc secundus emphiteota ipsum solum recognoscere tenetur. Si verò transferat omne ius suum, tenetur recognoscere primum dominum: quod apparebit ex natura cõcessionis, & rei conceſſæ. Sine tamen dicto cõsensu variant scribentes, & cõmuniter aliqui concludunt, quòd potest facere, manente ipso emphiteota: plures tamẽ cõtrariũ tenẽt, quorũ opinioni semper accedimus. De tertio dicto vide Ias. qui Ioannẽ Andreã, allegat in. l. 1. nu. 19. ff. de. ll. vbi ait, quod etsi dominus de vno fructu aut specie fructus expresserit gratia frequẽtioris vsus, debetur de alio, loco eius seminato: & facit ad præsentem decisionẽ, quia emphiteota nõ seminando est in culpa, & tenetur acsi seminasset: argumento tex. in. l. ex conducto. §. 1. vbi Fulgo. ff. locati, latè Aluarus Valascus de iure emphiteotico, quæstio. 27. à nume. 42. Ex quibus omnibus patet bené iudicatũ in præsenti decisione

## Additio ad Decisionem CCXLVII.

HÆc decisio continet tria dicta. Primum, quòd testamentum secundũ minus solẽne nõ derogat primo solẽni. Secũdũ, quod testamẽtũ nũcupatiuũ, si fiat corã scriba, debet esse lectũ, & quod nõ potest fieri corã notario Apostolico Tertiũ, quod vir & vxor possũt testari in eadẽ charta, & se inuicẽ instituere. Primo dicto adde Couar. in rub. de testamentis, parte. 2. à nu. 21. post Bart. ibi cĩtatũ in. l. si iure. ff. de leg. 3. & Crass. lib. sententiarũ §. testamentũ, q. 86. num. 3.

Secundo adde Anto. Gomez, Cisuentes, Castellum, Tellum, & alios, quos allegat Azeue. in. l. 1. á nu. 63. tit. 3. lib. 5. recop. & Couar. in c. relatum. 1. nu. 10. de testamentis, &, adde eundem Azeue. in. l. 13. á nu. 31. tit. 25. lib. 4. recop. & latissimè Mascar. in suo tract. de probatio. 3. par. concluſ. 1353. á nu. 74. & quæ nos diximus lib. 1. quæstionum, quæst. 1. Tertio dicto adde Tiraq. de primogenijs, quæst. 68. Couar. in d. rub. 2. par. á nu. 8. Burg. de Paz in l. 3. Tauri num. 1213. cum sequentibus. Tellum Fernãdez in. l. 12. Tauri, à nu. 14. Menesſ. Tellum, Molin. Matien. Gutierrez, Menchacam, Mieres & alios, quos allegat doctor Valdes in additionibus ad Xuarez in repetitione. l. quoniam in prioribus, in. 5. limita. ad. l. regni, num. 11. lit. H. & num. 13. cum sequentibus. Vide etiam Valascum in consultatione. 7.

## Additio ad Decisionem CCXLVIII.

NVm. 1, Adde quæ diximus de confessione facta inter personas suspectas decis. 165. & decis. 224. & omnino vide Seraphinum de Cazellinis in tractatu de priuilegijs iuramenti, priuilegio. 93. à num. 11.

Num.2.Adde regulæ traditæ hic ab Autore,quòd ſoluens pro alio, ſemper cenſetur ſoluiſſe de proprijs pecunijs, vltra autores citatos pes Autorē, Bald. in l.fi.nu.2.C.de pignor.Deci.conſ.20. nu.10. Pariſ. conſ.vltimo,nu.19.lib.2. Crauettam conſ.191.nu.8.lib.1.& cōſ 244.num.6.lib.2.Menoch.de præſumptio.lib.3. præſumptio.46.num.7.

## Additio ad Deciſionem 249 CCXLIX.

DVo dicit hæc deciſio.Primū,quòd iuri redimēdi per pactum de retro uendendo præſcribitur triginta annis Secundum,quòd iuramentum non poteſt interponi in ſcriptura confecta inter laicos, niſi in certis caſibus illud requirentibus ad ſui validationem: & vltra hæc duo dicta,adde aliud, & magis ſingulare,ſcilicet,quòd vendens rem,in qua venditor habet ius,ſolùm illud videtur vendere, & non totam rem, etiã ignoranti: ſicut in legantis: & quòd.l. vxor patrui.C. *de legatis,etiam* procedit in vendente. Primo dicto adde Couar.lib.1.variarum,cap.9.qui late quæſtionem diſputat. Eum vide. Secundo dicto adde noſtram.l. Regiam.11. tit. 1.lib.4. recopil. & ibi latiſsimè Azeue. Terrio dicto adde Iaſ.in.l. cum filio, num.fin.&ibi Socin.Iun.num.201.ff.de leg.1. eundem Iaſ.in.l.ſi domus.§.fi.nu. 24.ff.de leg.1.Fabian.de Mōte in tract. de emptione & venditione, quæſtio.6. principali, nu.24.&.16. Guillermū Benedictum in quæſt.de venditore, Pinel. in.l.1.3.parte.nu. 34.C.de bonis maternis.Peraltam in.l. Mænius,nu.8.de leg. 2.Alex.conſ.95.lib.1.Anto.Gomet.tomo.2. variarū,c.2.à nu.12. ex quorum dictis conclude, quòd licet deciſio verum dicat in ſuo negotio principali, Autor tamen in hoc tertio dicto malè dicit,& cōtra cōmunem opinionē,quia vendens ignoranti, in dubio cenſetur vendere totam rem:& contra eum adde Fabium Turretum cum Croto, quē allegat,conſ.72.num.5.lib.1.

## Additio ad Deciſionem CCL.

DEciſio hæc duo continet notanda, Primum, quòd legatum factū poſt mortem plurium, non debetur vſque ad mortem poſterioris. Secundum, Legatum etiam vſusfructus, per tempus limitatum factum piæ cauſæ, non debetur niſi ab adita hæreditate. De primo adde tex.in.l. hæredes mei.§.cum ita, & ibi Rip. ambos Socinos, Zanchum, Hieronymum Forniellum & alios.ff. ad Trebell. &. l. codicilis. in principio, & ibiBart.ff. de vſufructu legato.Alex. in l. pater.1.ff. de vulg. Socin.conſ.77. col.4.lib.1.Curt.Iun.conſ.139.num.6. deciſionem Pedemontanā Oſaſci.110. num. 5. latiſsimè Menoch.lib.4. præſumptio. præſumptio.62. per totam. Simonem de Pretis in tract.de interpretatione vltimarum volūtatum, lib. 3. interpretatione.2. dub.1.ſol.6.num. 29.& hoc dictum dubium non habet. Secūdo dicto adde Bolog.in.l.hæc verba,in principio,num.55.ff.de leg.1.vbi Alex.& Rip.Corn.cōſ.87.lib.3.Couar. in c.3.nu.3.extra de teſtamētis.Carol. Molin.ad Alex. conſ.209.lib.2.Anton. Gomez.lib.1. variarum c.12.à nu.11. Craſſum in ſuo ſententiarum libro.§. legatum,quæſt.68. Manticam in tract. de conjecturis,lib.11.tit.20. Hicrony. Gabr. conſ.91.lib.2. Menoch.in tract de arbitrarijs iudicum.lib.2.caſu.165. & cōſ.200.lib.2.&.209.&.211.&.269 &.273.li.3.&. 333.li.4.&.417.&.452 &.473.lib.5.eundem Menoch.lib.4.de præſum. præſump. 159.nu.21. Azeued in.l.1. nume.114. tit.4.lib.5. recopilat. Meneſſ.in.l. eam. quam, ànume. 70. C.

de

defidei commisis, & Matien. in d. l. 1. glo. 14. a nu. 80. Burgos de Paz in l. 3. Tauri, à nu. 902. Ex quibus omnibus apparet, quòd iure commune semper aditio requiritur ad exigendum legatum, & à tempore additionis cedit tempus legato adiectum, & licet fauore piæ causæ plures teneant non requiri aditionem cum Barto. communis tamen aliorum opinio est in contrarium; & licet videatur magis communis: ego tamen fauore piæ causæ, opinioni Bartoli accedo contra dicta in hac decisione: existimo tamen, quòd si piæ causæ vtile foret, quòd tempus sibi præstitutũ à testatore, curreret à die aditæ hæreditatis, quòd tunc sic curreret: & post factum benè iudicatum esset in præsenti decisione: alias ante aditam hæreditatem, si pia causa petijsset, male iudicaretur, vt in ea: iure tamen nostro Regio non ost necessaria aditio hærcditatis, vt Regnicolæ magis communiter existimant.

## Additio ad Decisionem 250 CCLI.

ATende ad hanc decisionem, quæ dicit quòd metus vxori adhibitus per maritum, vt ipsa contractui alienationis consentiat, debet esse grauis, & quòd nõ sufficiũt minæ, & quod nõ probatur testibus inhabilibus, & domesticis: & quòd duo testes inhabiles de metu deponentes non præferuntur, si domestici aut inhabiles sint, alijs deponẽtibus de libera voluntate; quæ decisio licèt singularis sit, mihi vera non videtur: nam metus talis probatur indicijs, & coniecturis, & per personas domesticas, & duo testes deponentes de metu, præferuntur alijs deponentibus de libera voluntate: & inter maritum, & vxorem minæ, læsio notabilis, & reuerentia mariti sufficiunt, & semper sic vidi practicari, maximè in supremis tribunalibus: & miror quomodo in hac decisione in contrarium iudicatum est, nisi aliquæ coniecturæ violentæ liberæ voluntatis in processu probatæ fuerint: de quo vide Bartu. Bald. Salic. Ang. Gurt. Alcia. Rimi. Ias. & autores, & Menesf. in l. interpositas. C. de transactio. Alban. in addi. ad Bart. in rub. ff. quòd metus causa. Rebuffum in secundo tomo ad. ll. Galicas. tit. de rescisione cõtractuum, art. 3. glo. 12. a nu. 2. Couar. in 4. de sponsalibus, par. 2. c. 3. §. 5. a nu. 3. Bursat. consi. 72. & consi. 82. nu. 13. lib. 1. Alciat. in tract. de præsump. regu. 3. præsump. 7. Menoch. in tract. de arbitrarijs, lib. 2. cent. 2. casu. 156. & casu 135. & 136. latisime Menoch. in tract. de præsumptionibus lib. 3. præsumpt. 126. & 127. & 128. Mascard. in tra. de probatio. 2. par. concluf. 1053. & 1054. &. 1055. &. 1056. &. 1057.

## Additio ad Decisionem CCLII.

NVm. 1. Add. Anto. Gomez. 2. tomo variarum. cap. 3. num. 19. Nauar. in Manuali, c. 17. nume. 179. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. 1. parte, c. 3. nu. 26. Mench. controuersiarum vsufrequentium lib. 3. cap. 54. nu. 7. Aluarum Valascum ex proposito in tract. de iure emphiteotico, quest. 27. a nu. 34. & l. 23. ti. 8. part. 5. & ibi Greg. Couar. in practicis, q. 30. & ex nouioribus adde Rolan. consi. 13. nu. 8. lib. 1. & consi. 16. nu. 16. lib. 2. & Fabiũ Turrerũ consi. 51. lib. 1. per totum. Sebastian. Medices in tract. de fortuitis casibus, q. 10. nu. 39. 2. par. cũ sequẽtibus. Ceph. consi. 577. num. 9. lib. 4. Rimin. Iun. consi. 40. lib. 1. Bursat. consi. 11. lib. 1. Ioan. Bottá consi. 90. in fine, & per totum lib. 1. Vbi late de remissione mercedis ob casus fortuitos & de renuntiatione casuũ fortuitorũ, & melius p Valascum vbisupra

& per Ioan. Mariam Riminaldum cum longa additione Hipp. Riminal. Iunioris, conſ. 154. lib. 1.

Num. 2. vide addita ad deciſionem 19. vbi exactè materiam tractauimus, quia hæc deciſio in hoc libro triplicata & quadruplicata eſt: & dum dicit Autor in fine, an probetur valor communis ex teſtibus dicentibus rem valere tantum, ſi articulatum fuit de valore communi, vide quæ diximus ad deciſ. 178. num. 8. melius ad propoſitum deciſione. 205. per totam.

## Additio ad Deciſionem 252. CCLIII.

NVm. 1. & 3. De fide exempli traducti à tabelione, qui conſcripſit originale, vide Couar. in practicis, cap. 12. à nu. 1. Menoch. in tractat. de adipiſcenda poſſeſione, remedio. 4. quæſt. 74. nu. 65 1. latiſsimè Maſcard. in tract. de probatio. 2. parte, concluſione 711. per totam. laté etiam Doctorem, Azeuedo in l. 3. tit. 5. lib. 4. per totam.

Num. 2. Quando inſtrumentum ſit nullum factum contra legem prohibitiuam, aliam pœnam imponentem contra facienti, diximus latè ad deciſionẽ 40. num. 3. & 4. quibus adde nunc Burſatum conſ. 133. num. 64. lib. 2. & quia deciſio eſt clara, nihil amplius illi addẽ dum exiſtimamus: & ad id quòd dicit de originali perdito, vide Couar. vbi ſupra.

## Additio ad Deciſionem 253. CCLIIII.

HÆc eſt deciſio ſingularis, quæ continet, quòd inter ſocios mercaturæ non ſolum eſt partiendũ lucrũ factum ex capitalibus ſociorum, ſed etiam lucrum ex lucro factum, etiam ſi faciens feciſſet ſuo nomine, & aliorum, & non totius ſocietatis: imò, & aliud vult etiam dicere deciſio, quòd ſocietas cogitur agnoſcere illud lucrum ſolutis expenſis. Certè ſingularis eſt, & paucas autoritates in terminis inuenies. Sed adde in terminis Crauettam conſ. 433. in dubio. 5. lib. 3. & Bonifaciũ Rugerium conſ. 57. per totum. Et confirma, quia ſocius, vſque dum renuntiet expreſſe ſocietati, & reddat rationes ſocijs, ſi negotiatur de pecunia communi, ſemper cenſetur negotiari nomine ſocietatis, & lucrum diuidi debet, imo tacitè cenſetur continuata ex dicta negotiatione, non reddendo rationes, & cenſeretur eſſe in dolo ſocius, ſi non cõmunicaſſet, ex Bart. in l. Titium, & Mæuium. §. altero. ff. de adminiſt. tutorum. Bart & Bald. in l. ſi patruus. C. communia vtriuſque iudicij, & in tract. de duobus fratribus. Bal. in l. ſi vt proponis. C. de rei vend. & his adde Alex. conſ. 49. lib. 1. Deci. cõſ. 255. Ruin. cõſ. 216. nu. 9 lib. 1. Hierony. Gab. conſ. 78. lib. 1. Burſatum conſ. 321 nu. 61. lib. 3. Ceph. cõſ. 275. lib. 4. Menoch. conſ. 121. à nu. 70. lib. 2. elegans cõſilium Sfortiæ. 94. per totum lib. 1. & aliud eiuſdem Rugerij, conſ. 55. lib. 1. per totum, latiſsimè cum Pariſio, & infinitis autoribus Matiençum in l. 2. glo. 1. à nu. 20. tit. 9. lib. 5. recopil. Nec obſtat. l. ſi vnus. §. ſi vnus. ff. pro ſocio. nam reſpondeo, vt per Matiẽ. vbi ſupra nu. 34. vt procedat, quando ſocietas fuit coita ſolùm ad vnam rem, & tunc etiam datur actio ſocijs contra ſocium ad intereſſe, ſi extra cauſam ſocietatis lucretur ſuo nomine cum pecunia communi: quòd idem eſt inſubſtantia, & coincidit cum hac deciſione, & conſilij, Sfortiæ, Rugerij, Crauettæ, & aliorum citatorum. Addeetiam his Socin. conſi. 254. lib. 2. Benuenutum Stracham in tract. de mercatura, partę. 1. nume. 97, ad finem primæ partis, & in titulo de contractibus mercatorum, nu. 16. Allegat Corſetũ ſingulari verbo,

verbo, *lucrum*: quare existimo notandã & veram esse hanc decisionem, & bene per eam iudicatum.

Num. 3. Adde Tiraquel. ad §. hoc sermone, hic citatum, num. 15. & 54.

## Additio ad Decisionem CCLV.

ADde huic decisioni de bona fide ex titulo præsumenda, Bal. Barto. Abb. Cyn. Alex. Socin. Iun. Alban. Curtium, & alios, quos alegat Mascardus in tract. de prouarion. 1. parte, conclusione, 228. cum præcedentibus, & sequẽtibus, & de mala fide antecessoris, quando noceat succesoribus, vide Beroium cons. 82. num. 5. lib. 3. & in cap. grauis. num. 38. de rest. spoliatorum, & in cap. de quarta, num. 5. de præscriptio. Tiraq. in tract. de præscriptio. §. 1. glo. 7. Petrum Surdum cons. 73. nu. 14. lib. 1. Iacobum Nouelum regu. 38. Crauet. cons. 434. nu. 25. lib 3. & 871. nu. 23. lib. 5. Prosperum Pasethũ cons. 103. nu. 8. Cur. Iun. cõs. 181. & 187. in fine lib. 2. Rim. Iun. cons. 248. nu. 36. lib. 3. Anton. Gab. lib. 5. tit. de præscipt. conclu. 3. Socin. Iun. cons. 144. à num. 46. lib. 1. Ruin. cons. 170. nu. 32. lib. 2. Franciscũ Viuiũ decis. 195. Tandem si hæres vult continuare præsciptionem defuncti, nocet ei sua mala fides: sin verò velit incipere á sua propria persona, & proprio titulo, non nocet: vt per Beroium vbi supra, & per præsentem decisionem in qua bene iudicatum est.

## Additio ad Decisionem CCLVI.

ADde huic decisioni, quæ diximus decisione. 166. & 185. & Couar. & autores, quos ibi citauimus.

## Additio ad Decisionem 256 CCLVII.

NOta ex hac decisipne, quód valor rei minuitur ex pactis adiectis in fauorẽ venditoris, & augetur ex pactis adiectis in fauorẽ emptoris, & ex dilatione data ad soluendum, & ex alijs qualitatibus, & circunstantijs, & oneribus rei annexis: de quo vide Rip. in l. 1. §. si hæres, nu. 28. & 29. ff. ad Trebel. Socin. cons. 85. nu. 8. lib. 1. Cagnol. in l. 2. derescind. vend. nu. 243. & ibi Panthaleon de Crema à nu. 275. cum sequentibus. Mascard. in tract. de probatio. 2. parte, conclus. 650. à nu. 7. cum sequentibus. Pinel in d. l. 2. parte. 3. c. fin. num. 19. Matiençum latissimè in. l. 1. glo. 2. à num. 24. titu. 11. lib. 5. recopil. qui Bal. in pluribus consilijs, Didac. Perez, & alios infinitos modernos, & antiquos refert, & num. 32. concordat cum Autore hic, in quãtum dicit, quòd res propter dilatam solutionem valet minus: allegat Bart. in l. 1. prope finẽ. ff. de cõd. indebiti, & in l. Iecta. nu. 25. ff. si certum petatur. Bald. cons. 48. lib. 1. Marian. Socin. Deci. Tiraquel. & alios, & duo iura quæ benè ad propositum faciunt. Attẽde tamen, quòd secundùm doctrinam. Theologorum, & Canonistarum, licet dilatio solutionis, pretium rei minuat, non potest tamen creditor ob dilatam solutionem paciscí, vltra pretium rigorosum, quòd res valet ex Couar. lib. 3. variarum, c. 2. & 3. & DD. in c. in. ciuitate, de vsuris, intra illud verò res æstimatur magis vel minus ob dilatam, vel non dilatam solutionem: quòd est nutandum ad præsentem decisionem.

## Additio ad Decisionem CCLVIII.

NOta duo ex hac decisione. Primũ, q̃ in contractu emphiteotico læso vltra dimidiam iusti pretij competit remedium legis. 2. de rescind. venditio. & si lesio enormissima est, longo spatio vltra dimidiam iusti pretij etiamsi

contractus sit iuratus, & transierit quadriennium, competit dictum remediũ. Secundum, quòd quando ad contrahendum requiritur consensus vxoris vel mariti, vel alicuius tertij, suppletur eius defectus, si contractus contrahenti vtilis sit, Primodicto adde Speculatorem in tit. de locato. §. nunc verò aliqua, nu. 114. Menesſ. in. d. l. 2. à nu. 28. & Pinel. ibidem. 1. parte c. 3. num. finalj. Anton. Gomez in. l. 68. Tauri nume. 4. Petrum Rebuffum in. 2. tomo ad. ll. Galliæ, tit. de rescisione contractus, artic. vnico glo. 15. nume. 112. Matiençum in. l. 1. glo. 8. à nume. 7. tit. 11. lib. 4. recopilat. & de iuramento ibi à nu. 45. & de quadriennio glo. 10. per totam, vbi agit de lege Lusitaniæ, de qua in hac decisione. Menesſ. de hoc in d. l. 2. à nu. 45. Anto. Gomez lib. 2. variarum c. 2. à nu. 22. &. c. 14. à nu. 20. Gomez de Leõ centuria. 96. Couar. lib. 2. variarum cap. 4 à num. 5. Azeued. in d. l. 1. à num. 32. & de materia emphiteosis latè & eleganter Aluarus Valascus in tract. de iure emphiteotico, quæstione. 11. à nume. 19. Et communiter concluditur, vt per Autorem hic. Adde etiam, quòd in consideranda deceptione in emphiteesi, debet considerari pensio solita in similibus contractibus, & pro similibus rebus: & si consuetudo non adsit, pensio iusta debet esse sexta parte, aut alia, arbitrio iudicis, minor quam daretur in locatione temporali, aliás non esset propria emphiteosis. Secundo verò dicto adde Autores in. l. cum hi. §. eam transactionem. ff. de transactio. Rip. in l. is cui bonis, num. 47. ff. de verborum obligatio. Alciat. libr. 1. de verborum signifi. fol. 4. Tiraq. de. ll. connub. glo. 8. num. 56. Imol. in. l. cum lex. de fideiuss. Socin. Iun. cons. 28. num. 11. lib. 2. Corsetum sing. verbo, *pupillus*. Socin. in. l. in cõditionibus pupilus, nu. 1. ff. de cond. & demonstr. Ias. in. l. contra iuris, nu. 8. ff. de pactis Pinel. in l. 1. parte. 3. nu. 30. C. de bonis maternis. Xuarez in. l. 13. tit. *de las deudas*, lib. 3. fori, limit. 4. Ioan. Lup. in rub. de donationibus inter virũ §. 68. nu. 7. Gomez Arias in. l. 55. Tauri, nu. 12. cũ sequentibus, & ibi Anto. Gomez nu. 2. citans Bald. cons. 488. nu. 2. lib. 1. & omnino videndus est Matiençco, qui hæc omnia & plura alia adducit in. l. 2. glo. 1. à nu. 13. tit. 3. lib. 5. recopil. Tandẽ magis cõmunis conclusio est cũ Autore hic: quod intelligit tamẽ volẽte muliere aut marito cõtractui stare: qd ipsi declarare tenẽtur requisiti, aliàs nõ.

## Additio ad Decisionem 258

## CCLIX.

EX hac decisione deducuntur sequẽtes conclusiones.

Prima, quòd proximitas in successore maioratus, respectu vltimi decedentis debet prouenire ex parte fundatorum maioratus, & nõ ex alia linea, aliàs capax non erit succedendi.

Secũda q; donatio causa mortis, vel testamẽtum facta, aut factũ per duos in vna charta, vsq; ad mortẽ potest reuocari per vnum illorum, etiam si iurauerit non reuocare.

Tertia, quòd donatio causa mortis colligitur ex verbis donatoris, & ex effectibus donationis, etiam si notarius eam appellet donationem inter viuos.

Quarta, quòd donatio causa mortis censetur reuocata, si donatarius moriatur in vita donantis.

Quinta, quòd talis donatio non tenet, non acceptata per notariũ, aut per ipsum donatarium.

De prima conclusione vide Bald. & Martin. Laudẽsem in c. 1. de eo qui sibi & hæred. suis, in feudis. Calder. cõs. 13. tit. de feudis. Ang. cons. 110. Card. cõs. 124. Rub. cons. 85. ad finẽ, & in. l. Gallus §. quidam rectè, num. 86. ff. de liber. & posth. Paris. cõs. 65. nu. 21. lib. 2. Tiraq.

in

in tract. de retract. lib. 1. §. 11. glo. 1. à num. 19. Menoch. cons. 507. á num. 11. lib. 6. Coua. in practicis, q. 38. Moli. lib. 3. de primogenijs, c. 9. nu. 1. in fine, & facit, quia omnes qui tenent opinionẽ Socin. in l. si cognatis, de rebus dubijs, q̃ attendatur proximitas respectu vltimi admissi, semper tenuerunt ista conclusionẽ, vt videre est per Decian. cõs. 25. lib. 3. Cep. cons. 600. lib. 5. Iul. Cla. lib. 4. sententiarũ. §. testamẽtũ, q. 76. & per Menoch. cõs. 124. lib. 2. & secũdũ istam cõclusionem, quæ dubium non habet, semper consului, & iudicatum est.

De secũda adde allegatos decis. 247. & vltra ipsos de donatione causa mortis iurata adde Anto. Gab. lib. 2. cõmunium conclusionum, tit. de iureiurando, conclus. 9. à nu. 11. Did. Coua, in rubrica de testamen. 2. par. á nu. 10. Deci. cons. 305. Cotn. cons. 126. col. 2. lib. 1. Ias. cons. 6. col. 7. lib. 3. Paris. cõs. 16. nu. 17. lib. 2. Seguram in repet. l. vnum ex familia. §. sed si fundum, à num. 140. ff. de leg. 2. & cum pluribus Matien. in l. 7 glo. 1. á num. 21. tit. 10. lib. 5 recopil. & faciũt quæ ipse dicit de clausula de non contraueniendo, apposita in donatione causa mortis, á nu. 20. Adde etiã Michaelem Crassum in suo libro sententiarũ. §. donatio causa mortis, quæst. 1. nume. 4. & quæst. 21. nume. 4. & de testamento reuocando, etiam si iuramentum interuenerit, adde Peral. Soci. Iun. & alios in l. si quis in principio ff. de leg. 3. & vltra illos adde Couar. in d. rubrica. 2. par. á nu. 15. & Iul. Cla in d. §. testamẽtũ, q. 94. Ant. Gab. lib. 2. cõmunium, tit. de iureiurando, conclus. 1. á nu. 8. Crassum in d. lib. §. testamẽtũ. q. 87. Communiter concluditur, quòd si clausulæ de non reuocando & non contraueniẽdo, ponãtur simpliciter in fine contractus, & in clausulis exequutiuis, solitis apponi ex stylo tabellionum, & illis adijciatur iuramentũ, nõ efficiunt donationem irreuocabilem. Si verò apponantur in principio & medio contractus, in dispositione & obligatione contrahentium, tunc transmutat illum in donationem inter vivos: & addo ego quòd etiam si apponantur in clausulis exequutiuis, si apponantur per verba præcisa, enixa & geminata, operantur irreuocabilitatem, ex præsumpta contrahentium intentione. Addo etiam, illas dici appositas ex stylo, quas tabelliones in suis domibus post recessum partium apponunt: & licet hodie ex l. 13. tit. 25. lib. 4. recopil. id fieri non possit tamen sæpe fit, & idcò clausulæ solitæ apponi ex stylo, si apponãtur in fine scripturæ, & in clausulis exequutiuis, parum operantur, si contra eas stet dispositio partium expressa, de qua in verbis dispositiuis contractus: quod nota.

De tertia adde Matien. in d. l. 7. glo. 1. tit. 10. lib. 5. melius adde Xuarez allegatione. 20. Deci. in. l. fin. nume. 2. C. de pactis, Bart. & DD. in. l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio, & in. l. cũ maritus, §. fin. ff. de pactis dotalibus. Boer. decis. 353. á num. 12. Couar. vbi supra, nume. 25. Roland. cons. 8. nu. 21. lib. 1. Crass. vbi supra, quæst. 1. in fine.

De quarta adde l. vltimã, tit. 4. part. 5. & ibi Greg. & alias legescitando, Matien. vbi supra, glo. 3. num. 3.

De quinta adde Couar. in d. rubr. 3. parte num. 14. & Matiençum vbi supra, glo. 2. num. 22. Anto. Gomez lib. 2. variarum, c. 4. nu. 16. Crassum vbi supra, quæst. 9. & quæ diximus ad decisionem octauam: quidquid tamen sit de iure communi, hodie concludẽdum est, vt per Autorem hic. Ex quibus omnibus conclusionibus apparet, benè iudicasse Senatum in præsenti decisione.

## Additio ad Decisionem CCXL.

VIde quæ de remedio.l. si quis conditionis, de quo hic, dixi decisione.12.

## Additio ad Decisionem 260 CCLXI.

EX hac decisione deducuntur notabilis conclusiones sequentes.

Prima, quòd iure communi, quando emphiteosis conceditur marito & vxori & filio, quem nominauerit, non possunt filiæ, nec nepotes nominari.

Secundo, quòd quando conceditur pro filio & filia, quem testator nominauerit, non potest nominari filia, existente filio, nisi aliud lege caueatur.

Tertia, quòd lex noua comprehendit negotium antiquius illa lege, si eius exequutio & complementum accidant post illam legem, dummodo ante non sit alijs irreuocabiliter ius quæsitum.

De prima adde Riminal. Seniorem cons. 121. nu. 4. lib. 1. Couar. lib. 2. resolutio. c. 18. á nu. 1. Iul. Clar. lib. 4 sententiarum §. emphiteosis, quæst. 32. Caldas de nominatione, quæst. 17. á nu. 30. latissimè Aurelium Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis oblineã finitam, à nu. 2. &. 3. cum sequentibus. Communis resolutio est, quòd iure cõmuni filiæ nõ succedunt in emphiteosi pro filijs concessa, nec possunt nominari. Fallit ex. l. regia Lusitaniæ, vt ꝑ Caldas vbi supra, & ex consuetudine huius regni, in quo contrarium seruatur: & de nepotibus: vide eundem Caldas in d. tract. quæst. 19. à num. 13.

De secunda adde Paul. de Castro in l. fi. C. de verborũ significatione, & in. l. cú ita. §. in fideicõmisso. de leg. 2. Cor. cons. 37. nu. 2. lib. 3. Ruin. cons. 151. nu. 8. lib. 2. Socin. cons. 131. nu. 4. &. 86. nu. 1. lib. 3. Deci. cons. 299. nu. 15. Caldas in d. tract. quæst. 14. á nu. 36. Resolutio est, quòd iure communi, quando emphiteosis cõceditur pro masculis & fœminis, vel de consuetudine succedunt fœminæ, non præfertur masculus fœminæ: secus si extet statutum, quod stãtibus masculis, fœminæ non succedat: aut aliud lege caueatur, vt per Caldas vbi supra, qui declarat & cõfirmat præsentem decisionem, licet eam nõ citet, & ita practicatur in his regnis, nisi nullus esset nominatus; nam tunc masculus præferretur, ex. l. fi. ff. de fide instrumen. latè Tiraq. de primogenijs, quæst. 40. latè Caldas quæst. 12. 247. &. 23. & ita vidi iudicatum in quadam causa.

De tertia vide latè Autores, maximè Bar. in. l. omnes populi, de iustitia & iure. Imol. in. c. fin. de cõstit. Andream ab ex ea de constit. num. 266. &. 268. & sequentibus, & resolutio Autoris est vera, & secundùm eam iam consului, & iudicatum est; ex quibus apparet, benè iudicasse Senatum in præsenti decisione.

## Additio ad Decisionem CCLXII.

DVo ponit hæc decisio notãda Primum, quòd creditor non tenetur alimentare debitorem inopem ad sui petitionẽ incarceratum, si ex eleemosynis possit alimentari, aut aliqua confratria, puta Misericordiæ, eum alimentat.

Secundum, quòd carcerato ob delictum non tenetur accusator alimenta subministrare.

Primo addé Aluarum Valascũ, quĩ omnia, quæ Autor hic tradit, refert, & etiam nostram decisionem, cõsultatione. 1. à nu. 8. Cordubam de Lara in repetitione. l. siquis á liberis §. si vel parens, á num. 60. cum sequẽtibus, in tractatu de alimentis. Auiles in c. 18. prætorum, verbo, *qual conuenga*, nume 5. Mõtaluum in. l. 2. verbo, *de pan y agua*, tit.

titu. 8. lib. 2. fori, &. l. 4. & ibi Matié. glo. 1. & Azeued. á num. 1. & 2. titu. 16. lib. 5. recop. qua disponitur, quòd per nouem dies solùm tenetur creditor alere debitorem inopem: quod malè & raro practicatur. Valascus verò discrepat ab Autore hic in. 2. parte conclusionis. Mihi verò, si alimenta quæ dantur carceratis ab aliqua cõfraternitate, nõ sint ordinaria, & necessaria, & eleemosynæ nõ sint sufficientes & ordinariæ, in dubio verior videtur Valasci opinio.

Secundo dicto adde Auilesˢ. vbi supra num. 4. qui idem tenet: & ita practicatur.

## Additio ad Decisionem CCLXIII.

TRia aut quatuor dubia cõtinet hæc decisio. Primo adde quæ diximus decis. 250. alias. 251. Secundo adde quæ diximus & allegauimus decis. 46. & Menoch. cons. 45. lib. 1. Xuares alleg. 1. Alexand. Menoch. Boer. Gratum, Simoné de Pretis, Marantam, Mãticam, Roládum, Viui. Capram, Soci. Deci. Cla. & alios allegatos à Doctore Valdesio ibi num. 2. lit. A. Tertio adde Molin. lib. 1. de Hispanorum primog. cap. 8. à nu. 35. Pinel. etiam ab eo citatum. Ceph. cõsi. 306. num. 122. lib. 3. & 312. num. 25. eod. lib. latissimè Pegueram in tract de feudis versicul. 6. ad repetitionem capituli item ne super laudemio, à num. 109. cũ sequentibus, & huic dubio quo ad secũdam partem eius, vbi dicit, quod donatio iudicatur causa mortis, & potest reuocari, etiam si adijciatur clausula de non reuocando, adde quæ diximus supra decis. 259. & notabiliter & benè ad propositum huius decisionis in hoc dubio Menoch. in tract. præsumptio. lib. 6. præsumptione. 4. nu. 22. allegat Corn. cons. 159. lib. 4. col. 3. Socin. Deci. Ripã & alios, eundem Menoch. d. lib. 6. præsumptione. 10. nu. 3. & quo ad tertiam partem dubij, in quantum dicit, quòd testaror potuit adijcere onera maioratui pluribus vicibus. ex eo quia reseruauit sibi facultatem faciendi, & non cõsumitur facultas faciendi prima vice, adde in terminis Pelaez de Mieres in tract. de maioratibus. 1. part. quæst. 26. à nu. 12. cum sequentibus, & quæst. 38. Vide etiam Velazquez de Auendaño in l. 44. Tauri, glo. 19. á nu. 2. & glo. 20. Tertio dubio, in quantum dicit Autor, quod inferens metum, vel dolum, non potest ipsum allegare, quia allegaret turpitudinẽ suam, adde elegãs consiliũ Hippolyti Riminaldi Iunioris. 62. lib. 1. per totum, & Crauettam cons. 491. nume. 1. & consil. 815. nume. 2. lib. 5. & 570. num. 9. & 436. nu. 12. & Viuiũ decis. 339. nu. 36. Matthæum Brunum cons. 87. nu. 5. lib. 1. Tandem his visis, decisio præsens Senatus vera est, nam absq; dubio possessor maioratus potuit adijcere nouas vocationes & grauamina maioratui antiquo, si addidit bona propria, & licèt Pinelus dicat quòd nõ, cuius opinionem probabilem Molina dicit, si sint contrariæ vocationibus ad iectis in primo maioratu, simpliciter tamẽ tenendũ est, quòd quomodocũq; velit adijcere, potest, licet postea sequatur diuisio horũ maioratuum, nisi aliquid repugnans & incompatibile resultet, ex quo alter eorum supprimatur, vel supprimi poterat, vel posset in futurum, tũc enim etiam quo ad bona addita, seruanda essent disposita in primo maioratu.

## Additio ad Decisionem CCLXIIII.

ADde quæ latè allegauimus ad decisionẽ. 66. vbi infinitas autoritates modernorum, & antiquorum citauimus, maximè vltimum consilium Sfortiæ,

tiæ, quod omnia complectitur: & interim vide eundem, qui omnia hic dicta, & plura alia cõplectitur, in tract. de in integrum restitutione, quæst. 64. 2. par. per decem articulos illius quæstionis.

Num. 3. Nota, ꝙ allegans aliquã qualitatẽ ad fundamentũ suæ intentionis, tenetur eam probare. Adde Rol. Valle cons. 68. nu. 31. lib. 1. Burs. cons. 131. nu. 8. lib. 2. Tiberi. Deciã. cõs. 17. nu. 7. lib. 1. Ceph. cons. 256. nu. 65. lib. 2. Fab. Turretum consi. 2. à num. 12. lib. 1. Hæc decisio clara est, & ideò nulla alia indiget additione; & ad id quod dicit de seniori nu. 3. adde Molin. de primog. lib. 1. cap. 11. nu. 9. & lib. 2. cap. 4. num. 42.

## Additio ad Decisionem CCXLV.

NVm. 1. An cedi, donari & vẽdi possit ius succedendi in aliquo primogenio, diximus supra decis. 174. & adde nunc Pelaez de Mieres in tract. de maiioratibus. 3. par. quæst. 18. per totam. Molin. lib. 1. de primog. c. 6. à num. 45. & lib. 3. c. 2. à nu. 21. Tiraq. de primogenijs, quæst. 26. & 27. Velazquez in l. 45. Tauri glo. 2. à num. 3. 4. & 5.

Num. 2. Adde Aluar. Valas. in tract. de jure emphiteotico. q. 7. à num. 8. Aymon. consi. 112. nu. 8. lib. 1. & eleganter Crauet. cons. 548. nu. 6. lib. 4. & de cõtractu in scriptis celebrãdo, & quando fit conuẽtio, vt de contractu fiat scriptura, vide quæ diximus decis. 207. num. 7.

Nu. 3. de confessione facta in cõtractu nullo, ꝙ valeat, adde Paul. quid dicit notatu dignũ, & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus n. 4. ff. de verborũ oblig. & ibi Alex. Ange. & Imol. & cum Ruin. Alexan. Bart. Decio, & alijs adde latissimè Mascar. in tract. de probatio. part. 1. conclu. 358. per totam, vbi cõmunem dicit sententiam huius decisionis, & respondet ad contraria.

Num. 4. De rati habitatione tacita & expressa adde latissimè Mascard. in tractatu de probatio. par. 3. conclus. 1356. à num. 59. & per totum.

Nu. 5. Vltra Bald. & Salic. hic allegatos adde in puncto Iaf. in l. 2. num. 134. C. de iure emphiteotico, & Campegiú in tract. de testibus, reg. 371. Mascard. d. 3. part. conclus. 1319. num. 14. vbi, ꝙ quando scriptura requiritur ex conuẽtione partiũ, distractus potest probari testibus, & adde Aluar. Valas. vbi supra. Ex quibus omnibus reperies, bene iudicatum in hac decisione, nam per secundam scripturam nullam non debet derogari primæ validæ, etiam si illa prima reuocabilis esset ad voluntatem partium; de quo vide autores, maximè Purpurat. Rimin. & Monterum in l. pacta nouissima. C. de pactis. Adde tamen, quòd non videtur bona differentia Autoris, scilicet, quòd quando scriptura requiritur de necessitate ad contractum, distractus possit fieri sine scriptura, & quòd non colligitur voluntas partium, vt sine scriptura distractus non valeat; secus quando requiritur ex voluntate partium, quia tunc videtur colligi voluntas, scilicet vt distractus non valeat sine scriptura, nam hæc differentia non videtur probari iure. Quidquid enim sit de voluntate partium, de iure, quando contractus de necessitate exigit scripturam, distractus etiam exigit: secus si requiratur ex partium conuentione, vt dicunt citati Autores: nec aliud dicunt citatati ab Autore in præsenti. Nihilominus tamen Senatus bene decidit, vt dictum est.

## Additio ad Decisionem 265 CCXLVI.

NOta duo ex hac decisione. Primũ. quòd vsusfructuarius conuentus

potest

potest nominare dominum in iudicio, ad effectum, non vt ipse liberetur à iudicio, sed vt illi acta parent præiudiciũ. Secundum, quod à sententia in qua dominus iubetur citari, potest appellari, quia habet vim diffinitiuæ, & iudices appellationis tenẽtur declarare, an sententia fuerit, vel non, iusta. De primo vide Ferraram, & ibi additiones nouas in sua ptaxi ciuili, in forma libeli in actione reali, verbo, *tenet & possidet.* Deci. cons. 62. nu. 3. Minsingerium centuria. 2. obseruatione. 58. & cẽt. 3. obseruatione. 24. Afflictis decis. 217. latè Marianum Socin. in cap. quoniam frequenter. §. in alijs, à num. 100. extra, vt lite non cõtestata. Vide etiam Legistas omnes in. l. 2. C. vbi in rem actio. Barba. in cap. quoniam frequenter. §. in alijs, nu. 50. vt lite non contestata. Ægid. Bellamer. & Butri. & Abb. in §. quòd si super illius cap. & Socin. nu. 112. cum sequentibus. Adde etiam Marcum decis. 832. parte. 1. Pinel. in. l. 1. 2. part. num. 62. C. de bonis maternis. Caualcan. in tract. de vsufructu. à nu. 7. & conclude, quòd ad quæstionem tangentem propietatem, potest emphiteota nominare dominium ad vtrumq; effectum, vt sibi sententia noceat, & vt liberetur à iudicio proprietatis, quidquid Autor hic dicat, tenetur tamen pro interesse vsusfructus, saltim vsq; ad primam sententiam, causam prosequi: & hoc est quod decisio nostra adducit. Intellige, quando hæc quæstio non tangit ius emphiteotæ, aliàs non potest nominare ad effectum liberandi se à iudicio, contra Barba. vbi supra, & hæc est communis opinio: & adde Ficardum lib. 3. communium, tit. 15. num. 12.

De secundo vide Felinum in Rubrica de sententia & re iudicata, num. 11. & 12. melius de sentẽtia interloquutoria super legitimatione personæ, Ferraram in praxi, in forma sententiæ super legitimatione personarum, verbo, *nos Bernardinus*, & vide plures allegatos per Azeu. in. l. 6. tit. 18. lib. 4. recop. Couar. in practicis quæst. 23. Dueñas reg. 45. Lancelot. in tract. de attentatis 2. part. cap. 12. lim. 25. à nu. 1. Tandem plures citat Azeued. à quo non est opus trãscribere: & notãda est decisio præsens, quia singularis & vera.

## Additio ad Decisionem CCLXVII.

ADde quæ diximus decis. 40. & decision. 234.

## Additio ad Decisionem CCLXVIII.

ADde quæ latè diximus ad decisionẽ. 254. & aduerte, quòd si numi, ex quibus institutor & socius, de quo hic, lucrati sunt, erant cõmunes, & alij socij vellent illorum lucrorum partem, etiam si mandatum esset limitatum, vt decisio sonat, non procederet ex dictis in dicta decisione: & ad præsentem adde decisionem Genuæ. 67. & 64. & 8. à nu. 9. & 9. nu. 14. & 174. & 180. à nu. 3.

## Additio ad Decisionem 267 CCLXIX.

EX hac decisione inferuntur sequentes notabiles conclusiones.

Prima, quòd collegium, vniuersitas, aut monasterium, nõn amittit ius commissi ex receptione pensionis, nisi collegialiter recipiant, & quòd restituũtur contra receptionem.

Secunda, quòd consuetudo non excusat à caducitate ob diuisionem, quãdo contrarium in pactis contractus inuenitur: quæ est conclusio singularis. Et adde Rimi. Seni. consil. 369. libro 3. Adde etiam Bursat. consil. 243. lib. 2.

Et

Et adde huic decisioni, in quantum dicit quod quælibet causa excusat à commisso, Burſat. consi. 26. à nu. 39. lib. 1.

Tertia, quòd delictū vnius ex socijs emphiteosis, non soluendo, vel alienando contra pacta, nocet alijs respectu commissi.

Ad primam conclusionem adde glo. & Autores in capit. potuit, de locato. Fulg. consi. 2. col. 2. Curt. Iun. in tract. de feudis. 2. parte principali, quæst. 26. Iul. Clarum lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 10. Mascar. in tract. de probatio. 1. part. cõclusione. 252. num. 12. & quòd emphiteota non cadat, nisi domino volente, adde eundem conclusio. 251. nu. 13. Beroi. consi. 116. num. 12. lib. 1. Curt. Seniorem consi. 81. Ceph. cõsi. 222. lib. 2. Aurel. Corbulum in tractatu de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titul. de causa priuationis ob alienationem, limit. 40. & tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, limit. 21. num. 5. allegat Ruin. consi. 70. nu. 14. lib. 5. Alexan. consi. 105. nu. 15. lib. 5. Cæpol. consi. *ciuili. 46. num. 3.* Decium cons. 329. nu. 3. Beroi. cons. 102. num. 57. lib. 1. Paris. cons. 108. num. 43. lib. 1. Burſat. consi. 26. nu. 23. lib. 1. Sarmientum lib. 3. cap. 6. à nu. 2. & de restitutione contra receptionem canonis, adde aliquid per Sfortiam in tract. de in integrum restitutione quæst. 89. art. 3. num. 30. Huic tamen restitutioni, si commissum fuit legitimè renuntiatum per receptionem illius, qui pensionem recipere poterat, & commissum remittere, non consentio, nisi valdè interſit minoris, aut aliæ personæ priuilegiatæ, quia lucrum nimis odiosum est.

Ad secundam conclusionen adde in terminis Paulum Castrensem consil. 244. nu. 3. dub. 3. lib. 2. Gozadin consi. 75. num. 6. Deci. consi. 208. num. 7. Baptistam Ferretum consi. 178. num. 15. lib. 1. Aurel. Corbulum in d. tit. de causa priuationis ob alienationem, limitatione. 32.

Ad tertiam conclusionem adde Ripam in l. 4. §. Cato. nu. 44. & ibi Hermanotus Detus num. 295. Socin. Iun. nu. 143. ff. de verborum obligat. Rol. Valle consi. 17. nu. 16. lib. 2. Anto. Gomez lib. 2. variarum cap. 10. num. 8. Clar. in d. §. emphiteosis, quæst. 8. Redoan. de rebus ecclesiæ quæst. 19. cap. 2. num. 7. latissimè Corbulus d. tract. titu. de causa priuationis ob non solutum canonem, ampliatione. 8. Quæ conclusio vera est, quando emphiteosis existit indiuidua inter socios, & cũ declarationibus Corbuli, quem omnino vide: & nota hanc decisionem, quia casum eius habeo in praxi, & secundùm eam consului.

## Additio ad Decisionem CCLXX.

COllige ex hac decisione conclusiones sequentes.

Prima, quòd emphiteota primus potest de licẽtia domini alium facere emphiteotam de qua diximus latè ad decisionem. 244. num. 7. aliàs, 246. & ibi dictis adde nunc Senatorem Caldas in tract. de renouatione contractus emphiteotici. quæst. 13. per totam. Rimin. Sen. consi 120. lib. 1.

Secunda, quòd dominus directus cẽsetur remittere commissum primo emphiteotæ, qui subemphiteoticauit sine eius licentia, si ab emphiteota secundo canonem recipiat, vel in vita non conqueſtus est: de qua vide dicta per me in decisi. 17. & decis. 91. & illis adde Senatorem Caldas in d. tract. quæst. 11. à num. 8.

Tertia, q̃ subemphiteota, vel secũda emphiteota, desinit finito iure primi emphiteotæ, & sic finito primo contractu; in tantum, quòd si successori emphiteosis renouetur à domino directo cum eisdem

eisdem pactis,& qualitatibus, nihilominus successor non teneatur illi stare, licet contrarium Autor defendat: quia emphiteosis renouata, censetur eadem cum prima,& durare prima,& sic non finitur ius datoris. Nihilominus contrarium decisit Senatus,& bene,cui decisioni, in confirmationem, & reprobationem, adde latè dicta per dictum Caldas in d. tractatu quæstio,2. &.3.9. 10. &,14. & nouissimè adde elegans consilium Bursat. 375. per totum,lib.4. Aliqua ponit Hipp. Riminaldus consi. 48. a num. 21. lib. 1. & Cephal. consi.657. a nu.23.lib.5. Sed interminis huius decisionis adde Franciscum Curtium Iuniorem in tract. de feudis, par.4. a nu. 85. cum sequentibus melius, latius,subtilius, & elegantius per Carolum Molinæum, quem miror non vidisse, nec allegasse Autores huius decisionis, in consuetudinibus Parisien.titu. 1.§.35.a nu. 19. cum sequentibus,allegat Bald.cons. 16.lib.1.& eundem cons.265.lib.5. qui omnino videndus est: ex quorum dictis collige casus sequentes ad declarationem huius decisionis.

Primus: Emphiteosis secunda durat pro vita concedentis, & eo mortuo, si succedat filius in emphiteosi, vel alius hæres, vt hæres, quia emphiteosis est hæreditaria, vel renouetur hæredi, tũc durat etiam subemphiteosis, & procedunt argumenta huius decisionis: & idé erit, quando ex consuetudine emphiteosis vendi posset à primo emphiteota, quia tunc iudicatur vt hæreditaria, & filij successoris ex primo cõtractu, etiã si hæredes non sint, non possunt ab eo auferre: secus si succedant ex renouatione, finitis primis generationibus.

Secundus est. Quando emphiteosis non est hæreditaria, sed acquisita pro se & filijs,tunc ius subemphiteotæ non durat nisi pro vita primi emphiteotæ, & eo mortuo, deuoluitur ad filios non hæredes, vel alios agnatos vocatos ex primo contractu, cui non potuit præiudicare primus emphiteota,ex Bal.& Molinæo vbi suprà. Faciunt latè tradita per Fabium Turrerum consi.61.lib.1.

Tertius est, Quando emphiteosis est finita, & renouatur in personam filij vel agnati non hæredis, tunc quia noua est non durat ius subemphiteoticarium, in præiudicium domini,nec agnati petentis renouationem, ex Bal. & Carol.vbi supra, & male dixit Autor quòd non erat noua emphiteosis: quem reprobat Cald.quæst.14.in d.tract.& ego iam in additionibus primæ partis reprobaui.

Quartus casus est de æquitate,Si agnati vel filij non compareant, tenetur dominus renouationem concedere isti secundo emphiteotæ,vt per Bal. vbi supra: quòd in his regnis nõ practicatur, vt late diximus decisio.41.& decis.117 Ex quibus omnibus vides bene iudicatum in præsenti decisione.

## Additio ad Decisionem CCLXXI.

ADde huic decisioni, vltra Xuarez, & alios hic citatos, suũ additionatorem Doctorẽ Valdes ibi, in tit. *De las dendas.*l.13. §.sed pone num.24. lit. A. qui allegat Caualcan.Menoch. Tiraqu. Auend. Castell. Palat.Cifuent.Matien. Anto.Gomez,Gutierrium,Molin.Crauet. Anton. Gabr,& alios, quos non refero, quia nũquã cõsueui fur alieni laboris esse: sed, & ibi allegatis adde Mascard.in tract. de probatio. 1. part. conclusione, 417. eundem latissimè lib.3. conclusi.1317. nu.2.&. 15.Eugenium Perusinum consi. 9.num.12.lib.1. Ceph.consi.699.à num. 48.li b. 5.Brusat. latissimè cons.127.lib.2. &.173. num. 41.eo lib.Prosperũ Pasethum cõs.164. à num.1.& vide nouissimum,& elegantissimum consilium Bursat. 424. lib.4.

qui

qui infinita singularia adducit. Plura etiam consilia Riminaldi Senioris, & aliorum refert Mascardus vbi supra: & adde etiam, quæ latè diximus in nostro lib.3. quæstionum, quæst. 23. Tandem communior, & verior, & æquior resolutio est, quòd ex cursu decennij præsumatur licentia, & consensus mariti, vel aliorum in contractu requisitorum, quã do non agitur de graui præiudicio: si verò de graui agatur, non præsumatur, nisi longissimũ tempus cum alijs indicijs interueniat: quod late per plures casus distinximus, & resoluimus in dicta quæstione, & in quæst.2. libri primi, & hic consensus præsumptus æquipollet expresso requisito ex mente omnium, de quibus supra, & ex his quæ diximus ad decisionem.168. quibus nunc adde Menoch.in tract.de præsumptio.lib.3. præsumptione.42. a nu.15. Ex quibus collige, benè iudicatum per Senatum.

## Additio ad Decisionem 271 CCLXXII.

ADde huic *decisioni Nauarrum in* suo Manuali.cap.17.a nu.260.Couar.in reg.peccatum.2. par. relectionis, a num.3.Medinam de rest.quæst.4.§.incip. *Corollaria*.Sequitur Dominic.Soto lib.6. de iustitia, & iure,quæst. 1.art.4. Ioseph. Angles in suis Floribus Theologicis,art.5.difficultate.2.concluſ.1.Nauaram cum Caietano, & alijs quos allegat in tract. de restitutioue tomo, 2. lib.4.cap.fin. a nu.33. latissimè per tres & quatuor conclusiones, Alfonsum de Villagut. in tract. de vsuris, quæst. 32. per totam, & ex eorum dictis colligitur veram esse nostram decisionem.

## Additio ad Decisionem 272 CCLXXIII.

ADde huic decisioni infinitos Autores, quos allegat iu terminis huius decisionis Mexia in pragmatica 1.1xæ panis, conclusion.2. a num.76.cum sequẽtibus.Catell.Cottã. in memorabilibus, verbo, *Dos*,Deci.cõs.119 nu.9 Neuizan. cons.74.Roman. & ibi Mandos. cons.517.a num.4.Alexand.cons.141. lib.5.& .200.lib.6.&,63.lib.4. Roland. cons. 55.lib. 2. Massueriũ ad Ferraram in praxi, in forma libelli, quo vxor agit ad dotem. verbo, *dictæ dominæ*, versicul. *aut non legauit*.Alfonsum de Villagut.in tract. de vsuris, quæst. 22. conclusio.9. qui benè loquitur. Baezam in tract. de non meliorandis.cap.25.num.8. Communiter concluditur, quód valet pactũ, de quo in hac decisione,si maritus sustineat onera matrimonij:& hæc est verior opinjo, & quæ magis practicatur.

## Additio ad Decisionem CCLXXIIII.

ADde huic decisioni. Viuium decis. 241.num.47. qui dicit opinionem glo. esse communiter ab omnibus receptam. Iul. Clarum. lib.5. sententiarum. §. adulterium nume. 18. Canteram in quæstionibus criminalibus, fol. 490. a nu.43.& quæ diximus decis.63.

## Additio ad Decisionem CCLXXV.

ADde huic decisioni, vltra Autores hic citatos, Bart. post Guillelmum de Cugn. in l. si quis libellos.C.de apel. Speculatorem in titu.de locato.§. nunc aliqua, quæst.96.num.119. Alberi.in l. fin.num.7.C.de iure enphiteotico.Alexand. in l. si insulam, num.40.ff. de verborum oblig.Rip. in l. cùm bona, num. 20.ff. de priuileg. creditorum,& in l. in quartam, num. 55. ad l.Falcidiã. Guid. Pape consi. 192.num.1.Curt.Sen.cons. 63.Grat.cons.133.lib.1.Socin.Iun.cõs. 20.num.38.lib.1. Emanuel Xuarez in thesau-

thesauro receptarum sententiárum, verbo, *emphiteosis*, num. 78. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 13. Aurel. Corbul. cum alijs pluribus, in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob alienationē, ampliation. 29. & de mora purganda recuperādo rē. vide Imol. Beroi. & Autores in cap. potuit, de locato, & eund. Corbulum in d. tract. tit. de causa priuationis ob non solutum canonē, limit. 41. á num. 21. & communis resolutio est, vt per Autorem in præsenti, notandaque est præsens decisio.

## Additio ad Decisionem CCLXXVI.

ADde huic decisioni, quæ diximus ad decisionē. 76. vbi declaruimus materiam. l. finalis, de qua hìc, cum Menochio, & alijs.

## Additio ad Decisionem CCLXXVII.

ADde huic decisioni, quæ diximus ad decisionem. 26. & ad decisionē 244. aliás. 246. vbi habes materiam præsentis decisionis cum pluribus autoritatibus declaratam.

## Additio ad Decisionem CCLXXVIII.

ADde huic decisioui quæ dixi ad decisionē. 239. aliás. 237. quia error est in numero Autoris: & de materia. l. fin. de eo quod metus causa, quando tenuta illegitime data, est confirmanda, vide quæ diximus ad decisionem. 40. & illis adde Parladorium lib. 1. rerū quotidianarum. cap. 10. per totum, & nouissimè lib. 2. cap. 6. & de sequestro, an auferat possessionem, adde Boeri. decis. 272. num. 1. Did. Perez in Rubrica ad titulum *De los secretos y embargos*. lib. 3. ord. col. 1140. Aze. in Rubrica titu. 12. lib. 4. recop. num. 12.

## Additio ad Decisionem 278 CCLXXIX.

HÆc decisio in materia legitimationis est admodum notanda, & singularis, & latissimè materiam pertractare ad cuius materiam infinita allegaui ad decisionem. 2 num. 7. & ad decisionem 11. nunc tamen ex eius larga cōtextura elicio duas conclusiones substantiales, in quibus consistit neruus totius decisionis.

Prima quòd clausula, Sine præiudicio venientium ab intestato, apposita in legitimationibus, solum operatur in fauorem filiorum patris, qui filium fecit legitimari, non in fauorem aliorū consanguineorum transuersalium: aliàs nihil operaretur. Secunda, quòd legitimatus à principe ad succesionem maioratus cum clausulis de plenitudine potestatis, & ex certa scientia, admittitur ad successionem maioratus, & excludit agnatos transuersales, etiamsi fuisset natus ex coitu damnato.

Ad primam conclusionem vltra per me dicta vbi supra, adde Alexan. consi. 188. lib. 5. nume. 20. Dec. consi. 393. & 338. num. 4. Socin. Iun. consi. 97. nu. 42. lib. 1. & 120. num. 22. lib. 2. &, 121. nu. 16. lib. 2. Iacobum Mandellum Alben. consi. 7. num. 1. Ioan. Mariam Riminaldum cōsi. 41. num. 9. & 17. lib. 1. Anto. Gabr. lib. 6. conclusionum, titu. de legitimatione, conclus. fin. num. 6. Crassum in suo libro sententiarum. §. succesio. ab intestato, quest. 19. nu. 14. Sfortiam consi. 1. num. 14. &, 16. num. 30. lib. 1. Dionysium Gotiffredum in sua praxi iuris. ciuilis. lib. 1. tit. 5. fol. 327. ex quorū dictis, & aliorum ab eis allegatorum, contra dictam conclusionem Autoris,

est

est magis communis opinio, imo quòd non excludantur veniẽtes ab inteſtato. Ego tamen pro vera intelligentia conſtituo caſus ſequentes.

Primus, ſi in legitimatione nihil dicatur de ſucceſsione ab inteſtato infauorem legitimati, tunc dicta clauſula operatur in fauorem venientium ab inteſtato, & legitimatus eos non excludet; ſolumque erit capax ſuccedendi ex teſtamento, niſi conſanguinei non ſint, aut non apparent, vel ſint admodum remoti, & incerti: & ita procedit dicta magis communis opinio.

Secundus, ſi inlegitimatione legitimatus ſit capax ab inteſtato ſuccedendi, & ei datur dicta ſucceſsio, tunc, ſi aliud non appareat ex verbis legitimationis, dicta clauſula ſolùm operabitur in fauorem filiorum patris petentis legitimationem, & non aliorum, & ita procedit doctrina Autoris hîc, quæ in terminis legis 12. Tauri, quæ eſt l. 10. titu. 8. lib. 5. recopil. clariùs procedat.

*Tertius, ſi ex verbis legitimationis* conſtet quòd etiam legitimans vult vt legitimatus ſuccedat ab inteſtato filijs exiſtentibus, tũc ſolùm operabitur quæ Alexand. Dionyſ. Craſſus & alij vbi ſuprà dicunt, & legitimatus ſuccedet ab inteſtato cum filijs: quod in his regnis non procedet ex d.l.10.

Ad ſecundam concluſionem vltra dicta per me in dictis deciſionibus, & per Autorem hìc, adde Curt. Senio. conſil. 35.17.16.65.19.13.73.18. Curt.Iun. conſ.221.& 196.& 302.& 247. lib.3. Mariam Riminald. conſil.113. num.9. lib. 1.& 28.nume. 15.41.& 82.nu. 13. & 226.lib.2.& Iacobin. Riminald.eius filium conſi.626.& 718.& 720.& 721 & 723.& 725.776.728.lib.4.Mari.Anguiſ.conſ.10.& 122.& 19.& 129. Cravet.conſi.669.868.à num.4958.450. num.14.687.923.lib.5.Brun.conſi.15. Hieronym. Gabr. conſi.30.à nume.12. lib.1. Neuiz.conſil.99.Celſ.conſ.88.à numero 16.Burſatum conſilio 1.1.à numer.30.lib.1. & 390.lib.4.à nume. 32. & 453.eod.lib.4. Menoch.conſil. 181. lib.2.266.à num.3.lib.3. & 461.lib.5. & de præſumptio.lib.4.præſumptio.79 Riminald.Iun.conſi.46.à num.40. Cephal.conſil.111.lib.1.Port.conſil.105. Proſperum Paſethum conſ.164.à num. 12 & 165.à nume.3.& 98.à num.9.& 71.& 72.Iacobum Berretam conſil.31 & 29.à nume.17.& 16.à num.53.Franciſcum Becium conſi.3.à num.36.lib.1 Eugenium Peruſin. conſil. 57. per totum. Anton.Gabr. vbi ſuprà, Roland. conſil.67.lib.3.&88.eodem libro.Marzarium de fideicommiſ. quæſt. 30. Petrum Surdum conſil.1.à nume.97.lib.1 Bonifacium Rugerium conſi. 27.51.& 56.lib. 1. Alexand. Raudenſem conſil. 141.nume.4.5.30.39.40.41.104.124 & 125. 2.tomo, Zileti de vltimis voluntatibus, & conſil. 21.& 108. eod. tomo. Anton. Ciofium conſil. 10. & 142. lib. 1. Burſat. conſil. 127. lib. 2. Nattam conſil.470. numero.24. lib.2. Sfortiam latiſsimè conſ. 1.&conſ.16.& per tota,lib.1.&in tract.de compẽdioſa par.6.art.fi.Mant.in tract de coniectur. lib.11.tit.10.Craſſum vbi ſupra & in §. fideicommiſſum, quæſt. 38. à nume.2. & ex noſtris Molin. lib.3. de primogen. cap.3.Couarrub.lib.3.variarum,cap.5. num 7. Azeued. & Matienz. in d.l. 10. Cald.de nominatione,quæſtio.21.Ceruantes in d.l.12.à num.48.poſt Tellum Fernandez ibi.Velaz.in l.40.Tauri.glo. 11.Ioan.Gar.in tract.de nobilitate, glo. 21. Gutierrez in repe. §.ſui, ampliatio. 4.inſtit. de hæredum qualitate & differentia.hi omnes,& qui ab eis allegãtur, & repetẽtes omnes ad §. & quid ſi tãtũ, nimis variant in hac materia, tum circa ſucceſsiones liberas, tum etiam circa bona feudalia & maioratus, & reſtitutioni

tutioni subiecta, tum an princeps tertijs & substitutis præiudicare possit, & an eorum citatio requiratur. Tandem omnes, saltim maior pars, contra nostram conclusionem & decisionem insurgunt: sed tamen vt confusio euitetur, in tam difficili & lato pelago constituo conclusiones sequentes, quæ materiam extricant & declarant.

Prima, quód ad legitimationem, nec ad aliud priuilegium impetrandũ, nulla citatio requiritur, cum princeps legitimando & priuilegiando, suo iure vtatur, à nulloque possit impediri, legitimatusque beneficium & habilitatem consequatur, quæ sibi impediri non debeat, quid quid inde eueniat, actusque per se & primario nulli dannum inferat, ex eleganti Oldra.consil. 299. Facit Bellacom. cum Henrico in cap fin. vt lite pendente, & sic practicatur.

Secunda conclusio: Princeps ad petitionem patris in sui vita libere potest filium legitimare ad vtramque successionem, nullaque citatio requiritur, cùm consanguineis nullum ius competat ad eam, nisi in spe incerta & remota talisque legitimatus, vt legitimus succedat, legitimis filijs non existentibus, ex d.l. 10.

Tertia, Princeps potest post mortẽ patris ante hæreditatem aditam filiũ legitimare, hæc tamen legimatio nõ oberit consanguineis ab intestato succedentibus, quia habuerunt ius ad rem certum: quod ab eis absque magna causa tolli non debuerat, quod que post acquisitionem quo ad conseruationem est de iure naturali, licèt modus acquirẽdi fuerit de iure ciuili: quidquid Paulus & alij dicant.

Et minus poterit post aditam hæreditatem consanguineis præiudicare.

Quarta conclusio. Legitimatus in omnibus & per omnia, & ad fideicommissa, si fideicõmissum est temporale, & aliud non constet ex claris verbis & voluntate testatoris, excludit substitutum sub conditione, si sine liberis, dum tamen legitimatio non fiat post acquisitum ius substituto, mortuo primo vocato, & in hoc nullum præiudicium fit substituto, qui solùm in defectũ filiorũ est vocatus, & legitimatus est filius & capax.

Quinta conclusio: Legitimati non succedunt in maioratibus & fideicommissis perpetuis, quia ex testamento fundatoris vocati sunt consanguinei in defectum legitimorum, & Princeps non voluit nec potuit de lege ordinaria illis præiudicare, maximè cum tales rarò ex cõsuetudine soleant succedere, nec à testatoribus vocari, nec de eis intelligunt, quando filios vocant.

Sexta conclusio. Princeps de potestate absoluta, & ex magna causa potest legitimare ad maioratus, & excludere consanguineos causa tamen debet esse publica, & hoc non est negandum à Prinicipe, quid quid Molina & alij velint. Debet tamen de eius voluntate apparere in legitimatione, & quòd vult vti dicta potestate absoluta, aliàs in dubio non videtur ea vti. Debet etiam de causa in actis apparere nec vltra citatio requiritur, dum tamẽ causa verificetur: nam ex causa potest dominium alterius auferre, & voluntates testantium declarare, & testamenta subuertere; & de hoc dubitandum non est: debet tamen, si comodé id possit fieri, cambium dare consanguineis exclusis, non ex proprio patrimonio, si legitimatio vel in eius fauorem, vel sui ærarij non cedat, sed ex alijs bonis legitimati, si id commode fiere possit.

Septima & vltima conclusio. Princeps sine dubio, quãdo cõsanguinei nõ

exiſtunt, aut non apparent, vel incerti & nimis remoti ſunt, poteſt legitimare ad maioratus filium poſſeſſoris, & ſic iam audiui practicatum, & hoc modo porcedit deciſio præſens, quæ fundatur in eo, quòd ea quæ maioratum petebat, erat etiam ſpuria & legitimata, vel deſcendebat à ſpurio, & ſic in pari cauſa potior erat conditio poſſidentis: quæ aliàs falſa foret, & non tenenda: quæ omnia, lector, nota, quia nullibi inuenies ita declarata.

## Additio ad Deciſionem CCLXXX.

ADde huic deciſioni l.5.&.6.tit.16. lib.8. recopilationis, cum qua ceſſant dubia huius deciſionis, nam lex illa dicit, quòd qui cum archibuſio delinquit, includitur in eius diſpoſitione, & itidem auxiliãtes. Et ad dicta in hac deciſione, an ſufficiat præſumptia probatio, vide dictam legem.16.ibi, *Por el qual conſtando del delito*, & vide quæ dixi ad deciſionem.179.& adde infinitas allegationes Tiraquel. de retractu lib. 1.§.8.glo.5.num.19.Socin.in c.ſi clericus, à num.12.de foro competenti.

Et ad id quod Autor dicit de extenſione legis pœnalis, vide Eugenium Peruſinum conſ.33.à nume.124.&.49.à num.19.&.68.à num.15.&.83.à num.5.lib.1. Ceph. conſ.226.nu.19.lib.2.

## Additio ad Deciſionem CCLXXXI.

HÆc deciſio vera & ſingularis eſt, & ſecundùm eam ſemper iudicatur in cauſis criminalibus, & rei torti pro modo iudiciorum aliquãdo vel abſoluuntur, vel pœna arbitraria, exilij, pecuniaria, vel verecundiæ, vel ad trire mes condemnantu: cui adde Iuli.Clarum in ſua praxi criminali, quæſt.64.à num.38 qui Simancam & alios allegat doctorem Xuarez de Pace in ſua Praxi tomo.1.c.3.§.12.nu.12.par.5. Canterã in quæſtio. criminalibus, fol.105. verſiculo, *Vtrum reus purget indicia*, à nu.12

## Additio ad Deciſionem CCLXXXII.

ADde huic deciſioni quæ diximus ad deciſionem 171.&.179.&.141 vbi inuenies ſimilem deciſionem in dicta deciſione.179.

## Additio ad Deciſionem CCLXXXIII.

ADde huic deciſioni, per quantum tempus amittatur priuilegium faciendi, vel non faciendi, ad intellectum.l.1.ff. de nundinis.l.42. titu.18. part.3. latiſsimè Ioan Garciam in tractatu de nobilitate, glo.6. à num 30. & 33.&.40.cum præcedentibus & ſequentibus. Pelaez de Mieres in tractatu de maioratibus.1. parte, quæſtione .17. num.1. Otaloram de nobilitate.2. parte.3.partis principalis, cap.9.à nume.7. Tiber. Decian. conſ.66.à num.65.lib. 3. & conſ.3.num.125.lib.2. Azeued in l.1.à num.30.tit.1.lib.6.recop. Et ad id quod Autor dubitat, an priuilegia ad ſui validitatem requirant confirmationẽ Regis ſucceſſoris, adde Afflictis deciſ.128.per totam, qui eleganter loquitur: & quia deciſio clara eſt, & vera, nihil amplius illi addendum puto.

## Additio ad Deciſionem CCLXXXIIII.

DVo dicit hæc deciſio. Primũ, quod ius tertiæ vel ſecundæ perſonæ in emphiteoſi ſemper durat, durante ipſa principali perſona, licèt ipſa ius emphiteoticum in alium tranſtulerit, quòd non extinguitur morte ceſsionarij. Adde Rimi.Sen. conſ.114.lib.1.

Secun-

Secundum, quòd dominus videtur remittere caducitatē incursam ob alienationē, accipiēdo à nouo emptore pēsiones per decennium, etiam si sit Eccle sia Collegiata, cōtra notata in c. potuit, de locato, & quòd per tale tēpus domini licentia præsumitur. De primo vide in terminis legis Regiæ, de qua hîc, Senatorem Caldas in tract. de renouatione contractus emphiteotici, quæst. 7. à nu. 7. & adde Ananiam & alios ibi allegatos. Adde etiā plurimū ad rem de renuntiante emphiteosim in fauorem certæ personæ, qua mortuæ, non reuertitur ad dominū, sed redit ad renuntiantem, Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres, quæst. 10. & ibi Aret. n. 29. Alex. nu. 60. Rip. 88. Crotus nu. 146. ff. de verborū obligatio. Bal. cons. 281. lib. 3. & cū Beroio Hierony. Gabr. & alijs quamplu-ribus, Aurelium Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob renuntiationem. à num. 10.

De secūdo adde quæ dixi ad decisionē 269. aliàs 267. vel 268. conclu. 1. & quæ ibi allegaui; & nota bene hāc decisionē, quæ per decennium excludit monasterium & eccleſiā Collegiatam, etiā si ignorantiam allegēt: cui adde Hiero. Gabr. cōs. 88. nu. 14. li. 1. Anto. Gomez de contractibus. c. 11. num. 17. Gratum cons. 121. nu. 11. lib. 2. Deci. cons. 486. nu. 10. Socin. Iun. cons. 22. nu. 15. lib. 1. & cum Menoch. Ias. & alijs Autel. Corbol. in d. tract. titul. de causa priuationis ob alienationem, limit. 31. & adde Deci. cons. 329. num. 3. Ias. in l. 2. num. 130 C. de iure emphiteotico. Cæpol. cons. ciuili. 46. Imol. in d. c. potuit, nume. 34. Iul. Clarum lib. 4. sententiarum. §. emphiteosis, quæstio. 10. Bursat. consil. 36. num. 23. lib. 1. Paris. consil. 108. numer. 43. lib. 1. Socin. cons. 66. num. 19. lib. 3. Beroy. cons. 102. numer. 75. lib. 1. Ruin. cons. 70. num. 14. lib. 5. Alex. cons. 105. nu. 15. lib. 6. Sarmiento Selectarū, lib. 3. c. 6. num. 1. & de consensu & licentia domini præsumenda ex diuturnitate tē poris, adde notata in decisione 70. & in decisione. 270.

## Additio ad Decisionem CCLXXXV.

NOta tria ex hac decisione.

Primum, quòd ex traditione rei communis visa & approbata tacitè vel expressè per socium, præsumitur donatio inter coniunctas personas.

Secundum, quòd ex traditione facta coniunctæ personæ, cum cursu decennij, donatio præsumitur.

Tertium, quòd filius non potest eligere vnam rem pro sua legitima.

De primis duobus adde latè tractantem Menoch. in tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. casu. 88. & de præsumpt. lib. 3. præsumption. 30. 31. 32. 33. 34. Mascard. de probatio. 1. parte, conclusione 554. à num. 38. & à num. 82. cū præcedentibus & sequentibus.

De tertio vide Rodericum Xuarez in repetitione. l. quoniam in prioribus, ampliatione 11. nu. 7. 8. & 9. & Menoc. de arbitr. lib. 2. cent. 2. casu 163. num. 3. vide etiam Mench. Benedictum, Berengarium, Ceph. Peraltam, Rolan. Boeri. Matien. Molin. & alios allegatos à Doctore Valdes ibi in additione lit. C. nu. 7. & lit. B. nu. 3. vide etiam Anto. Gabr. lib. 6. conclusionū, conclusion. 3. 4 & 5.

## Additio ad Decisionem 285 CCLXXXVI.

NOta ex hac decisione, q̄ iussus iudicis, & prohibitio ne soluatur creditori, excusant debitorē à mora & piu rio, & à vera solutione cui addeBar. in l. creditor. ff. de solutio. Bal. in l. falsus, C. de furtis, col. pen. Ias. cōs. 27. li. 3. Affli.

decis.150. Anton. Gabri.lib.3. conclusionum,tit de solutione, cõclusione.11. Auend.in dictionario legum regni, verbo,*fuerça*, Dida. Perez in.l.2.tit.10.lib. 3.ord.quæst.15. Azeued.in.l.13.titu 9. lib.3 .recopil. Parlad. qui alios allegat lib.2.rerum quotidianarum,c.fin. parte 5.§.17.à nu.8. Menoch. de arbitrarijs iudicũ lib.2.cent.2. cas.137. Adde etiã Menoch.cons.68.lib. 1. Seraphinum in tract. de priuilegijs iuramenti, priuilegio.47.à num.10. melius ad propositũ de interdictione Petrum Rebuffum in 1.tomo ad.ll.Gallicas, tit.de literis obligatorijs,artic.6.glo.3.à num 65. cum sequentibus, qui elegantem praxim ponit,& omnia complectitur: & de suscipiente periculum, an teneatur ad casus fortuitos, vide Ægidi. Boss. Rip. Rub. Paul.& alios allegatos ab Aluaro Valasco in tract. iuris emphiteotici, quæstio.27.nu.36. Tandem hæc exceptio impedit viam exequutiuam, vt constat ex Auend.vbi supra. Solent tamen iudices, non obstante dicta interdictione, reum debitorem condemnare, oblata illi cautione indemnitatis: sed tunc nõ deberent decimã nec expensas à debitore exigere, cùm ipse non fuerit in culpa non soluendo.

## Additio ad Decisionem CCLXXXVII.

ADde huic decisioni quæ diximus decis.30. & ad decis.225.&.93. & quæ dixi lib.1.quæstio.quæst.12.&indubitãter teneo quod si exvsu patriæ aliud nõ inducatur,quod ex impositione oneris anniuersarij nõ inducitur fideicommissum , nec maioratus perpetuus, & sic iam vidi iudicatum in Cancellaria Vallisoletana:& ad hanc decisionem & ad citatas adde Ancha.cõs.27.& Rimi. Iun.cõs.23.lib. 1.Sed incasuAncha.alia concurrebant, quæ inducunt perpetuũ fideicõmissum, de quibus vide Menoc. cons.85.lib.1.In casu tamen huius decisionis res dubia est,an per prohibitionẽ alienationis induceretur maioratus: vide tamen quæ diximus in d.decisione 225.aliàs.224.&vide addita ad decisionem.48. vide etiam Menoch. de præsump.lib.4.præsum.68.à nu.18. Molin. lib.1.de primogenijs.c.5.nu.16. Velazquez in.l.41.Tauri.glo.3.nu.11.cum sequẽtibus, ex quorum dictis satis dubia mihi hæc decisio apparet, & si iudex essem,contra eam iudicarem,quia coniecturæ sunt euidentes, quæ faciunt maioratum, scilicet rem non posse diuidi, nec alienari, nec exire lineam possessorum.Cogita, propter autoritatem tanti Senatus.

## Additio ad Decisionem CCLXXXVIII.

HAec decisio singularis est, & dicit, quòd nominatio ad capellam, anniuersarium , vel maioratum , requirit tres testes maiores omni exceptione, & quod si per verba iactatoria & enũtiatiua vellẽ nominare Petrũ , aut nominaturus sum Petrum , quia illum nimis diligo, non inducitur nominatio , nisi ex alijs coniecturis euidentibus appareat de voluntate testatoris, & quòd nominatio nõ probatur duobus testibus.Cui adde Caldas de nominatione emphiteotica quæst.1.nu.33. cũ sequentibus, & à nu.12. latè Menoch. in tract.de arbit.iud.lib.2.cẽt.5.casu.496.& facit elegans consiliũ Sfortiæ.64.à nu.19.&nos latè diximus in nostro lib.3.quæstionũ, quæst.22. per totam, vbi diximus, nominationem simplicem, & declarationem voluntatis probari duobus testibus : quidquid sit de lege Lusitaniæ , de qua hìc,& ex ibi dictis , si lex Lusitaniæ tres testes nõ requireret, & cõstasset de deliberata mẽte testatoris nominãtis, malè Senatus iudicasset,cũ illa nominatio nec sit legatũ,nec habeatvim legati,

sed

sed est quidam actus extraiudicialis, ex plicans voluntatẽ testantis quo ad personam incertam, in cuius fauorem anniuersarium fundauit: & sic mihi videtur salua melius sentientis censura.

## Additio ad Decisionem CCLXXXIX.

DE hac decisione laté tractauit Autor decisione. 193. secundùm numerum erratum libri mei: aliàs secundùm numerum mearum additionum in decisione. 195. & an Rex sit capax vt possit concedere administrationes bonorum relictorum ad pias causas in defectum successorum, vide quæ de lege Galliæ notat Ioan. Feraldus in tract. de iuribus & priuilegijs Regis Franciæ, à nu. 18. cũ sequentibus. Mihi in hac quæstione, quam ponit Autor, verum videtur, quod princepes secularis potest concedere administrationẽ bonorum anniuersarijs obligatorum, deficientibus consanguineis, quia hæc bona secularia sunt, & legi seculari subiecta, nec de eis loquitur Clementina, Quia contingit, de qua hic nec in cõueniens resultaret, si perpetuã efficeret, licèt melius esset non facere: si tamen bona essent hospitalium aut aliorum locorum piorum, id non posset facere, nisi ex consuetudine immemoriali, aut priuilegio haberet ius sic faciendi, & per cõsequens ius patronatus, quem posse acquirere Principem per præscriptionem, non dubitatur, de quo vide Lamber. de iure patronatus. 1. parte, lib. 11. artic. 2. & an in dubio videatur Rex concedere perpetuã administrationem, vel solùm pro vita primi donatarij, vide Ioan. Garciã in tract. de nobilitate glo. 6. à num. 38. & glo. 1. §. 1. á num. 7. cum sequentibus, & Azeued. in l. 1. tit. 1. à num. 26. 27. 80. & 90. cum sequentibus, lib. 6. recopilationis.

## Additio ad Decisionem CCXC.

NOta ex hac decisione, quòd transita emphiteosi de consensu domini in alium non potest filius renouationẽ petere. Adde illi Hiero Gabr. cons. 30. nu. 10. lib. 1 & Carol. Ruin. cons. 45. col. fi. lib. 1. Paris. cons. 9. nu. 48. lib. 2. & cum Campesio & alijs, Caldas in tract. de renouatione, quæst. 9. à num. 14. & in principio: & de dolo dante causam contractui, vide latè Matien. in l. 2. glo. 2. à num. 1. tit. 11. lib. 5. recopil.

## Additio ad Decisionem 290 CCXCI.

DE probando dominio, & de probanda mala fide præscribentis, & quam probationem fama facit, & an causet malam fidem, & an detur restitutio contra præscriptionem ob absentiam & ignorantiam; de hoc vltimo, vide latissimé & melius quam alibi per Matiẽ. in l. 8. glo. 12. per totam, & num. 4. tit. 11. lib. 5. recopil. qui refert Aret. cons. 104. Socin. in l. cum filius §. in hac, nume. 8. ff. de verborum obligat. Boer. decis. 39. Pinel. in authentica, nisi tricennale, nu. 58. C. de bonis maternis. Couar. in regula Possessor, 3. parte. §. 3. num. 1. Balb. de præscripti. 4. parte, partis. 4. quæstione. 29. Crauettam de antiquitate temporis. 4. parte. §. materia ista, num. 50. De alijs vide Mascardum in tractatu de probatio. 1. parte, conclusione. 546. qui allegat Bald. in l. iudicia, nume. 5. C. de rei vendic. & alios infinitos: latè eundem Mascard. in dicta. 1. parte, conclusione 224. &, 225. &. 226. &. 227. &. 228. &. 229. & in secunda par. cõclusione 1003 & conclusione. 753. num. 30.

## Additio ad Decisionem CCXCII.

NOta ex hac decisione conclusiones sequentes.

Prima, quòd minor læsus in venditione rei, vltra dimidium iusti pretij, vltra remedium. l. 2. potest intentare remedium restitutionis in integrum.

Secunda, quòd restitutio prodest maiori litis consorti, ob indiuiduitatẽ, vel quasi.

Tertia, quòd in remedio. l. 2. si emptor eligat rem restituere, debentur sibi melioramenta, & ipse tenetur ad fructus à die litis contestationis.

Quarta, quòd quando pars est enormissimè læsa, longe vltra dimidiam iusti pretij, etiam extra quadriennium, & eo lapso, potest dictum remedium intentare.

Primæ adde autores citatos ad decisionem 212. maximè Sfortiam, de quo ibi.

Secundæ adde Autores & ibi Iacobin. in l. 1. C. si in communi eademque causa in integrum restituto postuletur, & Anton. Gomez variarum resolution. tomo 2. cap. 13. à numer. 2. Menoch. de recuperanda possessione, remed. 15. nu. 131. Afflictis decisione. 213. & cũ Rip. Villalobos, Simoncello, Parisio, Natta & alijs, adde Sfortiam in tract. de in integrum restitutione, parte. 1. quæstio. 46. art. 4. Caldas ad. l. si curatorem habens, verbo, *vel aduersarij dolo*, numer. 26. & aduerte ad hanc decisionẽ, quòd in remedio dictæ. l. rarò datur causa indiuidua, nam si venditor agit supplemẽtum pretij, causa est indiuidua, & non prodest consorti maiori: si verò emptor velit rem restituere, non pro parte, sed totam, tunc causa est indiuidua, si aliàs non esset emptturus, nec tantam vtilitatem sibi afferat pars in parte, sicut totum in toto: & tunc etiam consors compellatur propter priuilegium minoris, quia causa est indiuidua.

Tertiæ adde eundem Sfortiam in d. tract. quæst. 47. parte. 1. art. 6. & 7. Gutierrez lib. 2. practicarum, quæst. 133. & quæst. 134. & Azeued. in l. 1. titu. 11. num. 25. vbi allegat Couar. Menesſ. Pinel. Matien. & alios, & Matien. ibi. glo. 5. Ioan. Garc. in tract. de expensis, c. 18. à num. 18. vbi tractat de remedio dictæ l. 2. & an debeantur melioramenta emptore eligente rem restituere: allegat Caldas, Alex. Raudensem & alios, & magis communiter concluditur, quòd fructus debentur à die litis contestationis, & emptori interesse pretij ad rationem quatuordecim pro vno: fructus tamen ex melioramẽtis prouenientes nõ debentur, de quo vide eũdem Garciam de expensis, c. 23. à nu. 54. Quando verò res fuit vendita iudicialiter cũ enormissima læsione, tũc practicatur, quòd semper & in quocunq; tempore debeãtur fructus aut redditus: quod frequentius practicatur & creditori, vel emptori, restituatur pretium cum dicto interesse.

Quartæ conclusioni adde dictũ Doctorem Gutierrez, d. limit. 2. quæst. 143 & quæ diximus ad decisionẽ 232. aliàs 234. & 94. 95. 40. & 66. & ad decisionem 266. aliàs 267. & ad id quod dicit Autor de modo probandi læsionem, & verum pretium rei, vide quæ diximus ad decisionem 205.

## Additio ad Decisionem CCXCIII.

ADde huic decisioni quæ diximus ad decisionem 91. & decisionẽ 38. & adde Menoc. in tract. de recuperãda, remedio 5. nu. 48. Aurel. Corbul. in trãctatu de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob nõ solutum canonem, limita. 17. Gigantẽ in tract. de pensionibus, q. 88. à num. 9.

Crauet. consil. 247. à nume. 3. lib. 2. & 254. col. 2.

## Additio ad Decisionem CCXCIIII.

DVo dicit hæc decisio. Primũ, quod confessio debiti inducta aut facta in testamento, si verè debitum non sit, inducit legatum. Secundum, quòd licet hoc legatum sit alij dandum, ille cui legatũ est, potest petere, seu ille in cuius fauorem facta est confessio: & quòd si iste petierit per viam debiti, cum clausula, Omni meliori modo, ex lege Regia de qua, hìc durãte eadem instantia potest petere per viam legati, & obtinebit, vt obtinebit Rodericus in præsenti, licèt reclamante Autore.

De primo latè agit Bartol. in l. cùm quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. Bal. in l. non solum. §. liberationis. ff. de liberatione legata, & cum Felin. Marsc. Cuma. Ruino & alijs infinitis latissimè Mascardus in tracta. de probatio. parte 1. conclusio. 359. per totam.

De secundo habemus legem similem in nostro Regno, quæ est. l. 10. titu. 17. lib. 4. recopil. per quam videtur permissum, quod Autor hîc ponit pro inconuenienti, ex Auend. resp. 1. à num. 21. & ex latè notatis ab Azeue. in d. l. 10. à nu. 119. Faciunt quæ notat Afflictis decis. 95. Boer. decis. 42. nu. 13. Grammat. decis. 15. nu. 3. & 19. nu. 7. Chacheranus decis. 1. Pede. nu. 21. Menoch. de arbitrarijs, lib. 1. q. 31. & ad id quod dicit Autor, an iste nudus minister habuerit actionem, vide Bal. & Salic. in l. nulli. C. de Episcopis & Clericis, & in l. si quis Titio. de leg. 2. & Dyn. & Bartol. in l. Firmio. §. 1. ff. quãdo dies legati cedat. Matien. in l. 14. glos. 1. à num. 30. titu. 4. lib. 5. recopilationis. Azeued. in l. 1. à num. 135. d. tit. 4. Ego verum existimo, quod hìc decisum est, ratione inutilis circuitus vitandi: quod considerauit d. l. 10.

## Additio ad Decisionem CCXCV. 294

HÆc decisio habet vnicam singularem, practicam, & quotidianam cõclusionem, scilicet, quòd consanguineus proximior, etiam si descendat per lineã fœmininam, si est ætate maior, præfertur alij in pari gradu existenti, etiam si descendat per lineam masculinam, in successione anniuersarij, vel patronatus, aut maioratus, in quo clerici & fœminæ admittuntur, & non agitur de conseruanda agnatione: quia in hac materia, vt indifferenti, appellatione filiorum, descendentium vel consanguineorum, veniunt masculi, qui ex fœminis descendunt, si vel maiores, vel proximiores sint. Quæ conclusio vera est, & quotidie praticatur. Cui adde, vltra hìc citatos, Ancharra consil. 339. colum. 3. & 4. Paul. in l. 1. nume. 3. C. de condi. insertis. Aretin. cons. 52. nume. 59. & in §. nunc de legi, in hac decisione citato, Corne. consil. 246. nume. 2. lib. 2. Ias. consil. 17. num. 1. lib. 4. Ruin. cons. 49. num. 2. & 3. lib. 1. Deci. consil. 303. numer. 8. elegantissimum consilium Anton. Rubei distinguentis. 22. per totum. Curt. Iuni. consil. 1. Mantĩcam latissimè & elegantissimè in tractatu de coniecturis vltimarum voluntatum, lib 8. titulo 18 à num. 13. cum sequentibus. Albanum cons. 86. & cons. 87. Tiberium Decian. cons 127. num. 16. lib. 3. Sfortiam in tractatu de compendiosa, parte 6. articulo 6. conclusione 3. Crassum in tractatu sententiarum. §. fideicommissum, quæst. 35. à nu. 3. Euerard. con. 228. Beroi. cons. 120. num. 32. lib. 2. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 16. nume. 7. & ex nostris Peraltam in l. cùm pater. §. à filia, nume. 64. ff. de leg. 2. Costam in tractatu de regni successione, pagina. 176.

Molin. de primogenijs lib.3. c.5. à nu. 48. Aluarad in tract.de coniecturis, lib. 2. cap. 3.§. 4. quasi per totum: Burgos de Paz in proœmio ll.Tauri,à nu. 127. Salazar de vsu & consuetudine, ca.12. per totũ, Velazquez in l.40.Tauri, glo. 9.à nu.74. Senatorem Caldas in tract. de nominatione,quæst. 14.à num.17.& quæst.17.num.52.& ex nouissimis exteris vide eleganter distinguentem Alex. Trentacinqum in tract. de substitutionibus, part.4.à num.10.& vide elegans consilium Menochij cum alijs ab eo ibi dem allegatis 588.à num.5 lib.5.& vide quæ latè diximus ad decisionem.51 & vide eundem Menoch. cons.414.nu. 19.& 435.nu.5.& 472.num.2.& 463. num.11.& 496.num.24.lib.5.

## Additio ad Decisionem 245 CCXCVI.

NOta,quòd in materia stricta & rigorosa, appellatione venditionis non venit datio in *solutum voluntaria* vel necessaria. Adde quæ diximus decisione 178.& decisione 138.Adde etiã Ioan. Mariam Riminald.cons.242.num.3.& 4.lib.2.& cons.353.num.23.eod.lib. Crauettam elegantissimè ad propositũ dictorum in dictis decisionibus, consil. 748.num.7.lib.4. melius ad propositũ, consil.628.nume.8. lib.4. & in puncto consil. 327. lib.3. Franciscum Becium cons.42.nume.5.& 94.nume.3.lib.1.& Prosperum Pasethum cons.175.num.2 Bursat.cons.184.à nu.31.& consi.220. nu.9.& 137.nu.10.lib.2.Lasartẽ deMolin.in tract.de gabellis, c.7. per totum; & cum infinitis allegationibus melius quam alibi, vide Matien. in l.7.glos.7.à nu.1.tit.11.lib.5.recopil.ex cuius dictis dic, quòd datio in solutum voluntaria obtinet vicem venditionis in materia fauorabili, & ex mente legis aut contrahentis, & vbi aliàs resultaret iniquitas, vel fraus,& vbi militat eadem ratio.Secus in materia pœnali & odiosa; & vbi non militat eadem ratio, attendẽda omnino est identitas rationis, & andans in solutum,voluit,vel non, vendere, vel erat paratus alijs vendere ad soluenda debita, vel an stetit in puris terminis solutionis, quia se voluit à debito liberare: quod nota.

## Additio ad Decisionem CCXCVII.

ADde huic decisioni plura, quæ ponit Benuenutus Straccha in tract. de mercatura,tit.de nautis, & nauibus. 3.part.per totam,& Iacobũ Leoninum cõs. 16.& 17.Vide in terminis l. 14. tit. 15.& ibi Greg.& Montal.par.7.&adde Florian.Abb.Fulg. & alios in l.quemad modùm.§. si nauis ad l. Aquiliam. Bertachi. in suo repertorio, lite. N. verbo, *Nauis & nauia.*

## Additio ad Decisionem 247 CCXCVIII.

ADde huic decisioni quæ diximusad decisionem 26.& 246. aliàs. 244. vbi latè diximus,quia est quasi in terminis decisio: imò sunt quasi in terminis decisiones, & vide in terminis decisio. 277,aliàs 276.& vide etiam in terminis Caldas de renouatione, quæst. 15.à nu.40.cum sequẽtibus, & Valascum de iure emphiteotico, quæst.20.à num.12. omnino vide eum, & tene eius resolutionem ad præsentem decisionem,& vide Mariam Rimi.cõs.100.lib.1.& eundem Aluarum Valascum d.quæst.20.à nu.19. Pinel.de bonis maternis 3.parte nume.65.& vide ex proposito præsentem decisionem defendentem Caldas in d.quæstione 15.à num.23.qui omnino videndus est,quia diligenter decisionem defendit.

Additio

## Additio ad Decisionem CCXCIX.

ADde huic decisioni l. Æmilius, & quæ ibi Bart. Albericus, & DD. notant. ff. de minoribus, & quæ notat Sfortia de restitutione part. 2. quæst. 53. articu. 6. & quæ diximus lib. 1. quæstio. quæst. 5. & ibi videbis, quòd minores tenentur implere contractus prædecessorum. Adde etiam Bald. consi. 287. co. 1. versic. item dicunt quidam, lib. 4. Paris. consi. 98. num. 35. lib. 1. Mauri. de resti. cap. 243 & cap. 100. cum sequentibus.

## Additio ad Decisionem CCC.

NOta duo ex hac decisione. Primũ, quòd emphiteota potest alienare commoditatem, irrequisito domino: de quo latè diximus decis. 71. & 70. & 16. & 246. & adde nunc Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 1. glo. 7. nu. 41. Grat. cons. 22. num. 3. lib. 1. Ruin cons. 176. nu. 13. lib. 1. Menoch. de recuperand. remed. 9. à num. 261. Roland. Valle cons. 59. nu. 12. lib. 2. Molin. Redoan. Ias. Speculat. & alios quos citat Aurelius Corbulus in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, titu. de causa priuationis ob alienatio. limit. 26. & 27. & in dicta decisione contrarium tenui, & nunc teneo. Adde de location. ad longum tempus Aluarum Valascum in tract. de iure emphiteotico, quæst. 29. à nu. 23. & vide quæ diximus ad decisionem 26. & decis. 156. & 214.

Secundum, & mihi singulare, quòd per receptionem decennalem canonis, factam ab œconomo monasterij constituto ab Abbate & Capitulo, censetur remissum commissum in præiudicium monasterij: quod mihi singularissimũ est, & id tenerem, concurrente solutione decennali, ex qua præsumitur monasterij scientia, si verò tantum tẽpus non effluxerit, si aliàs non probentur actus ratihabitionis, in pũcto iuris falsum crederem, & contra communes resolutiones, de quibus per Corbulum & alios quos retuli ad decis. 274. aliàs 283. ex æquitate tamen, propter odium commissi, posset absolutè hæc decisio practicari, de qua vide quæ dixi ad decisionẽ 91. & ad decisionem 269. aliàs 267. & vide decisionem 72. num. 5. & vide Burs. cons. 143. à nume. 10. lib. 2. & quæ ibi dixi. Et aduerte, quòd licèt Autor in decisionibus hìc citatis dicat, quòd aliud sit in soluente per longum tempus: nam nõ excusat cõmissum, id enim intelligitur secundum suam legem Lusitaniæ, non de iure.

## Additio ad Decisionem CCCI.

EX hac decisione nota conclusiones sequentes. Prima, quòd quando iudex à quo, defert appellationi interpositæ, in casibus in quibus de iure appellari non potest, transfertur iurisdictio ad superiorẽ, & ipse inhibitus manet, & nõ potest sententiam exequi.

Secũda, quod scriptura facta in actis processus, valet vt scriptura publica, etiam si non contineat solennitates quæ requiruntur in scripturis publicis: vel etiam si aliàs notarius non posset inter partes alias scripturas publicas facere extra acta iudicij.

Tertia, quòd consensus tertij requisitus in aliquo actu, sufficit si post actum interueniat.

Quarta continet modum probandi læsionem vltra dimidiam, & videtur innuere, quòd remedium. l. 2. datur contra diuisionem hæreditatis.

Primæ adde Francum in cap. vt debitus, col. 2. de appell. Innoc. in c. cùm dilecta, de rescript. & in c. cum Bartholdus,

dus,de re iud. quem sequuntur Imol & Bart.cap.cùm dilecta. Marantam in sua praxi iudiciaria 3.part.6 partis principalis,quæst.2.num.196.Barb.consi.18. à num.11.lib. 1.Francum in cap. cum cessante,num.14.de appell.& in cap.sæpe.col.2.eod.titu.Paris consi.106.à nu. 6.& 25.lib.4.Osascum decis. Ped.131. à nu.10.& decis.5 à num.9. Rol. Valle cons.77.à nu.2.lib.2. Menoch. in tract. de adipiscenda,remedio 4. quæst. 100. à num.868. & infinita congerit Robertus Lanzelotus in suo famoso tractat. de attentatis 2.part.cap.12.titu. de attentatis appellatione pendente, limitatione 1.à num.66. cum sequentibus, & limit.6.à num.20.cum sequentibus.Limita tamen hanc conclusionem,nisi appellationi iudex detulisset cum clausula,si & in quantum de iure posset; nam tunc constito, quòd appellatio esset nulla,posset resumere causam,&exequi sententiam,vt per Lanzelo.vbi supra.

Conclusioni secundæ adde Bart. in l tale pactum.§. qui prouocauit,& illic Paul.Iaſ.& Orosc.ff.de pact.Bart.Bal.& Paul. in l. cum pro quo. ff. de in ius vocando.Alexand.in l.à Diuo Pio, in principio.ff.de reiud.Affictis decis.387.nu. 1.Bald.in l.2.C. de fideiussoribus tutorum. Xuarez ad titulum *de los emplaçamientos*,versicu. *sed pone quæstionem*,nu. 15.& vide ibi additionem Doctoris Valdes, & Parladorium lib.2. rerum quotidianarum cap.fin. part.1.§.10. Adde in puncto Aluarum Valascum in tract. de iure emphiteotico quæst.7.à nume. 17. Adde etiam Anan.consi.40.à nu.3. Nouell.reg.185.num.2. Crauettam in tract.de antiquitate temporis,part.1.limit.4.num.20. Guid. Pape decis.175. Mascard.de probat.part.3.conclusione 1296.num 17. Aliquid per Azeu.in l.1. à num 31.tit.21.lib.4.recop.Adde etiã vltra Alciat.hìc citatum,latissimè Arezin.in l.1.à num.7.ff.de verborum obligat.& ibi Socin. Iun.à num.23. Ripam num.22.Paris.à num.15.Rimin. & Menesſ.in l. siue apud acta. C. de trãsactio. qui omnes latissimè disputant de intellectu. l. cùm ostendimus. §. fin. de qua hìc Autor agit. Iure communi magis communis opinio est,quòd non concurrentibus tribus, de quibus hìc per Autorem,scilicet, fauore pupilli,calore iudicij, descriptio apud acta, calor iudicij solus non firmat scripturam,aut contractum aliàs inualidum; sed in praxi seruatur, quod Autor hic dicit solùm in scriptura iudiciali necessaria ad iudicij expeditionem: & idem erit, quando diuisiones fiunt iudicis autoritate per calculatores à partibus datos in scripturis confectis, ad expeditionem diuisionum, quæ iudicantur vt iudiciales, vt in d.§.fin. si verò extraneæ essent & impertinentes, non vestirentur calore indicij, vt magis communis contra Bart. sentit.

Tertiæ conclusioni adde l.5. titul.3. lib.5. recopil. & ibi Azeued.& Matienzo,qui plures modernos & antiquos allegant,Anton. Gomez,Castell.& alios in l.5 8.Tauri.

Quarta, nihil illi necessario addendum erat, sed vide l.1.& ibi Azeued.& Mat.tit.11.lib.5.recop.&de læsioneMatienço ibi glo.4.Azeued.à num.7. & Pinel.3. part.nume.7.& 41. & Valascum consultatione. 43. latissimè Mascard. de probatio. 2. parte conclusio.*lasio*. & Menesſ.in d.l.2.à num.10.& 11.Couar. lib.2.variarum cap.3.& Pinel. in d.l.2. part.2.cap.4.num.17. Menesſ.à nu.72. & l.56.titu.4.part 5. & de diuisio. eundem Matienz.in d.l.2.glo.8.à nume 3. Pinel.in d.l.2.2.part.cap.1.num.1.Menesſ.num.13.Ayoram in tract.de partitionibus 3.par.quæst.10.& de eo quod dicit Autor de clausula,Peto iustitiam, quid operatur,vide Iason.in §. omniũ,à num.119. institutа de actio.Rol. consi.

41.

41.num.25.lib.3.Menoch. consi. 314. num.4.lib.3.Rol.consi. 8.nu. 30. lib.4. Bott.consi.106.nu.3.Fab.Turret.consi. 48.à num. 1.lib.1.Azeu. in rubrica à n. 22.tit.2.lib.4.recop. & dictum Autoris seruatur in praxi. Nota etiam præsentem decisionem, quæ singularis & vera est, in eaque concluditur, non obstante lege Lusitaniæ, quæ prohibet maritos alienare sua bona absque vxorum consensu, valuisse diuisionem hæreditatis sibi vel vxori pertinentis, interueniente eius consensu post eam factam, licèt probetur per scripturam tabellionis, qui diuisionem confecit, & qui aliàs instrumēta extraiudicialia intra tantam summam conficere non poterat, propter iudicij autoritatem, & ne aliàs reddatur illusorium: quod nota, quia sæpe practicatur.

## Additio ad Decisionem 301 CCCII.

HÆc decisio continet vnicam, & singularem conclusionem, scilicet, quòd dominus debet contribuere ad expensam aggerum construendorum pro perpetua liberatione rei ab inundatione fluminis, simul cum emphiteota: de qua materia vide quæ diximus decis. 4. & 22. & 17. & 41. & 137. & vide Iul. Clar. lib.4. sententiarum. §. emphiteosis, quæst. 46. & Aluarum Valascum in tract. de iure emphiteotico, quæst 25. & quæst. 26. per totas, & vide Bursat. cons. 186. lib.2. Hæc conclusio magis procedit ex vi rescripti Regij, de quo Autor facit mentionem, quam de iure communi, secundùm quod contrarium omnes concludunt, scilicet, quòd emphiteota teneatur etiam suo sumptu facere impensas magnas ad perpetuam rei vtilitatem, quas posteà finita emphiteosi recuperabit à domino, & sic iam pluries consului. Si tamē emphiteota esset pauper, deberet ex æquitate contribuere statim dominus: de quo vide quæ latè notat Ioannes Garcia in tractatu de expensis & meliorationibus, capit. 15. per totum.

## Additio ad Decisionem 302 CCCIII.

HÆc decisio tractat de furore probando, de quo plura allegauimus ad decisionem 46. & decisionem 203. vbi etiam de mentecapto egimus, & decisione 98. Tractat etiam, an rogitus testium requiratur iure Regio in testamēto nuncupatiuo, de quo latè egimus lib.1. quæstionū, quæst. 1. & in additionibus ad decisionē. 81. & 210. & decisione dicta 46. Agit etiam de donatione ob causam de futuro, aut de præsenti, an debeat insinuari, de quo plura allegauimus ad decisionē 213. & de donatione, in qua fit mentio mortis gratia dilationis quòd fit inter viuos, egimus ad decisionem 103. nume. 4. & decisione. 163.

Sed vnum notandum collige ex hac decisione, num. 5. quòd si per sentētiam declaretur quis furiosus aut mentecaptus, & vt tali detur illi curator, nihilominus si resipiscat, absque alia sententia contrafia, vel licentia iudicis, potest testamētum & alios actus facere, ac si illa prima sententia lata non esset: licèt secus sit in prodigo, cui bonis est interdictū, ex Decio hîc citato: qua nubis Autor aliquo modo etiam in prodigo indictam conclusionem videatur inclinare: quibus adde Decian. cons. 2. à nume. 3. lib.3. Rip. in l. is cui bonis, á num. 43. ff. de verborum oblig. Rebuff. in 1. tom. ad. ll. Gallicas, tit. de sententijs prouisionalibus, arti. 3. glo. 4. à num. 11. cum sequentibus. Rimin. Sen. cons. 531. lib. 3. Mascard. de probat. lib. 3. conclusion. 1235. à n. 10. Sed vltra omnes vide dictum

ctum Rip. vbi ſuprà num.41. qui in puncto loquitur: cum quo conclude, quód id quod dicit hìc Autor in furioſo, procedit etiam in prodigo, ſine alia iudicis declaratione; licēt vtilis ſit, vt per Rip. vbi ſuprà.

## Additio ad Deciſionem CCCIIII.

DVo concludit noſtra deciſio. Primum, quòd ſoluens Abbati intruſo, exiſtenti in poſſeſsione prælaturæ, liberatur, etiam ſi cum eo non contraxerit.

Secundum, quòd ſoluens alij quàm cui debitor ſoluere tenetur, de mandato pœnali iudicis, excuſatur, & non tenetur aliam diligentiam facere, niſi notificare creditori.

De primo dicto vide quæ dixi ad deciſionem.36.vbi plures Autores citaui, & interim vide Caualcan. deciſ.44. nu 11.&.15.par.1.& in tract.de tutore,nu 272.& Simonem de Pretis conſi.152. nume.44.lib.1. Martin. Nauarrum in tract.de redditibus eccleſiaſticis, quæſt. 2.corollario.1.à num.31.

De ſecundo dicto vide Menoch.Azeued.& alios, quos tibi allegaui deciſio. 286.aliàs.285.& vide aliqua ad deciſionem.101.& conclude,quòd debitor ſoluens alij iuſſu iudicis, debet pati aliquid pro creditore, & illi notificare, ſi poteſt,in perſona, aut ad domum, & ſi non poſsit, debet pro eo allegare,& appellare,& proteſtari, & aliquam moleſtiam pati, nonq; cauſam vſq; ad finem proſequi ſuis expenſis, aliàs malé faceret,& ſic magis communis opinio affirmat, quidquid hæc deciſio dicat, niſi actor notoriam foueret iuſtitiam, tunc enim, etſi nullam diligentiam feciſſet, excuſaretur, ex his quæ de emptore in locis ordinarijs deciduntur, & ſic practicamus.

## Additio ad Deciſionem CCCV.

NOta ex hac deciſione, quòd pater & mater tenentur alimentare filium inopem illegitimum & inceſtuoſum: pater principaliter, mater autem in ſubſidium, patre non valente alimentare, nonq; illi dantur alimenta ſecundùm dignitatem perſonæ, ſed ſecundùm neceſsitatem naturæ. De hac deciſione vide quæ latè diximus ad deciſionem.201.num.3.&.4.& ad deciſionem 225.aliàs.226.& ad deciſionem.11.nu 7.& ad deciſionē.152. Vide etiam Cordubâ de Lara in tract. de alimētis ad.§. idem reſcripſit,à num.59.& Matienzo in.l.8. glo.1.titu.8.lib.5.recop. Anton. Gomez, Tellum, Velaz.& Ceruantes in.l.10.Tauri, Dueñas reg.367. Azeu. in.l.7.nu.29.d.tit.8. Ioan. Garc. latiſsimè in tract. de expenſis,c.3. per totum. Gutierr.lib.2. practicarum, quæſt.109. pet totam: & de ordine alendi, de quo hîc,eundem Garciam vbi ſupra,nu.33. allegat non quemadmodum.ff. de lib. agnoſcendis,& Greg.in.l.2.tit.19.part. 4.Certè in pluribus deciſionibus præcedentibus cloncluſimus,filio naturali debere dari alimenta ſecundùm ſuam dignitatem,non patris, licét aliquid addat:filio verò ſpurio & inceſtuoſo dari debent, ſecundùm quod Autor hìc.dicit, vt omnes citati, & alij ab eis relati dicunt: & quid iure noſtro regio, vide dicta in dictis deciſionibus.

## Additio ad Deciſionem CCCVI.

ADde huic deciſioni quæ laté diximus,& allegauimus ad deciſionem 17. & interim vide Ioan. Garciam in tract.de expēſis.c.15.à nu.17.&.c.12.à nu.50. & de arboribus cædendis, in eo cap.12.à num.78.cum ſequentibus.

Additio

## Additio ad Decisionem CCCVII.

HÆc decisio est clara,& agit de meliorantis & expensis factis á colono:cui adde Boeri decisio.47.Tiraq.in tract. de rectractu lib.1.§.7.à num.5. Iacobin.in authentica qui rem, à num. 46.C. de sacrosanctis Ecclesijs. Ruin. consi.14.num.3.lib.1.decisionem Perusinam.58.parte.1.num.7.& Caualcan. decis.44.à nu.65.1. part. latissimè cum infinitis Aluarum Valascum in tract.de iure emphiteotico, quæst.25.à nu.32. cum sequentibus. Pinel.in.l.1. part.3.à num.65.C. de bonis maternis. Molin. de primogenijs,cap.21.lib.1.Rol.consi. 28.lib.1.& conf.83.lib 4. latissimè Ioã. Garciam in tract.de expensis, capit.14 per totum,&adde.l.24. titu.8.part.5.& ibi Greg. Fanum in tract. de pignoribus.5.parte, membro.4.num.11. Nota etiam, quòd, quidquid decisio præsens dicat, melioramenta æstimanda, & soluenda sunt, secundùm quod nunc valent, & non secundùm expensas in eis factas, nisi valor expensas transcendat, & sic practicatur.

## Additio ad Decisionem 307 CCCVIII.

DEcisio hæc in terminis legis mentalis, de qua hìc, disputat ex professo illã altissimã quæstionẽ, & contẽtionẽ inter patruũ & nepotẽ super successionemaioratus:& concludit, pro filio semper iudicandum esse, & non pro nepote, maximé si filius maior, aut consanguineus proximior vocetur,de quo latè Molin. hìc citatus disputauit, & Lusitanus Aluarus Valascus in tract.de iure emphiteotico, quæst.49.&.50.& disputarunt Velazquez, & Tauristæ omnes in.l.40. Tauri, & disputarunt omnes quos citauimus ad decisionẽ huic similem.174.vbi alias decisiones citauimus,vbi de hac materia tunc plures allegauimus, tum etiam plures casus & distinctiones contexuimus, vltra quos adde aliqua per Bursat. conf.372.lib.4. & consi.381. eod.lib. eleganter in terminis Iacobum Berretam consi.134. per totum,lib.1.Cephal.conf.692.à nu 10.&.616.&.694.à nume.3.lib.5.Alexan. Trentacinqum in tract. de substitutionibus, par.4.cap.7.à num.57.cum sequentibus: latissimè & melius quam alibi cum infinitis allegationibus per Iosephum de Rusticis in consi.2. impresso post tractatũ,an & quando liberi,per totum,& à num.72.cum sequentibus Plura etiam attingit Antonius Chiosius, consi.7.lib.1.per totum. Infinita etiam ex modernis & antiquis cumulauit Doctor Gutier.lib.3.practicarum, quæst. 67.Certè in puncto iuris cõmunis difficillima semper fuit hæc concertatio, & communissimæ opiniones contrariæ, quæ pro patruo, & pro nepote responderunt: nõ meum interpono iudicium quæ verior fuerit; satis scio, pro vna & pro alia ex diuersis coniecturis iudicatum,prout hîc ex Autore colligitur, & ex Alexand. Raudensi, citato in dictis decisionibus : simpliciter tamen vsitatior est opinio quæ nepoti fauet. Pro qua in nostro regno habemus dictam legem.40.& legem Partitæ, ibi citatã. Quæ obtinent, etiam si filius maior superstes vocetur, nisi ex alijs cõtrarium appareat, scilicet verba illa ex proposito à fundatore posita esse ad exclusionẽ repræsentationis, non si fortuitò ad demonstrationẽ successoris, scilicet quia defunctus voluit solùm, quòd filius maior vltimi possessoris succederet, ad quem demonstrandum appositi dicta verba:quod in dubio præsumitur, & ita anxiæ, discordantes opiniones concordantur: de quibus per Mol. Velazquez, Rusticum, Gutierrez, & Berretam: & hæc

hæc pro ista decisione sufficere deberent, nisi vnum notandum ex hac decisione se offerret, quod quotidiè in praxi contingit, scilicet, quòd quando in fundatione maioratus post nominatos vocatur consanguineus proximior, non admittitur repræsentatio, sed ille admittetur, qui post nominatos tempore delatæ successionis proximior fuerit, & excludet descendentes à proximiori & maiori iam mortuo, nec admittetur repræsentatio, ex famoso tex. hìc citato, in.l.si libertus præterito.§.si libertus.ff.de bonis libertorum, & licèt de hoc dubio plura dixerimus in dictis decisionibus, & decisio.8.nunc addimus, quòd hoc fuit dubium principale, quod ventilatũ fuit in causa maioratus Tribultiorum, & pro hac opinione per dictam legem consuluerunt Ioan. Bolognetus, Fabricius Lazarus, Rolandus á Valle, Hieronymus Zanchus, Moya Hispanus, Collegium Ticinẽse. Pro cõtraria verò animosè nimis consuluit Menochius, & post eum Marzarius Hieronymus Paponis, Collegium Pisanum, Rota Florentina, Collegiũ Bononiense. Primi in sui fauorem allegarunt dictum.§.si libertus, & alia iura quæ de successione ab intestato loquũtur, & semper admittunt proximiorem tempore delatæ successionis. Secundi verò tex.in.l.cùm ita.§.in fideicommisso, de leg.2.&.l.si cognatis, de rebus dubijs, & alia iura: & famosum consilium Baldi.488.lib.3.citant. Mea autem opinio, in primo successore vt proximiore in defectum vocatorum, semper fuit & erit, nullam admittendam repræsentationem, sed qui tempore delatæ successionis proximior veré est, hic intelligitur vocatus, & non alius, quia descendit ab eo qui olim proximior fuit, & qui suo tempore nullum ius certũ & firmũ habuit ad successionem, existentibus, particulariter nominatis, qđ potuisset ad posteros trãsmittere; sed quandã vanam spem, de qua curandum non est, quiq; nullũ ius primogenituræ habuit, cum vt primogeniti solùm nominati & descendẽtes vocati sunt, quibns finitis, linea primogenitorũ finita est, nouéq; primogenium incipit fundari in proximiore, qui principiũ est primogenituræ, & non primogenitus, & qui vt consanguineus proximior vocatus est, & non vt primogenitus; descendentes tamen ab eo succedent per ordinẽ primogenituræ. Nec mihi persuadere possum, quod debeat repræsentari proximior, qui forsitã ab hinc ducentis annis extiterat: nã si hoc esset infinitæ lites crearẽtur & incertæ essent successiones: & licet in casu Menochij, qui solùm cõsanguineos proximiores tempore mortis testatoris dicit vocatos, & ponit vt capita primogenituræ, & vbi tanta incõuenientia non resultant, probabilius id videatur: tamen etiam mihi verum nõ videtur, nam credere non possum, testatorem maioratum perpetuum fundantem, & vocãtem proximiores post mortem nominatorum, cogitasse de proximioribus tunc existentibus speciali vocatione, cùm scire debuerat, eos nõ semper posse existere, sed solùm in confuso cõsanguineos vocauit: quæ cõfusio ex mente eius reducitur ad certitudinem tempore delatæ successionis, & tunc efficitur clara in existente illo tempore proximiore. Nec tex.in d.§.in fideicommisso, & in d l.si cognatis, aliud sentiũt, cùm secũdum magis cõmunem intellectum in fideicommisso temporali loquantur. Nec consilium Baldi aliquid facit, cũ vel nihil firmet: tum etiã quando admittit repræsẽtationẽ sub dubio, loquitur in nepote existẽte tẽpore mortis testatoris, aliàs nõ admittitur, propter verbũ, Proximiores meos: & ad id quod dicit, de proximioribus existentibus tẽpore mortis defuncti; quod intel

ligan-

ligãtur vocati, loquitur in fideicõmisso temporali: multũ tamen vrget tex. in d. §. in fideicõmisso. Sed esto quòd fateamur, in fideicommisso simplici, & non maioratus de quo loquitur dictus text. vocatos intelligi proximiores existẽtes tẽpore mortis, nõ tamen infertur, quòd ab eis descendentes, excludat alios proximiores existentes tẽpore delatæ successionis, nec Iurisconsultus in fideicommisso conditionali admitteret repræsentationẽ, aut transmissionem, nisi de voluntate testatoris apparet, de qua in dubio non apparet, si non sit necessaria ad perpetuitatem maioratus, aut fideicommissi. Nec quòd descendentes dicantur admitti ex substitutione, & vt substituti ascendenti suo, aliquid facit, cũ substitutio caduca effecta fuerit prima vocatione deficiente, ante mortem nominatorum, & his & pluribus alijs à dictis consultantibus adductis, accedo Autori hîc pro nũc, nam cùm officium additionatoris agam, non teneor ex professo articulum disputare, sat, scio dicta iura in fideicõmissis perpetuis, in quantum vocant consanguineos existentes tempore testamenti, rarò practicari, nec censeri vocatos magis quàm implicitè, in genere & confusè: & in praxi nunc aliam, nunc alteram opinionem fuisse seruatam. Cogita.

## Additio ad Decisionem CCCIX.

ADde huic decisioni, quæ diximus decisione. 2. & decisione. 72. & decisio. 279. & decisione 87. num. 7. & decisione. 11. & decisione. 134. & interim vide quæ in puncto huius decisionis, allegando nostrum Autorem, concludit & distinguit Caldas Pereira in tractatu de nominatione emphiteotica, quæstione. 21. à num. 41. & de renouatione vide quæ diximus deci. 41. & decis. 36. & decision. 7. & interim vide latissimè dictum Caldas in tract. de renouatione emphiteotica, quæst. 8. 9. & 10. & 11. & quia bene iudicatum est in hac decisione, nihil amplius addo.

## Additio ad Decisionem CCCX.

NOta, quòd monachus viuens extra monasterium de licentia summi Pontificis, testari non potest, & hæreditas quæ illi defertur ex successione patris vel matris, monasterio acquiritur: & si habeat licentiam ad testandum, in dubio intelligitur de bonis ab illo acquisitis, illo existente extra monasteriũ, & non de bonis quæ acquiruntur monasterio ex dictis successionibus, aut quæ anteà illi acquisita erant, vt minus præiudicetur monasterio.

Nota etiam, quòd donatio ab illo facta post proprium motum derogantem similibus concessionibus, censetur in fraudem, & non valet: de his omnibus vide Speculatorem in titu. de statu monachorum. Summistas, verbo, *Religiosus*, & verbo, *Monasterium*, Bertachinũ in suo reportorio, lit. M. verbo, *Monachus testatur cum licentia*, & Socin. cons. 13. lib. 1. Bursat. cons. 75. à num. 21, lib. 1. Mencha. de controuersijs illustribus, cap. 102. & ad l. si quãdo, de qua in hac decisione, Couarru. in cap. 2. à nume. 5. de testamentis, Craff. in libro. sententiarum. §. testamentum, quæst. 34. qui Xuarez, Iul. Clar. & alios allegat, & in puncto Aluarum Valascum consultatione 24. num. 1. Nauar. de redditibus, quæst. 3. corolario. 16. Adde his Bonifaci. Rugerium cons. 27. nu. 149. Hiero. Grab. cons. 166. lib. 1. Bernardinũ Bombinũ consi. 12. & consi. 14. & consi. 18. Curt. Iun. consi. 178. num. 18. Deci. cons. 512 Iacob. Berrettam consi. 96. per totum, lib. 1. Plura adducit Spino de testamentis glo. 12. & in glo. rubr. parte. 6. Aluaradus

radus de coniecturis lib. 2. cap. 1. à num. 5. Molin. lib. 1. de primogenijs, capit. 9. nu. 35. & lib. 2. cap. 9. Siluest. in summa, verbo, *religio*, 4. §. 9. & 10. & conclude, bene iudicatum in præsenti decisione.

## Additio ad Decisionem CCCX. vel CCCXI.

NOta primo ex hac decisione, quòd funeris expensa in sepultura, & causa corporis sepeliẽdi, deducitur tanquã æs alienũ ex aceruo bonorum. Tandem id, quod expensum est corpore præsente, etiam in Missis & sacrificijs & oblationibus, deducitur ex dicto aceruo; & alia quæ post expenduntur pro anima defuncti, deducuntur de tertia, de qua defunctus liberè poterat testari, & apud nos de quinto bonorum defuncti.

Secundo nota, quòd salaria famulorum vt debita, etiam deducuntur de cõmuni aceruo, etiamsi sint salaria illius anni, quo defunctus mortem subijt, & in parte decursa post eius mortem.

Tertio nota, quòd vestes lugubres, quæ famulis dantur, deducuntur de dicta tertia, aut in nostro regno de quinto, & non de aceruo.

Quarto nota, quòd fructus à solo separati tempore mortis vltimi possessoris maioratus, etiamsi nõ sint in horreo reconditi, non debentur successori pro rata; sed sunt hæredum prædecessoris.

Quinto nota, quòd melioramenta facta in bonis maioratus, sunt hæredum prædecessoris pro rata, & veniunt in diuisionem æstimata secundùm valorem temporis præsentis.

Sexto nota, quòd alimenta quæ possessor hæreditatis præstitit famulis defuncti vltra triginta dies à morte ipsius, non deducuntur ex aceruo hæreditatis, præcedentia verò sic.

Septimo nota, quòd dos data filiæ communi per maritum & vxorem, deducenda est ex bonis amborum pro dimidia, ex tertia cuiuslibet, in qua filios meliorare possunt secundum leges Lusitaniæ. In his regnis, ex bonis quæ supersunt pro legitimis, quibus vel soluitur, & suppletur, si non soluta fuit, & si sic, confertur & cumulatur alijs, bonis cuilibet hæreditati pro dimidia.

Nota octauo, quòd tertium, in quo filius est melioratus, non deducitur ex dotibus datis, etiam si testator velit.

Nota nono, quòd donationes à Rege factæ filio, vel pátri, vt filio det, non conferuntur, nec in legitimam imputantur.

Nota decimo, quòd vestes & ornamenta quotidiana non confert filius: secus in ornamentis non quotidianis, & equis & armis, & ornamentis equorum.

Nota vndecimo, quòd arrhæ deducuntur ex tertia, in qua filius fuit melioratus, & non ex aceruo bonorum.

Nota duodecimo, quòd res per euntes ante diuisionem sine culpa possessoris hæreditatis, non sibi imputãtur.

Nota decimo tertio, quòd tertium deducitur etiam de nominibus debitorum.

Nota vltimo, quòd successor maioratus soluit expẽsum in impetrandis bullis ad diuisionẽ vnius beneficij; ad quod ius præsentandi illi competit in duo, reseruata præsentatione amborum illi: & æstimatur secundũ quod verè expẽsum est, nec aliquid cõtribuit prædecessor.

Primo dicto adde Anton. Gomez, Cisuentem, Velaz. & alios, maximè Tellum Fernandez ibi à nu. 30. Tauri, Matienz. Azeued. & Angul. in l. 13. ti. 6. lib. 5. recop. Ducñas reg. 297. Greg. Lopez in l. 12. in gl. magna, tit. 13. part. 1 & ibi Humadam, & in l. 2. glo. magna tit. 11. part. 6. Ioan. Garciam in tract. de expensis, cap. 8. per totũ. Ayoram in tract. de partitionibus, par. 2. quæst. 11. Communiter concluditur, quod iure cõmuni, vt

per

per decisionem hìc, quod expenditur, vt necessarium corpore præsenti deducitur ex aceruo bonorum, aliud verò de quinto, etiam si testator liberè poterat de bonis suis disponere, solutis debitis. Primum verò omnibus debitis præfertur. Iure regio, si quintum sufficit, tota expensa necessaria & non necessaria soluitur de quinto, ex d.l.30 si verò nõ sufficiat, necessarium ad funus & humationem corporis soluitur ex aceruo bonorum ante omnia debita, aliud verò non soluitur in præiudiciũ legitimarum filiorum, de quo, & de expensis factis in infirmitate defuncti, diximus, lib.1. quæstio. quæst.8. aliàs.6. & nunc adde Molin. de primogenijs, lib.1.cap.10. a num.32. Rebuff.1.tomo ad.ll.Gallicas.tit. de sententijs prouisionalibus à num.50. Capici. decis. 48. Quesadam lib. quæstionum iuris, quæst.25. Couar.in.4.parte.2.cap.3.§. 9. Gutierrez lib.2.practicarum, quæst. 72.& latius Azeued.vbi supra.

Secundo adde tex.in c.præsenti, de officio ord.& ibi Domin. Francum, & Philippum Probum, & Franciscũ Marcum decis.95.&.436.part.1.Follerium ad constitutiones regni,tit.de sacrosanctis ecclesijs, cap.peruenit ad nostrã audientiam à nu.18.& adde autores omnes in.l.diem functo.ff. de officio assessoris. Practicatur, quòd si famuli conducti sint pro toto anno, integrum solui debeat eis salarium ex aceruo bonorũ, nisi alium herum inueniat eiusdẽ conditionis, qui idem salarium det: secus si pro mẽsibus,nam tunc seruabitur quod dicit hìc decisio.

Tertio dicto adde Autores, de quibus supra in primo dicto;& magis communiter cõcludũt,quòd vestes lugubres debentur famulis, & vxori defuncti ex quinto Hæredi verò,& eius famulis nõ: sed ego verius puto, quòd si ex consuetudine omnibus his soleant dari,debẽt dari ex quinto,sin minus non nisi testator iusserit & tunc si quintum non sufficiat,nõ deducũtur ex aceruo bonorũ.

Quarto dicto adde Molin.lib.3.de primog.cap.11. Ayoram de partition. 1.parte.cap.9.à nu.6.

Quinto dicto adde quæ diximus supra in pluribus decisionibus, & nunc ad de infinita quæ allegat Velazquez in.l. 46.Tauri hìc citata,&quæ refert Azeu. post Matien. in l.6.tit.7.lib.5.recopil. & Gutien.lib.2.practicarum, q.81.82. 83.84.85. qui bene de materia agit, & lib.3.q.68.69.&.70. Mieres de maioratibus,parte.1.quæst.10. Burgos de Paz Iun.quæst.ciuili.7.Ioan. Gar.de expensis c.13. Resolutio Autoris est vera iure communi; in nostro tamen regno seruanda est d.l.46. quæ ex æquitate non obtinet vltra casus ibi expressos, nec quando melioramenta cedunt in magnum successoris & maioratus augmentum & vtilitatem, nam tunc soluit successor,& si non potest,censum impo nit,nec obtinet,quando possunt separari, vt videbis per dictos autores, & per Molin.& alios ab eis allegatos.

Sexto dicto adde dicta in secundo notabili.

Septimo dicto adde.l.53.Tauri,quæ est l.8.tit.9.lib.5.recop & ibi Anto.Gomez,Castell.Palatios,Matien.& Azeu. & Ioan. Garciam in tract. de acquæstibus,num.150.&.151.&.152.

Octauo dicto adde.l.25.Tauri, & ibi Anto.Gomez,Castell. Palat. Velazquez & alios,&.l.9.& ibi Matien.Azeu. & Angulum,tit.9.lib.5.recopil.

Nono dicto adde quæ diximus ad decisionem.114.& ad decisionem.29. & decisionem.146.

Dicto decimo adde doctorem Spino in tract.de testamentis,glo. 18.à nu. 115.&Ioan.Garciam de expensis,cap. 8.à num.38.& Matien.qui plura citat. in.l.4. glo.5.tit.2. lib.5. recopilation.

Gutierrez lib.2.practicarum, quæs.19 &Azeue in d l.4.à nume.30. Laram in tract. de alimentis, ad.§.si quis ex his, à nu.128.& ad.§.non tantum, à nu.15

Dicto vndecimo adde Ayoram in tract. de partitionibus.1. par c.7. à nu. 16.& cap.44.Doctorem de Azeuedo in l.12.titu.6.lib.5. recopilat. vbi allegat nostram decisionem: & ex proposito in terminis disputantem adde doctorem Gutierrez lib.3.practicarum,quæstione.43.per totam, vbi nostram decisionem allegat num.47. & sequenda est eius distinctio, vt si maritus tempore quo arrhas vxori promittit, non habet filios alterius matrimonij,si postea moriatur, tanquã debitum deducendæ sunt ex accruo bonorum. Si verò filios habeat, quibus per donationem voluntariam,vt hæc est, non potuit præiudicare vltra quintũ, deducẽdæ sunt ex quinto,& in regno Lusitaniæ ex tertio, & ita venit supplenda præsens decisio.

Dicto duodecimo adde Ayoram de partitionibus, quæst.20.lib.3.aut parte 3.Adde etiam latè eundem quasi in terminis in 1.parte.3.quæstio. à num.23. cum sequentibus & Riminal. & omnes in.l.ea demum.C.de collarionibus. Intellige tamen, si res periurent absque culpa possessoris,non aliàs.

Dicto decimotertio adde,quòd non habet dubiũ, quia actiones inter bona iudicantur, ex his quæ Bart.notat in.l. tutor qui repertorium. ff. de administratione tutorum vbi dicit ponendas in inuentario,& vide laté Tiraq.in repetitione .l.si vnquã, verbo,*bona*,à nume.9. C de reuo. donatio. & de retractu lib. 1.§.1.glo.7.Pinel.de bonis maternis in rub.par.1.à nu.10. Guillelm. Benedict. in repetitione cap. Rainutius, verbo, *Catera bona*.à num.8.de testamentis.Si mancas de institutionibus Catholicis, cap.9.à num.109.Alciat.& Rebuff.in.l. nominis & rei,de verborum significa. & adde tex.in.l. ea quæ, vbi DD.C.familiæ herciscundæ,&.l. per familiæ.§. in hoc iudicium.ff eodem.

Vltimo dicto adde Velazquez.in.l. 46.Tauri,glo.4.nu.4.qui citat Aymon. cons.136.Auend.resp.17.Couar lib.3. variarum.c.19.nu.6. Tell.in.l.29. Tauri,à nu.14.Gomet.ibi à nume.21.Ioan. Garciam de expẽsis,c.14.nu.14.Matiẽ. in.l.3.tit.8.lib.5.glo.2 à.nu.12.qui aiũt quòd titulus dignitatis infructifer, & non vendibilis,non confertur:& Velazquez ait, quòd si emptio talis tituli aut dignitatisfacta à possessore maioratus, non sit vtilis nec commoditatem afferat,successor non tenetur expensam soluere: & mihi non videtur vtilitas considerabilis beneficia scindere respectu patroni, qui potuit filium aut consanguineum diuitem facere,dando beneficiũ pingue,& nõ tenue:& alij existimabunt vtile, alij non. Cogita, quia mihi nimis dubia decisio videtur, quamuis propter autoritatem Senatus tenenda sit, dum tamen expensa moderetur, & reducatur ad congruentem summam, aliàs si magna sit, durum esset successorem obligare ad tantam summam,propter id quod sibi parum cõmodi affert. Cogita, & hæc de hac tam grandi & practicabili decisione.

## Additio ad Decisionem 309 CCCXII.

NOta, quòd securitas data mulieri adulteræ,& accusatæ de adulterio, non sortitur effectum, si lite pendente in fragranti delicto reperiatur. Adde Bart.& scribentes ibi post eum,in l.cùm proponas.C.de pactis,& elegans consilium Roselli de Roscllis.27.tomo.2.criminalium Zileti. allegat Petr. Cyn. & Barto.& dicit, quod non amittit securitatem circa præteritum delictum, sed circa de nouo commissum,quod nota.

Additio

## Additio ad Decisionem CCCXIII.

NOta primò ex hac decisione, quòd impensæ & melioramẽta vtilia facta à bonæ fidei possessore cũ titulo, & nõ in fraudẽ tertij, debent sibi resici, & Autor refert quæ vtilia sint, & limitat, nisi non sint ad perpetuã vtilitatẽ rei, sed solum pro vsu præsenti rei.

Nota secundó quòd hæ expensæ nõ compensantur cum fructibus.

De primo plura notãt Tauristæ omnes in.l.46.Tauri, maximè Velazquez, & Aluar. Valas.in tract.de iure emphi. teotico.q.25.26.17. nosque plura diximus, vbi infinitos modernos & antiquos citauimus, maximè Rolan. Valle cons.28.lib.1.ad decisio.4.& decis.22. & decis.41.& decis.137.& decis.74.& decis.301.aliàs.302.& quia materia & loca ordinaria, trita & vulgaria sunt, nihil amplius addendum puto, sufficeretque sola allegatio dicti Valasci in d. quæstio.25.26.&.17 & dictorum dicta quæst.74.adde etiam Gutierrez quæst. 89.lib.3.practicarum.

De secundo. vide Cremensem sing. 106.Tiraqu. in repeti.l.si vnquam, verba reuertatur,à nu.235.C. de reuó.donatio.Pinel. in l.2. par.2.à nu.62 C.de rescind.vend.Perez ad Seguram in l. 1. §.si vir vxori,à nu.63.ff.de acqui.possess. Molin.lib.1.de primogenijs.c.26.à nu. 14.Vincent.Francum decis.108.à nu.41.parte,& cum Copo.Fano.Rol.Hipp. Rimina.Crauetta, Anto.Natta & alijs modernis & antiquis, latè agit doctor Gutierrez in suo tertio libro practicarum,quæst.68.nu.5.cum sequẽtibus, & agunt Valascus & Autores, de quibus in præcedenti notabili, latè Ioan.Gar. cum Palatios Rub. Paulo, Molinæo,Pinelo & alijs in tract. de expensis & melioratiõnibus,c.23.à num.57.

## Additio ad Decisionem CCCXIIII.

NOta ex hac decisione, quòd si minor cum autoritate curatoris, minus solenniter, & sine alijs diligentijs vendat censum,dissoluitur census,& restituitur pensio soluta à tempore litis contestationis, & non antea, quemadmodum emptor lucraretur fructus, & non tenetur eos restituere, si esset bonæ fidei, de quo vide dicta ad decisionem 20. & decisionem.96. & 94.& decisionem.227.aliàs.228.& decisionẽ.79. & interim vide Couar. lib.1. variarum, c. 3.à num.8 Pinel.in l.2. parte.2. cap.4. à num.34. Baeçam in tract.de non meliorandis c.33. à nu.6. cum sequẽtibus. Matien.in l.3.glo.7. a nu.6. tit.8. lib.5. recopil. & in l.1.glo.5.á num.7. tit.11. co.lib 5. latissimè, subtiliter & elegãter ad praxim Ioan.Garciam in tract.de expensis,cap.23. à nu.24. & vide elegantem.l.11.tit.4. part.2. et ibi Gregor. et Montaluum, et ex.exteris vide eleganter Rolandum à Valle infinita allegantem cons.60.nu.47. lib. 4. vbi loquitur in proprijs terminis minoris sine solennitate alienantis Ceph.cons.338.num. 61.lib.3.& cons.315.&316.co. lib. et elegantissimũ consiliũ Sfortiæ,quod in pluribus decisionibus allegaui 41.à nu. 81. lib.1. et in puncto de censu vendito à minore,eundem Sfortiã in tract. de in integrum restitutione.2.part.quæst.56. art.6.á nu.42.allegat Franciscum Marcum et alios,et in 1.par.quæst.45.artic. 2.per totum, et Felicianum in tract. de censibus lib.2.cap.2 à num.1. Certè in puncto iuris negare nõ possumus, quidquid Ioan. Garcia dicat, quòd contrahens cum minori, omissis iuris solennitatibus, sit in præsumpta mala fide, quia facit contractum nullum, et à iure reprobatum,et quod tenetur ad fructuũ

restitutionem, & in censibus ad restituē dos fructus decursos à minore solutos, prout intētato remedio restitutionis in integrum dicit Sfortia vbi supra, & faciunt quæ diximus ad decisionem 212. sed ex æquitate seruanda est præsens decisio, cuius opinionem, hac decisione non visa, Sfortia tenuit dicto cons. 41. aut si fructus essent restituēdi, si pertium in minoris vtilitatem esset conuersum, deberet illud cum interesse reddere, vt per Sfortiam in d.q. 56. & sic in idem reincidimus: quare iudicando & consulendo seruandam existimo hāc elegantem decisionem.

## Additio ad Decisionem CCCXIIII. vel CCCXV.

NOta ex hac decisione tria.

Primum, quòd ex lege & consuetudine Lusitaniæ natus ex homine plebeio & ancilla propria vel aliena, est naturalis, & succedit patri.

Secundum, quòd idem iudicandum est in nepote ex tali.

Tertium, quòd nō erit idem in filio & nepote nobilis qui nō amisit nobilitatē ex eo quod fuit famulus illustris viri.

Primo adde quæ diximus in terminis ad decisionem. 86. &. 167. & adde Caldas de nominatione, q. 12. à nu. 57.

Secundo adde, quòd filiorum appellatione nepotes continentur, vbi concurrit eadem ratio, vt per Bart. in l. liberorum. nu. 5. vbi Rebuff. & Alciat. ff. de verborum signifi. latè Autores in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posthu. latè Deci. cons. 391. nu. 5. Socin. in l. hæredes mei. §. cùm ita, nu. 11. ff. ad Treb. & cons. 90. col. 3. lib. 1. &. 249. nu. 2. lib 2. Curt. Iun. cons. 22. Socin. Iun. cons. 114. nu. 31. lib. 1. Ruinus cons. 78. lib. 2. Ceph. cons. 107. nu. 15. lib. 1. Valle cōs. 93. nu. 19. lib. 2. Bursat. cons. 13. nu. 15. lib. 1. Menoch. cons. 135. nu. 12. lib. 2. & in tract. de præsump. lib. 4. præsum. 94. Marzarius cons. 8. & cum infinitis Iosephus de Rusticis cōs. 2. post tractatū, an & quādo liberi, à nu. 37. cū sequētibus.

Tertio adde quod contrarium de famulis in vniuersum dixit Tiraq. in tractatu de nobilitate. c. 34. in fine. Sed nihilominus hæc decisio vera est, & singularis, & de consuetudine seruantur in ea disposita.

## Additio ad Decisionem CCCXV. vel CCCXVI.

NOta ex hac decisione duas conclusiones.

Prima, quòd bona acquisita à prælato vel beneficiario, præsumuntur acquisita ex prælatura vel beneficio, nisi hæredes contrarium probent.

Sucunda, quod non valet cōsuetudo, quod prælati testētur de bonis exprælatura acquisitis, licét valeat in alijs beneficiarijs & clericis inferioribus.

Primæ cōclusioni adde autores, maximè Couar. nu. 7. in c. 1. de testamētis, & Roman. cum Mandosio cons. 346. nu. 18. & cons. 159. nu. 4. & ibi Mandosius verbo, *tua membra*. Barba. cons. 69. col. ante pen. lib. 3. Ioan. Baptistam Ferretum cons. 118. Socin. cōs. 91. nu. 1. lib 3. Iul. Cla. lib. 4. sententiarum. §. testamentum, quæst 66. Bertach. in tract. de Episcopo, par. 4. quæs. 3. nu. 6. Foller. ad cōstitutiones regni, tit. de sacrosanctis Ecclesijs. c. peruenit ad audiētiā nostrā nu. 27. &. 34. Petrum Andreā Gambarum in tract. de legati, lib, 6. num. 582. Redoan. in tract. de rebus Ecclesiæ, fol. 293. Lamber. de iuri patronatus, lib. 1. par. 1. q. 8. art. 7. Caualcanum de vsufructu mulieri. nu. 155. & decisione. 43. & 44. parte. 1. Cels. cons. 9. nu. 5. Roland. Valle cons. 90. num. 10. lib. 2. Bero. cōs. 5. nume. 4. lib. 2. Menoch. in tractatu de arbitr. iudcū, lib. 2. cent. 1. casu. 195. à nu. 4. Card. cons. 79. latè & eleganter, & nouis-

& nouissimè Bursat. cons. 376. à nu. 2. cum sequentibus, & à num. 15. cum sequentibus lib. 4.

Secundæ adde l. 13. tit. 8. lib. 5. & ibi Azeued. & Matien. Couar. in c. cùm in officijs, de testamentis, & vltra Nauar. hîc citatum, vide Sarmien. in tractatu de redditibus parte. 2. cap. 1. Simancas, de Catholicis institutionibus. c. 9. à nu. 90. Molin. lib. 2. de primogenijs, c. 10. à nu. 45. allegant Didacum Perez, Greg. & alios, & nouissimè vide Bursat. d. cõs. 376. & cõs. 460. lib 4. quidquid præsens decisio dicat: licèt in his regnis consuetudo sit solùm de clericis inferioribus agens, si esset etiam de prælatis, & esset immemorialis, ex qua præsumitur priuilegium, & consensus Põtificis, nescio quare non valeret seruatis seruandis, scilicet si tales conformiter rectæ tatio ni de bonis suîs disponerent, partim ad pias causas, partim in cõsanguineos non diuites; & si etiam aliquam memo riam profanam relinquerent (salua in omnibus sanctæ matris Ecclesiæ correctione) Fateor tamen, quòd scrupulosa esset dicta consuetudo, et ideò vel parcè nimis, vel non seruanda. De prælatis loquor.

## Additio ad Decisionem 314 CCCXVI. aut CCCXVII.

EX hac eleganti decisione tres conclusiones inferuntur.

Prima, quòd non valet conditio posita in legato vel fideicommisso, quód filius melioratus ducat vxorem de consensu patris vel tertij, aliàs legatum aut lucrũ amittat, et ea nõ obstante, etiã nõ impleta conditione consequitur lucrũ.

Secunda, quód bona lucrata constante matrimonio, sunt cõmunia inter virum et vxorem, etiam iure communi, secluſa regni consuetudine.

Tertia, quòd officium Cubicularij Principis in dotem datum, est dotale. Primæ adde in terminis Molin. in tract. de Hispanorum primogenijs, c. 13. à nu. 35. cum sequentibus lib. 2. Ferdinandum Vasquium, Menchac. de controuersijs illustribus, lib. 3. c. 94. à num 14. et præter Costam et Couar. in hac decisione citatos, vide Michaelẽ Crassum in suo sentẽtiarum tract. §. legatũ, q. 50. á nu. 9. & Mauti. in tract. de coniecturis vltimarũ voluntatũ, lib. 11. tit. 18 à nu. 8. & elegans consilium in terminis Antonij de Prato. 136. à nu. 17. 1. tomo consiliorum Zileti de vltimis voluntatibus. Certé si vera dicere fas est, licèt dicisio in extraneis vel consanguineis verum dicat, attamen quando consensus de quo in conditione, debet esse proprij patris legatariæ, quæ nubere debet, dubito si verum asserat, & crederem quòd non; quia vt constat ex dictis autoribus, maximè ex dicto Antonio de Prato in terminis, & ex Mãtica, & ex elegãti cons. Menoh. 69. à nu. 20. lib. 1. & Ceph. 712. lib. 5. & Sfortiæ. 79 nu. 11. hæc conditio iustissima & honestissima est, quia lex plurimum de patre confidit, & iniustum iudicat filium, qui absque consensu patris vxorem ducit: imó si sine causa faciat, delictum existimat committere, & non est credendum, quòd ipse sibi matrimonium decens impediat, et cùm filius multa decentia posset inuenire cum consensu patris, non dicitur simpliciter à matrimonio impeditus, nec sibi libertas iusta aufertur, sed iniusta, et contra leges, & sic cum dicto Antonio teneo contra dictam communem opinionem, quæ cum Iureconsulto in §. si arbitratu, hìc citato, non clarè in patre loquuta est. Cogita, & caue à periculosa extensione dicti Antonij, scilicet vt etiam valeat conditio expectandi consensus eius, cui pater cõmiserit; quod verum non credo.

Secundæ cõclusioni adde Ioan. Gar

ciam, qui plura refert, in tract. de acquæstibus, á nume. 30. vbi latissimé declarat tex. in c 2. de don: intervirum hìc citatum, ex cuius dictis conclude, hanc communionem inductam esse consuetudine, & non iure communi: quod in dubium existimo.

Tertiæ conclusioni adde quæ diximus ad decisionem. 29. & in alijs huius libri, & in puncto decisione. 114.

## Additio ad Decisionem CCCXVIII.

ADde huic decisioni quæ diximus ad decisionem. 145. vbi alia decisio contrarium tenuit circa punctum excussionis, & ibi plures citauimus, & licet, quod hìc dicit Autor de excussione, videatur in rigore verum, in praxi seruatur quod dictum est in dicta decisione, & ipsa decisio dicit: & ad id quod dicit Autor, quód excussio fieri potest lite pendente contra tertium possessorem, vel sufficit quòd constet ex processu, principalem non habere bona, vide quæ diximus lib. 1. quæstio. quæst 11. & interim vide Bal. cons. 55. lib. 1. & .366. lib. 3. Roman. cons. 388. Communistas latissimè lib. 8. communium, tit. de fide iuss. 25. à nu. 135. cum sequentibus & decisiones Tessaur. Pedemontani. 51. 52. 53. per totas, & hæc opinio tanquam æqua in praxi seruatur.

## Additio ad Decisionem CCCXIX.

HÆc decisio elegans est ad declarationem tex. & eius materiæ in authentica nisi rogati. C. ad Trebell.

Ex qua deduc cõclusiones sequentes

Prima, quod monasteriũ excludit substitutum sub conditione Si sine liberis.

Secunda, quod donatio remuneratoria facta a minore valet.

Tertia, quod ingrediẽs religionẽ, potest testari cum minori numero testiũ; & quòd testamentum confirmatur per mortem naturalem, & interim monasterium fruitur bonis.

De prima conclusione adde elegantissimè, copiosissimè, & melius quã alibi Menoch. de præsump. lib. 4. præsum. 83. per totam. Sfortiam cons. 19. per totum. Crassum in tract. sententiarum. §. fideicommissum, quæst. 42. Manticam de coniecturis lib. 11. tit. 7. à nu. 8. Sfortiam in tract. de compendiosa. 5. parte. Ofascum decis. Pede. 126. à nu. 24. & ex nostris Couar. lib. 1. variarũ, c. 19. à nu. 11. Villalob. in cõmunibus, verbo, monasteriũ, à nu. 121. Costam inc. si pater, verbo, *Si absque liberis*. à nu. 64. de testamentis. Mencha. in tract. de succesio. creatio. §. 26. à nu. 41. & magis cõmuniter cõcluditur, quòd ex præsumpta voluntate testãtis, & fauore piæ causæ monasteriũ excludit substitutũ, & ideò contraria existente aut apparente ex coniecturis, de quibus per Menoch. admittitur, nisi cõstaret de fraude Abbatis alicientis monachũ blanditijs, & persuasionibus dolosis, ad ingressum monasterij, vt dicit præsens decisio in fine; cui adde Sfortiam in d. 6. parte, artic. vlti. & Menoc. vbi supra, nu. 87. qui Bal. Speculatorẽ, Ang. Clauasiũ, & Siluestrũ citat. Intelligendi tamen sunt, quãdo dolus illorũ interuenit, qui dederit causam ingressui & professioni, aliàs in praxi difficile esset obtinere secundùm hãc opinionem.

De secunda conclusione vide Molin. de primog. lib. 2. c. 9. nu. 8 Matien. in l. 7. glo. 2. à nu. 29. Sfortiam de restitut. par. 2. q. 58. artic. 1, 2. 3. & 4. maximè in primo arti. 6. casu. vbi in terminis loquitur, & allegat Piuel. in. l. 1, par. 3. nu. 85. C. de bonis maternis, & Simoncellum in tract. de decretis, lib. 1. titu. 2. per totum Anton. Gomez variarum tomo. 2. cap. 13. col. 3. versic. *Secundo infertur*, & eundem Sfortiam vbi supra artic. 4.

De

De tertia vide in puncto latè disputantem, & duas opiniones contrarias referentem Burgos de Paz in repetitione.l.3. Tauri, conclusione.4.à nu.681. cum sequẽtibus, qui in rigore dicit, sententiam huius decisionis iure non probari, sed quód seruanda est, quia magis communis opinio ei fauet: & ad secundam partem huius conclusionis adde in puncto Aretin. qui communem dicit in.l.1.nu.6.de testamẽtis. Alex.cons.13 lib.3. Xuarez allegatio.20.nu.19.& ibi Valdes in additione. Couar.in c.2.nu.6.de testamẽtis. Crasũ in d.tract.sentẽtiarum §.testamentum, quæst.34.nu 7. qui cõmunem dicit Autoris sententiã: & de testamento monachi vide eum, & Molin. vbi supra, Gutier. in c.quãuis pactum, verbo, *Dum nuptui tradebatur*, nu. 4. Iul. Clar. lib.4. sententiarũ. §. testamẽtum, quæst.28.& conclude, benè iudicatum in hac decisione.

## Additio ad Decisionem CCCXX.

ADde huic decisioni quæ diximus ad decisionem.312.aliàs.314.& interim adde Manticam de coniecturis. Anton. Gabrie. Curt. Iuni. Crauet. Alciat. & alios citatos à Crasso in d.tractatu §.fideicommissum, quæst.10.per totam, & adde Menoch. latissimè disputantem, vtrum filij appellatione nepos contineatur, lib.4. præsumptionum, præsumptione.94.per totam.

## Additio ad Decisionem 318 CCCXXI.

NOta, quòd res dotalis potest alienari ad liberandum maritum à carceribus, & quód maritus solus potest alienare. Adde Matien.in.l.6. glo.4. & l.1.tit.3.lib.5.recopil. Adde etiam Molinã nu.9.in lib.4. de primogenijs c.6. Menesс.post Curt. Corne. & alios in authen. res quæ. C. communia de legatis. num.98. vbi allegat Fulgos. & Alex. in l.quanuis, nu.11.ff. soluto matrimonio, & in.l. Marcellus. §. res quæ, nu.3.ff.ad Trebell. allegat etiam Boer.decis.128. nume.3. Campesium de dote.1.parte, quæst.12. Gomez.in.n. item si quis in fraudem, nu.32. instituta de actio. Couar.lib.2. variarum, c.16.nu.9. & adde his notabiliter Menoch.in tract.de arbitrarijs iudicum, lib.2. cent.1. casu. 182.à num.62.& in tract.de præsumptionibus, lib.4. præsumpti.192.nume. 11.& in puncto adde Baldum Nouellũ in tract. de dote & eius priuilegijs.7. parte in principio, limit.4.&.5. & priuilegio.29. adde etiam allegationes Francisci Viuij decisione. 18. Imol. Paul. Ang. Alber. Alexand. & alios in l.quanuis, hîc ciatata. Roman. consil, 78. Cuman.in dicta.l. quanuis. Ex quibus constat, decisionem nostram continere opinionem communem, & communiter approbatam, & ideó seruanda est iudicando & consulendo, licèt admodum dubia & scrupulosa sit, & quæ non benè probatur in d.l. quamuis, in casu quo mulier contradiceret, quam tamen intelligerem, si vxor haberet dotem ita sufficientem, vt marito ex ea liberato à carcere, sibi remaneret patrimoniũ, ex quo viuere posit: aliàs si non, omnino falsam reputo, & contra ius naturale, quia prima charitas incipit à se ipso: quod nota.

## Additio ad Decisionem 319 CCCXXII.

NOTA ex hac decisione sequentia.

Primum, quòd hypotheca legalis cadit in bonis prohibitis alienari absque alia solennitate.

Secundum, quòd.l.cum à matre, nõ habet locum in hærede fideiussoris de

euictione, qui ex iure proptio potest venire contra venditionem.

Tertium,quòd iudex potest condẽnare in fructibus non petitis à tempore litis contestationis currentibus.

Quartum, quòd in actione hypothecaria potest quis solam rem petere, & iudex in ea condemnare,& reus liberatur debitum soluendo.

Quintum,quòd citatio possessorum requiritur ad excussionem contra principalem & eius fideiussores,etiam si cõstet, eum nulla alia bona habere, præter ea,in quibus excussio facta fuit.

Ad primum vide latissimé disputãtem Caldas ad.l si curatorem habens, verbo, *Cui non absimilis*, à nu.35.Mencha.lib.3. controuersiarum vsufrequentium.c.5.à num.1. Menoch.in tract. de adipiscenda, remedio.3. à nu.7. & quia isti plenè materiam resoluunt, nihil amplius addendum puto.

Ad Secundum, circa intellectum.l. cum à matre, de qua hìc, vide Ruin. cons.25.à nu.11.lib.2. Deci. cons.79. nu.2.&cons.184.in fine,&.454.num.7 Ceph.cons.314.nu.43. &.318 nu.1.li. 3. Alban.cõs.72.nu.3.Tiraq.de retract. lib.1.§.1.glo.8.à nu.48.Ioã. de Amicis cons.3.nu.20.Ceph.cõs.393.nu.49.lib 3.Crauet.cõs.131.nu.6 lib.1.Paris.cõs. 16.num.127.lib.2. Socin.cons.2.col.1 lib.4. Socin.Iun.cons.72.num.25.lib.3 Rolan. de Valle cons.30.nu.29.&.90. nu.37. &.100.nu.143.lib.4. Menoch. cons.89.nu.127. lib.1.& cõs.44.nu.20 lib. Rimin.Iun.cons.64.nu.16.lib.1. Franciscus Bec.cons.72.lib.1. & plura alia allegat Fabius Turretus cons.18.á num.22. lib.1. Ioan. Botta cons.94.à nume.29. Hieronymus Gabriel consil. 125.num.3.lib.1. Tiber. Dician. cons. 117.num.3 lib.3.& cons.31.num.157 lib.1. Bursat. cons.247.num.9.lib.3.& cons.3.nume.42.lib.1. Riminald. Iun. cons.37.num.62.lib.1. eleganter distinguit Tobias Nonius cons.2.&.5.& 39.num.3.latè Franciscus Viuius decisione.56.lib.1.ex quibus omnibus, salua pace Autoris, dictam conclusionem minùs veram existimo: nam licét hæres cum beneficio inuentarij possit venire contra defuncti factum iure proprio, dimissis bonis hæreditarijs, & etiam possit venire contra factum defuncti nullum,& à lege repobatum,vt in.l.post mortẽ.ff.de adoptio. latè Molin. de primog. lib.4.cap.1. non tamen si actus validus fuit, aut non reprobatus, potest venire sine dimissione bonorum, siue fuerit autor fideiussor,siue venditor : regula enim.l. vendicantem, de euictionibus, generaliter loquitur, nec vlla ratio differentiæ reddi potest. Nec obstat.l.fin.hìc allegata, quia verum est,quòd hæres fideiussoris potest venire contra factum defuncti, vendicando rem venditam, sed tamen salua manet euictionis causa quo ad interesse: quod in idem recedit: & hoc voluit Gamma hìc dicere, aliàs malè diceret.

Ad tertium vide Speculatorem in titulo de allegatione, & disputatione, §.1.versiculo sed nunquid, & in titulo de fructibus & interesse, per totum, & in titulo de apellat.§.19. versiculo, *sed pone*, & in titulo de expensis.§.4.Ferraram in praxi, in forma libelli in actione, verbo, *Simul cum fructibus*. Couar. lib.1.variarum.c.3.à nu.1.&.2. Auend. responso.6.

Ad quartum adde Ias.Zas. Benincassium,Mising. Gomez.& alios in.§.item Seruiana, instituta de actionibus, & Felician.in tract. de censibus lib.3. c.6.à nu.1.qui cũ prædictis concludit,libellũ in hypothecaria debere alternatiuè cõcludere, vt soluat debitum, vel rem dimittat: & in puncto iuris hæc est verior resolutio, licèt in praxi, seruaretur apud suprema tribunalia, seruaretur præ-

præsens decisio. Et adde Becium consi. 106. lib. 1. & Massuerum ad Ferraram in titu. in forma libelli in actione hypothecaria, verbo, *quare cum prædicta.*

Ad quintum adde Ferraram in d. praxi, in forma responsionis in actione hypothecaria, verbo, *exceptionem excussioni*, à num. 20. & adde Becium cons. 89. num. 7. & 8. lib. 1. & Rolan. consi. 9. nu. 9. lib. 1. & autores in l. decem, hîc citata & conclude, quòd quando notoriũ est, nulla habere bona, præter ea in quibus fuit facta excussio, & hoc probetur, sufficit excussio facta absque alia citatione. Et aduerte, quòd his non obstantibus, bene iudicatum fuit in præsenti decisione.

## Additio ad Decisionem CCCXXII.

NOta primò, quòd mulier quinquagenaria habet partem lucrorum constante matrimonio acquisitorum. Cui adde Rip. in l. 1. num. 124. ff. solut. matrim. & Socin. Iun. & alios repetentes ibi. Secundò nota, quòd diuisio præsumitur ex cursu decennali: de quo vide dicta ad decisionem 146. Tertiò nota, quòd diuisio non retractatur propter errorem, nisi duobus concurrentibus: de quo vide Ayoram in tractat. de partitionibus, par. 3. quæst. 6. & 7. & 8. Communiter in praxi seruatur, quòd post diuisionem factam & approbatam à iudice, possunt errores allegari: secus si in cõtradictorio iudicio, & citatis partibus, & auditis per sententiam diffinitiuam sint approbatæ.

## Additio ad Decisionem CCCXXIIII.

NOta, quòd res aliena potest pignorari de consensu tacito aut expresso domini. Adde Ferraram in forma libelli, in actione hypothecaria, verbo, *ex memoratis causis*, nu. 4. Negussantium in tract. de pignoribus, part. 2. membro 3. à num. 52. cum sequentibus, & dic bene iudicatum.

## Additio ad Decisionem CCCXXV.

NOta primo ex hac decisione, quòd coitus stupri est punibilis, & ideò filius non succedibilis.

Secundo, quòd famulus Regis à calcaribus, quem vulgò dicimus, *Moço de espuelas*, non est nobilis.

Nota tertio, quòd ex se ipso quis non consequitur nobilitatem, etiamsi consequatur statum nobilitatis, & seruiat Regi, nisi à Rege nobilitetur, aut habeat nobile officium, vel dignitatem.

Nota quarto, quòd officium scribæ non nobilitat.

Nota quinto, quòd officium proxenetæ non nobilitat, etiamsi ciuis sit ciuitatis nobilis; nam omnes tales ciues nobiles sunt propter ciuitatem.

Nota sexto, quòd non idem est esse ciuem, vel haberi pro ciue.

Primo dicto adde Cardinalẽ Paleotum in tract. de nothis & spurijs, cap. 12. 13. 14. & 15. glo. & Bald. in cap. innotuit, de electione. Xuarez in l. 5. titut. 6. lib. 3. fori fol. 4. Greg. Lopez in l. 1. glo. 1. tit. 15. part. 4. Couarr. de sponsalibus, 2. parte, cap. 8. §. 5. num. 18. Matiẽ. in l. 9. glo. 2. num. 5. titu. 8. lib. 5. recop. & vide Tauristas in l. 11. Tauri, per text. ibi, & cõclude, quòd iure canonico, & iure nostro regio ex d. l. 11. talis filius nõ est spurius, sed naturalis.

Secundo dicto adde quasi in terminis, de coquo Principis, quæ in contrarium adducit Tiraq. cum Bald. Barbatio, Lucano, Romano & alijs in tractat. de nobilitate, cap. 30. à num. 10. & ego credo in terminis, si vidisset nostrum autorem

corem,dixisset cõtra eum;& adde Chas sanæũ in catalogo gloriæ mũdi.11.par te,consideratione 3. fol. 353. Azeued. in.l.15.tit.14.lib.6.recop.& adde d.l. 15.16.17.& 18. d.tit. ex quibus credo malè dixisse Autorem in præsenti.Adde etiam Menoch.cons.584.à num.13. lib.6.& Autores in.l.1.C.de dignitatibus lib. 12. & Bonum de Curtili in tractat.de nobilitate in principio.Tiraq.in tract.de nobilitate,cap.3.4. & 5. & adde in puncto Otaloram in tract.de nobilitate.2.part.cap.3. col.pen. Azeued in rubrica tit.2.lib.6.recop.à num.40. qui concordant cum dicta conclusione.

Quarto dicto adde Guid. Pape decisione Delphinali.9. Crauettam consil. 163.lib.1. Auen.in dictionario, verbo, *Gaullero*, in principio.Azeued. in l.27. tit.14.lib.6.recop.& in l.11.tit.25.lib. 4.qui ait,quòd etsi nobilitas non acquiratur per notariatum, non tamen amittitur acquisita:quod in his regnis sic practicatur,& adde Tiraq.in d.tract. de nobilitate,cap.30.à num.9.

Quinto dicto de ciuitate nobili, an nobilitet,adde Azeued.in d. Rubrica à nu.218.latiùs Tiraq.in d.tract.c.12. & conclude,quòd nobilitat quo ad aliquẽ honorem & existimationem, non quo ad liberationẽ à muneribus, nisi illi per priuilegium fuerit datum:& ad id quod dicit de proxeneta, adde Tiraq. vbi supra,cap.33.& cap.34.nu.32.

Vltimo dicto addeBart.cons.62.Alexand.cons.106.col.3.lib.2.Afflictis decisione 384. num. 14.Ias.& repetentes in. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Paris.consi.71.num.9.lib.1.Ruin. cons. 227.nu.2.lib.1.& adde copiosè in puncto Cephal.cons.451.dubio.1.lib.4. in præsenti tamen decisione conclude benè iudicatum ex suis legibus & consuetudinibus, & quia pater filiæ naturalis pluribus vilibus officijs se immiscuerat.

## Additio ad Decisionem CCCXXVI.

NOta primo, quòd emphiteosis potest in perpetuum concedi à monasterio rei incultæ melioranti eam.

Secundo, quòd solennitas contractus emphiteotici præsumitur ex cursu temporis.

Tertio,quòd valet pactum, quòd emphiteota possit subemphiteoticare, & q secundus emphiteota debeat licentiam alienandi petere à primo.

Quarto,quòd læsio debet considerari secundum tempus contractus.

Primo dicto adde, quæ diximus ad decisionem.297.aliàs 299.num.2.& interim adde Couarru.libro.2. variarum. cap.17.18. & 19. & Aluarum Valascũ in tract.de iure emphiteotico, quæst.2. & 1.& Caldas in tract.de nominatione quæst.23.à nu.43.cum sequentibus.

Secundo adde quæ diximus ad decisionem 83.& 48.& dictum Caldas vbi supra,à num.46.

Tertio adde Aluarum Valascum in tract.de iure emphiteotico,quæst.13.à nu.10.&Caldas de renouatione,quæst. 13.& quæ latè diximus decisione 26.& decis.244.aliàs 246. & 116. & 71.& 269.aliàs 271.

Quarto dicto adde dicta ad decisionem 257.aliàs.258. & in decisio. 291. aliàs 292.& adde Mascard.2.parte, de prob.conclus.963.

## Additio ad Decisionem CCCXXVII.

NOta duo ex hac decisione. Primũ, quòd in tribunalibus supremis nullitas debet iustificari ex iustitia causæ, aliàs nihil operatur.

Secundum, quòd opinio vnius Doctoris excusat ab expensis.

Tertium, quòd aliquis defectus est

in

in citatione, sanatur ex præsentia partis.

Primo dicto adde quæ diximus in pluribus decisionibus huius libri, & interim vide Aluarum Valascum in tractatu de iure emphitcotico, quæst. 6. à num. 14.

Secundo adde Rebuff. 3. tom. ad. ll. gallicas, tit. de expensis, à num. 30. Menoch. de arbitr. lib. 3. cent. 2. casu. 176. Asinium in praxi ciuili. §. 32. cap. 2. limitatione. 2.

Tertio adde Hipp. Marsi. in l. de vno quoq; num 46. de re iud. Roland. Valle cons. 47. num. 22. lib. 2. Vant. de nullitate, tit. quibus modis sententia nulla, nu. 122. Azeued. cum Villalobos in l. fin. à num. 104. tit. 21. lib. 5. recop.

## Additio ad Decisionem CCCXXVIII.

NOta, quòd filius natus post decimũ mensem à morte patris, præsumitur legitimus, licèt mater adultera fuerit maximè si honesta sit; quia tempore infirmitatis potuit defunctus cum ea copulam habuisse. Huic conclusioni post autores in l. Gallus, hîc citata, maximè Hierony. Torniel. & Galliaulam ibi, adde Menoch. in tract. de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu. 89. à nu. 48. latè Anto. Gabrie. tit. de præsumption. præsumption. 14. à num. 1. cum sequentibus, Boer. decisio. 299. Paris. cons. 64. à num. 5. li. 3. Sfort. consi. 16. à nu. 1. Bonifacium Rogeri. cons. 47. à num. 57. li. 1. & Senatus decisio vera est, & communis, licèt plures tenuerint contrarium, nisi constasset tempore infirmitatis non concubuisse, nec potuisse cum vxore, & quòd infirmitas pluribus diebus durauit, & quòd filius natus fuit post decem menses à morte mariti, nisi tanta honestas mulieris probaretur, quæ quasi prodigium faceret: non enim impossibile est, esse vndecim mensibus pregnantem, licèt rarò accidat: quod nota.

## Additio ad Decisionem 326 CCCXXIX

NOta tria ex hac decisione. Primũ, quòd hæres extraneus non potest petere renouationẽ emphiteosis Ecclesiasticæ, secus priuatæ.

Secundũ, q̃ maritus institutus hæres ab vxore, vt cõiuncta persona, potest dictam renouationem petere, maximè si melioramẽta fecerunt maritus & vxor.

Tertium, quòd si fiat pactum, quòd finitis tribus personis, emphiteosis reuertatur liberè ad dominum cum melioramentis, non est locus conclusionibus præcedentibus.

Primo dicto adde Paris. cons. 28. nu. 4. lib. 1. & adde Caldas in tract. de renouatione, quæst. 9. à nu. 24. & conclude, quòd si emphiteosis hæreditaria est pro se & hæredibus, absq; dubio hæres extraneus potest petere renouationem.

Secundo adde Aluarũ Valascum de iure emphiteotico, quæst. 1. à nu. 20. & quæst. 2. à num. 7. Ioan. Garciam de expensis, cap. 15. num. 18. Bursat. cons. 24 n. 8. lib. 1. Cald. de renouatione, quæst. 8. à num. 19.

Tertio adde quæ diximus ad decisionem. 41. & adde Caldas de renouatione, quæst. 11. nu. 20. & quæst. 8. n. 9. vbi refert nostram decisionem. Intellige tamen dicta in 2. dicto, si vel maritus meliorasset, vel emphiteosis esset hæreditaria, & ad extraneos posset peruenire; aliàs malè esset dictum: & cum his dic bene iudicatum in hac decisione.

## Additio ad Decisionem 327 CCCXXX.

NOta ex hac decisione, quòd libertas relicta, quando hæredi placuerit,

rit, hærede in vita non declarante, fauore libertatis competit post mortem, ex text. eleganti in l. fin. hîc citata, de qua vide Benedictum de Plumbino ibi, qui extẽdit etiam fauore dotis, vt facit Menochius in tractat. de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 68. num. 39. & adde Caldas cum Burgos de Paz & alijs ab eo citatis, in tract. de nominatione, quæst. 9. num. 29.

Secundo nota, quòd voluntas defuncti declaratiua & exequutiua, non dispositiua, probatur ex acto nullo, & ex testamento reuocato: de quo vide Bartol. Aretin. & alios citatos ab eodem Caldas in d. tract. quæst. 10. num. 10. & omnino vide Simonem de Pretis in tract. de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 1. interpret. 1. dub. 3. fol. 5. à nu. 54. qui dicit, quòd si testamentum fuerit imperfectum ratione omissæ solennitatis, obtinet hæc conclusio: aliàs si ex imperfectione voluntatis, non: quod verum credo.

## Additio ad Decisionem CCCXXXI.

ADde huic decisioni quæ latè diximus ad decisionem. 17. & decisione. 292. aliàs. 293. & dec. 305. vel. 307.

## Additio ad Decisionem CCCXXXII.

ADde quæ diximus ad decisionem 326. & decisionẽ. 83. &. 48. & quæ in puncto diximus ad decisionem. 283. aliàs. 284. 298. & 297. aliàs. 299. & decisione. 144. & decisione 26. & decisio. 244. aliàs 246.

## Additio ad Decisionem CCCXXXIII.

EX hac decisione inferuntur sequentes conclusiones,

Prima, quòd filius habet hypothecata bona patris pro mala administratione, non solùm dolosa, sed etiam culposa, licèt in hoc sint opiniones.

Secunda, quòd eam non habet, quando alienatio patris fuit necessaria pro soluendis debitis.

Tertia, quòd agens ex vna causa, si in processu constat de alia, ex æquitate obtinet.

Primæ adde. l. 24. titu. 13. part. 5. & l. 14. eiusdem tituli, vbi Greg. & Couarr. lib. 1. variarum, cap. 8. à nume. 5. & adde Pinel. in l. 1. 3. part. à num. 79. C. de bonis maternis. Matienço in l. 7. glo. 11. à num. 67. tit. 11. lib. 5. recop.

Secundæ adde dicta in præsenti conclusione.

Tertiæ adde, quæ latè Aluarus Vaez tradit in terminis in d. tractat. Iuris emphiteotici, quæst. 6. à num. 7. & sequentibus, & Azeued. in l. 10. à num. 115. titu. 17. lib. 4. recop. & Auend. responso. 1. & nota benè iudicatum in hac decisione.

## Additio ad Decisionem CCCXXXIIII.

NOta primo, quòd sequestrum debet fieri parte citata.

Secundo, quòd exequutor qui facit sequestrum ex mandato Regis vel Papæ, si coram eo non est cognitũ de causa, etiam tenetur partem citare, aliàs nullum est.

Primo notabili adde. l. meminerint. C. vnde vi, & quæ in eius declarationem adducit latissimè Menochius in tracta. de recuperanda, remedio. 8. & in puncto adde Rebuffum in. 2. tomo ad ll. Galliæ, tit. de sequestris & commissarijs, artic. 1. glo. 1. num. 8. & 9. & 22. Azeu. in l. 1. à num. 7. tit. 12. lib. 4. recop. Caualcan. de cis. 1. 2. & 3.

Secundo adde notata in c. de cætero, de re iudicata, & in cap. pastoralis. §. quia

quia vero, de officio deleg. & Couarru. in practicis, cap. 16. Roman. consi. 51. vbi Mandosius in additione. latissimè Menoch. in tract. de arbitrarijs iudicum lib. 2. quæst, 26. per totam, & ad id quod dicit Autor de arbitrio & liberta te data, quòd etiam teneatur partem ci tare, adde Bart. in extrauaganti ad reprimendum, verbo, *& figura*, num. 6. & in l. Theopompus, nu. 9. de dote prælegata, & consi. 166. num. 5. & cum infinitis Menoch. in d. tract. de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 17. & benè iudicatũ in hac decisione, absq; dubio iudica.

## Additio ad Decisionem CCCXXXV.

ADde huic decisioni quæ in puncto diximus ad decisionem. 265. & his adde Ang. in l. si cui. §. Imperator. ff. de accusatio. Franciscum de Parma in tract. de iure fisci fol. 9. Cagnol. in l. venditor de iudicijs, num. 1. & particulariter vide Barbatium citatum in dicta decis. 265. aliàs. 266. & Soci. in cap. quoniam frequenter, num. 127. vt lite non contestata, Barb. in dicto loco nu. 50. & nu. 64. semper tenuit, quòd emphiteota possit nominare dominũ ad iudicium, & quo ad declinationem fori sequitur communem de qua hic.

## Additio ad Decisionem CCCXXXVI.

ADde huic decisioni quæ latè diximus ad decisionem. 4. vbi analyticè & practicè materiam disputauimus, & adde Aluarũ Valas. de iure emphiteotico, quæst. 18. à nu. 8. & de melioramentis in terminis nostræ decisionis vide eundem in d. tract. quæst. 25. à num. 18. & à num. 6. à num. 20. & quod hæc decisio dicit, tenuimus & sequuti sumus in dicta decisione. 4. & eandem opinionẽ nunc sequimur.

## Additio ad Decisionem CCCXXXVII.

HÆc decisio singularis est ad materiam. l. 9. tit. 15. lib. 4. recop. vbi de salario famulorum. Cui addendus est Azeuedo, qui omnia complectitur, in d. l. 9. & Parladorius in suo lib 1. rerum quotidianarum, cap. 1. §. 12. &. §. 13. & tandem concludunt, quòd ita præscribitur salarium conuentum, sicut non conuentum, & quód necessaria est bona fides, & allegatio solutionis, & hodie leges nostri regni eam extendunt ad pharmacopolas, & alios minutatim vendentes, & nouissima pragmatica ad salaria aduocatorum, & procuratorum, & cùm dictæ leges exorbitantes sint, ad alios non extenduntur, vt pote ad negotiorum gestores, tutores, curatores, proxenetas, testamentarios, & similes, de quibus vltra omnes latissimè diximus lib. 1. quæstionum, quæst. 8. de salarijs, vbi omnino vide. Notandum est ex hac decisione, quòd famulus, transacto triennio, nõ obstante legis præscriptione, admittitur ad probandũ, sibi nõ esse solutum salarium, & hoc probato, obtinebit, allegat Mencha. & non allegat locum: est locus in tract de successionum creatione. §. 10. à num. 33. per totum. Hoc tamen Azeued. vbi supra, num. 43. non admittit, nisi probatio fiat per domini confessionem: quod verum puto, non probata mala fide domini, & sic practicatur in his regnis: & de interruptione huius præscriptionis vide latè Rebuffum hìc citatum, & Azeued. & Parladorium vbi supra, & ego latè dixi in d. tract. Notanda etiam est hæc decisio in fine, in quãtum dicit, quòd famuli, qui seruiunt magnatibus sine conuentione salarij ob expectationẽ alicuius remunerationis, non amittunt illam iustam recõpensam, quæ sibi debet fieri

ob

ob lapsum trienij, quod æquum & verum puto,& adde his quæ post fratrem Ludouicum Lopez, & Petrum de Nauarra in tractat. de restitutione. 2.parte cap. 1.nu.222. diximus in dicta quæstione,vbi latè de his famulis diximus.

## Additio ad Decisionem CCCXXXVIII.

HÆc decisio,quæ de iustitia belli Tunet aui agit notanda est,quæ in summa vult, quòd bellum contra hostes infideles iustum est, & quòd ibi capti, siue ex ipsis,siue ex eorum confæderatis, aut amicis,siue ex seruis eorum, efficiuntur serui capientiũ, & res ab eis ablatæ efficiuntur capientium, nec post prædam cõcessam potest Dux supremus belli in præiudicium militum, quibus ius erat quæsitũ,remissionẽ facere:de qua materia vide splendidè per Ioan.Lupium, & Martinũ Laudensem hic citatos,& Siluestrũ in summa,verbo,*Bellum* 1.quæst 1.& 2.Gabr.in. 4. sentẽtiarum distinct. 15.quæst.4.Ang.& Caietan.in summis verbo, *Bellum*, Cordubam in suo quæstionario.lib.1.quæst.39.Nauar.in summa,cap.15.num.15.Hadrian.quodlibet tom.2.Mercado in tract.*de tratos y contratos*.2.part.cap.15.Ioan.Maior. in. 4. distinct. 15.quæst.20.Petrũ deNauarra in tract.de restitutione,tom.1.capit.3.à num.258.cum sequentibus Dionysium Gotiffredum in.1.tom. praxis iuris ciuilis,fol.418.Hostiẽ.in summa,tit.de tregua & pace,& ibi addẽtes.Ioan. de Lignano in tract. de bello. Sotum de iustitia & iure lib.5.quæst.3.art.5. vide etiã Bertachin.in suo reportorio,verbo *Bellum*.1.&.2.lit.B.& Salon,& Aragon ad diuum Thomam in 2.2.quæstio.46.arti.1.& 68.art.8.& quæst.41.art.1.omnia quæ hic autor dicit, vera sunt, sed quo ad remissionem Principis temperanda sunt, vt per Ioan. Lupium vbi supra, nisi ex causa publicæ pacis & vtilitatis conueniat vt fiant remissione,tunc valet in præiudiciũ iuris quisiti militibus; tenetur tamen Princeps in alijs eis recõpensare.Tẽperãda etiã est in mobilibus venditis,aut cõsumptis: quod nota. Ad id quod dicit autor de chronicis, vide Purp.in.l.1.à num.152.si cert.pet.& Mascar.de probat.1.part.conclus. 287.

## Additio ad Decisionem CCCXXXIX.

NOta ex hac decisione tria. Primũ, quòd amittens literas cambij, non habet actionem contra eum, ad quem missæ sunt,sed contra eum qui misit, etiamsi epistolam receperit, in qua de eo & alijs eum præmonuerit.

Secundum,quòd confessio qualificata diuidi non potest, nisi qualitas sit separabilis.

Tertium,quòd epistolam alicuius recipiens,in qua gesta,& data, & accepta narrantur, non censetur se obligare ad aliquid dandum,nisi ea vtatur,& tũc in his in quibus ea vsus est.

Primo dicto adde decisionẽ Genuæ 8.nu.19.& decis.2.nu.41.& decis. 1.n. 21.& 2.nu.21.& decis.2.n.10.& decis. 4.nu.7.& decis. 1.nu.6.& decis.10.n.9. & 23.n.19.& d.decis.10.à n.10.&vbique allegatur Salic. in l. filius familias, ad Macedonianum,& de literis auisi ad de decisionem Genuæ.142.nu.3.&41. nu.4.& 51.n.1.& 14.nu.113.& 80.n. 1.& 48.n.2.in quibus cõcluditur, quòd probant contra scribentem.

Secundo adde notata in l.si quidem, de exceptio.& in leg. Aurelius. §.idem quæsijt,el.2.de lib. legata & in cap. bonæ,de postu.præl.& adde decis.Genuæ 133.n.4.& 60.nu.4.& 95.nu.2.& 141 n.2.& 114.n.3.& 122.nu.5.Boer. decisione 339.Bernard.Diaz reg.122.Menoch.de arbitra.lib.2.centu.1.casu 92. num.21.& centu.3.casu 279. Azeued. in.l.2.à nume.65.titu.7.lib.5. recopila.

A quo

A quo cauendum est, in quantum dicit, quòd hodie iure nostro regio potest cõ fessio qualificata separari, si qualitas sit inseparabilis: non enim probatur in d.l. quæ non loquitur de confitente factum nudé, etiam si tale factum habeat aliquã qualitatẽ annexam, sed de confitente cum cautela, & obscurè, animo decipiendi, & veritatem celandi.

Tertio dicto adde Salicet. & DD. in d.l. si filius, & decisionẽ Genuæ. 24. nu. 4. & 18. num. 6, 133. num. 2. 68. num. 4 120. nu. 1. 62. nu. 2. adde Cuman. consi. 177. Anton. Gabr. lib. 1. communium conclusionum, tit. de præsumptio. conclusio. 2. num. 13. Deci in cap. 2. nu. 15. de probat. Ripa in capit. cum. M. Ferrariensis, à nume. 132. de constit. Cæpol. cautela. 10. diligentissimè, vt solet, Menochius in tract. de præsumption. lib. 3. præsumptio 65. per totam, & num. 15. vbi declarat d.leg. si filius familias, & in tract. de arbitrarijs iudicum lib. 1. cent. 1. casu. 21. & plures ex his in puncto loquuntur.

Tandem huic decisioni adde Bursat. cons. 84. num. 5. lib. 1. Benuenutũ Straccham in tract. de assecurationibus, glo. 10. nume. 47. Rotam Bononiensem Benintendis, quæ de perditione literarum cambij loquitur. 58. Cottam in memoralibus, verbo, *cambij literas*, diligentissimè Mascardum, qui omnes articulos huius decisionis complectitur, & in puncto loquitur, in tract. de probatio. 2. par. conclus. 990 num. 3. & num. 7. & per totam: ex quibus omnibus inuenies, bene iudicatum in hac decisione.

## Additio ad Decisionem CCCXXXIX. vel CCCXL. 337

HÆc decisio continet materiam singularem, quando masculus ætate minor præferatur fœminæ natu maiori, in maioratu simplici, patronatu, aut anniuersario, præsertim quando vocatur filius aut filia maior: & cõcludit pro filia maiore, de qua quæst. latè egit ipse Gamma decisio. 51. & 294. aliàs. 296. & nos latissimè egimus ad decisionem dictam 91. vbi defendimus decisiones contra Gammam, contra quem semper iudicatum est in regno isto, & Lusitaniæ, licèt in anniuersarijs cum eo teneat Salazar, quem allegauimus in d. quæstione 51. sed contra eum tenuit etiam suus Lusitanus Caldas in tract. de renouatione cõtractus emphiteotici, quæst. 17. num. 9. & 14. & 16. & quæst. 18. nu. 33. & de nominatione, quæst. 14. á nu. 1. & quæst. 17. nu. 36. qui plura allegat, & suus Valascus in tract. de iure emphiteotico, quæst 50. numero. 7. & allegatis in dicta decisione. 51. in terminis præsentis adde nunc Iacobum Berretam cons. 118. à n. 17. & Anto. Chiosiũ cõs. 12. nu. 3. & 35. nu. 7. & 24. nu. 5. & 35. nu. 26. Ceph. consi. 664. nu. 19. & 749. à num. 11. lib. 5. & in d. cons. 664. loquitur in puncto Menoch. cons. 435. à nu. 14. & 496. à nũm. 27. & 500. num. 7. & 496. & 482. n. 7. & 414. lib. 5. & 588. à nu. 6. lib. 6. Alexan. Trentacinqum plura allegantem in tract. de substitutionibus, parte 4. à numero 9. Beroi. cons. 57. num. 64. lib. 3. quem allegat Ioseph. de Rusticis in tractat. an & quando liberi, lib. 2. cap. 3. à num. 16. Bursat. cons. 460 nume. 30. lib 4. Crauet. consil. 570. n. 7. & 588. num. 9 & 964. num. 26. Ex quibus omnibus colligitur, quòd in materia indifferenti, & vbi est eadem ratio, fœmina admittitur, & non cedit masculo: sed iam in d. decisione diximus, non esse eandẽ rationẽ masculi et fœminæ in successione maioratus et anniuersarij, ex præsumpta testantiũ volũtate volentium memoriæ conseruationem, et ex vsu generali omnium regnorum; et

sic

ſic contra Authorem quotidie practica tur:& illa verba, *hijo o hija mayor*, ordine ſucceſsiuo intelliguntur, & præfertur primò nominatus, vt cum Mantica & autoribus in.l.Gallus.§.1.de lib.&poſthum.ibi defendebamus, & in propria cauſa obtinuimus,niſi cõſuetudo patriæ aut ipſius maioratus aliud inducat,quæ ſeruanda eſt, & declarat teſtantis voluntatem,& tunc difficulter obtinetur pro fœmina, vt iam vidi.

## Additio ad Deciſionem CCCXLI.

NOta ex hac deciſione ſequentia.

Primum, quòd filius natus intra quinque menſes à die contracti matrimonij, non præſumitur legitimus, niſi probetur.

Secundum,quòd pater non poteſt in teſtamento reuocare contractum quem fecerat cum vxore in præiudicium filiorum primi matrimonij, quibus eſt ius quæſitum.

Tertium,quòd auia faciens teſtamẽtum pro nepote mentecapto,poteſt vnũ vel plures inſtituere.

Quartum, quòd filij poſiti in conditione, cẽſentur vocati etiam in legatis.

Primo adde Pariſ. Socin. Ruin. Galliaulam, Torniellum, & alios in.l. Gallus ff.de lib. & poſthumis,& Alciat. ibi num.30.Paleotum de nothis & ſpurijs, cap.23.&.24 in fine,Menoch.de arbit. lib.2.cent.1.caſu.89.à num.34.

Secundo adde, quòd quanuis hoc dictum ſit verum,non ex ratione Autoris, de qua egimus latè ad deciſionem. 8. vbi declarauimus doctrinam Bart. in.l. qui Romæ.§.Flauius.ff de verbor. obligation. & intelligenda eſt ex iure per ſe acquiſito ex contractu patris filijs, qui in contractu in genere aut in ſpecie nominati ſunt,non ex iure per accidens,& per indirectum acquiſito,ſed quia pater acquiſierat ius ad tota bona lucrata,cui iuri acquiſito renuntiare non poterat in præiudicium filiorum, quia erat donare:renuntiatio enim iuris acquiſiti, donatio eſt. l.ſi quis de legauerit, vbi Bart. ff.de ſolut. Decius in lege poſtquam liti,nume.15.& ibi Curt.Iun.nu.5. C.de pactis.Alexand.conſi.206.col.2. lib.7. latè in terminis Baeça in tractat.de non meliorandis,capite 24. per totum,& in fine, vbi prohibitus donare,non poteſt remittere ius quæſitum:allegat Baldum Salicet.& Raphaelem Fulgo.in le. 1.C. de pactis.Imol. in. l.ex duobus la.2.col. 2.ff.de duobus reis.Alexand.conſil.22. col.3.lib.1.Alciatum in.l.pactum curatoris.C.de pactis.Ex quo infertur,quòd ſi vtilitas illius remiſsionis quintum nõ excederet,valeret: quod nota ad hãc deciſionem.

Tertio dicto adde Sfortiam in tract. de ſubſtitutionibus, in præludijs, parte 4. quæſt.8.vbi ait,quód ſi mentecaptus habet filios, omnes tenetur mater inſtituere, & ſi non,ſed fratres, poteſt eligere, & non electis aliquid debet relinquere: & hanc dicit communem opinionẽ, & adde Menoch.in tract. de ſucceſsion. crear. §. 17.à numero.57. Craſſum in ſuo lib.ſententiarum. §.ſubſtit. quæſtio. 47.poſt Rip.in.l.ex facto.numer. 86. de vulg.& Decium in.l humanitatis,hîc citata,& adde etiam Alex. Trẽtacinqum in tract.de ſubſtitutionibus,part.3. cap. 5.à nu.5.qui latiſsimè diſputat, & duas opiniones contrarias refert: & tandem in iudicando & conſulendo dicit nõ recedendũ à dicta opinione,ſcilicet,quòd in filijs non detut electio,ſecus in fratribus:quod verum puto.

Quarto dicto, quia materia communis eſt,adde latiſsimè Ioſephum de Ruſticis in integro tractatu, an & quando liberi in cõditione poſiti cenſeantur vocati,vbi ad partes diſputat,& concludit veriorem &cõmuniorẽ eſſe opinionem

glo.

glo.in.l. Lucius hìc citata, quòd filij in conditione posiri non censeantur vocati,nisi adsint coniecturæ ad id colligendum obligantes, vt quia filij sint grauati, sit apposita qualitas masculinitatis,sit consectum perpetuum fidei commissum,sit fundatum primogenium, sit appositum onus perpetuum,sit prohibita alienatio,aut agatur de conseruanda agnatione. Adde etiam Anton. Gabriel. lib.4. communium resolution. titulo de fideicommissis,conclusione.4. Michaelem Crassum in d. lib. sententiarum. §. fideicommissum, quæstione. 13. Iulius Clar.lib.4.sententiarum.§.testamentũ, quæst.77. Rip.in.l.Centurio,num.159. de vulg.Petram de fideicõmissis, quæst. 9.Molin.de primogenijs lib.1.c.5. & infinitos modernos & ãtiquos referet Præses Tessaurus, qui latè disputat decisione.96. per totam, qui pro regula ponit, quòd filij in conditione positi,non censentur vocati, vnde in fidei commisso simplici & tẽporali falsum est quod Autor in præsenti dicit.Eius tamen decisio vera est, quia pater non potuit filio Didaco præiudicare,& filius Didacus debebat succedere patri Lupo, etiam in substitutione facta filio mente capto, in qua dubito si mortuus est Lupus ante mortem mente capti,ex dicta resolutione.Cogita, quia nisi ex alijs coniecturis illos constet vocatos,contra communẽ est eos dicere vocatos:æqua tamen opinio est.

## Additio ad Decisionem CCCXLII.

NOta ex hac decisione,quòd contractus factus in testamento, etiã dotis, est reuocabilis ex arbitrio defuncti, si sit collatus post mortem, quia assumit naturam testamenti,maximè si sit reuocatus per aliam donationem cum traditione inter viuos factam, de quo diximus latè lib.3.quæstionum,quæst.22.& in additione ad decisionem. 173. adde quæ diximus ad decisionem.173.& adde cõsilium famosum Romani, de quo Autor hìc non memini, & ibi Mandos. in additione,cons. 171.& 293. dubio.1 & cons. 513. Xuarez in. l. quoniam in prioribus,quæst.8. ad.l.regiam, nu. 17. Tellum in.l.17.Tauri num.83. Dueñas reg.151.Azeue.in.l.3.nu.96.tit.2. li.5. recopil.& adde, quòd hæc decisio non mihi videtur vera, si constat, quòd donauit causa dotis,& promisit non reuocare:& contrarium tenuit in d.quæstione.22. & adde Valascum consultatione 102.per totam.

## Additio ad Decisionem 340 CCCXLIII.

ADde huic decisioni Villalobos in suis communibus,lit.N.nu.61.Ferraram in sua praxi, in forma exequutionis sententiæ,glo.1.Deci.cons.7. nu.7. Bartho.Soci.cons.83.nu.26. & 30. lib. 4.& cons.31. num. 3. lib.3.Auenda.in tract.de.1.&.2.decreto,nume.16.Menesf.in.l.1.nume.31. C.de iuris & facti ignorantia.Oroscium in.l.1. §. 1. colu. 602. ff.quod quisque iuris, & vide Did. Perez, Xuarez, & alios, quos allegat Azeued. qui latè materiam tractat in. l. 2.à num.26.tit.17.lib.4.recopilat. Couar.in practicis,c.25. & in terminis exequutionis vide eundem Azeued. in. l.6. tit.17.à num.7.lib.4. Menoch. in tract. de arbitrarijs iudicum, lib.1. quæst. 38. per totum,& vide.l.2 &.3.tit.19. lib.4. recopil.& ibi Azeued.Olan. in antynomij:ad Villalobos,lit.E.1 num.22.Bursat.cons.74.num. 29. lib.1. & latissimè Robert. Lancelo. in tract. de attentatis 2.par.c.17.per totum,maximè nu.100. & autores omnes, maximè Rip. in. l. 4. §.condẽnatũ. ff.de re iud. & ego dixi li. 1.quæst.quæst. 5. Certè iure communi exceptio nullitatis ob incompetẽtiam

ſemper impedit exequutionē, niſi quando obijcitur contra tres conformes, aut contra ſententiam latam in gradu ſupplicationis per Auditores Cancellariarum. Sed in praxi; & ſecundum ius Regium contrarium dicunt Azeued. Auend. & Olanus, quorum opinionem admitterem, quando nullitas proponeretur coram exequutore, non ſi coram eodem iudice, qui ſententiam tulit, aut aduerſus exequutoriam Auditorum coram exequutore, niſi eſſet euidens, tunc admitteretur coram exequutore ſentētiæ alicuius inferioris, qui teneretur ſuſpendere exequutionem, & remittere primo iudici: & quod Autor hîc dicit, procedit ſecūdùm legem ſui regni, quā allegat.

## Additio ad Deciſionem CCCXLIIII.

NOta primò ex hac deciſione, quòd ſucceſſor in maioratu non poteſt alterare, fundatoris voluntatem in præiudicium vocatorum. de quo vide latè Molin. lib. 1. de Hiſpanorum primoge. cap. 8. à num. 24. cum ſequentibus.

Nota ſecundò ex lege Luſitaniæ, nō poſſe clericum ſua bona patrimonialia eccleſiaſtica efficere, nec relinquere Eccleſiæ, ac per conſequens non poſſe de eis inſtituere capellam, aut maioratū, in quo ſemper clerici ſuccedant. Adde his Lamberti. in tract. iuris patronatus lib. 1. par. 1. quæſt. 5. art. 4. & Aurelium Corbulum in tract. de cauſis ex quibus amittitur emphiteoſis, titulo de cauſa priuationis ob alienationem, limitatione. 20. num. 1. & Aluarum Valaſcum conſultatione. 27. nume. 7. vbi qui non poteſt alienare, non poteſt facere capellam de bonis prohibitis alienari.

## Additio ad Deciſionem CCCXLV.

NOta, quòd quando res eſt ſolita emphiteoticari, non requiruntur in eius emphiteoticatione ſolennitates quæ de iure requiruntur in alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum. Adde Benintendū deciſione Bononienſi. 13. Pariſ. conſ. 85. nu. 11. lib. 4. Calcan. conſ. 11. Rol. à Valle conſ. 1. à n. 82. lib. 1. & cum pluribus Iul. Clarum lib. 4. ſententiarum. §. emphiteoſis, quæſt. 6. Maſcar. in tract. de probatio. 1. par. concluſ. 75. vbi Redoan. & alios allegat, Caldas in tract. de renouatione cōtractus, quæſt. 11. à nu. 30 & de ſolennitate præſumēda ob curſum temporis, latè eūdem. 2. par. q. 602. & 603. & in d. 1. par. concl. 74. & 75. & de his omnibus diximus latius in noſtro libro. 3. quæſtio. q. 23. de tit. & ſolennitate præſumenda, & deciſ. 323. aliàs. 325. & deciſ. 83. & 48. & deciſ. 16. & deciſ. 192. & deciſ. 156. & adde Alex. Raudenſem in tract. de contractibus emphiteoticis fol. 68. num. 128. & num. 30. pag. 256.

## Additio ad Deciſionem CCCXLVI.

NOta. 1. ex hac deciſione, quód fidei commiſſum inducitur ex verbis enuntiatiuis, & ex alijs coniecturis.

Nota ſecundò, quòd legatum relictum filio ſpurio, valet vſque ad quantitatem alimentorum, & ceſſat, eo habente vnde ſe alat, & etiam ſi ſit in certum, valet.

Primo notabili adde Menoc. plures ellegantē conſ. 369. à nu. 3. lib. 4. Tibe. Decian. conſ. 1. num. 301. lib. 1. Fabium Turretum conſ. 81. à num. 65. lib. 1. eūdem Menoch. de præſumption. libro. 4. præſumption. 67. latiſſimè Manticam de coniecturis lib. 8. titul. 1. per totum. Simonem de Pretis in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum libro. 3. fol. 4. col. 4. fol. 80. fol. 77. & fol. 3. fol. 79. Maſcard. de probatio. 2. parte, concluſione

clusione 774. Crassum in libro sententiarum. §. fideicommissum, quæst. 4.

Secundò adde Anto. Gomez. Velaz. & alios in. l. 9. &. 10. Tauri, & ibi Ceruãtes à nu. 45. cum sequentibus. Corduba de Lara in tract. de alimentis ad §. sed si filius, à nu. 120. &. 132. Couar. in. 4. 2. par. c. 8. §. 6. à n. 10. Palatios Rubios in c. perveſtras, not. 3. §. 24. Castel. & Tellum Fernandez in d. l. 10. Molin. de primog. Hispan. lib. 2. c. 15. à numer. 54. Rojas in tract. de successionibus ab intestato. c. 22. nu. 4. Laram in d. tract. ad. §. idem rescripsit, num. 65. Crauettam cons. 199. lib. 1. & adde latissimè Matien. in. l. 8. glo. 1. à nu. 16. cũ sequentibus, titul. 8. lib 5. recop. & adde etiam Crauettam cons. 219 num. 7. lib. 2. Doctorem Gutierrez lib. 2. practicarum, quæst. 109. &. 110. & Azeued in d. l. 8. à num. 10. & de incertitudine, quòd nõ vitiet fauore alimentorũ, vide Menesſ. per tex. ibi in d. l. 1. C. de fideicommissis Menoch. de præsumption. libro. 4 præsumpt. 106. nu. 11. Tandem nostra decisio in totum vera est, & procedit etiam extante dicta. l. 9. nam pater spurio diuiti non poterit alimenta legare, nec aliquid pro alimentis relinquere, nec vltra necessitatem alimentorum, quæ, vt in pluribus decisionibus supra dictum est, debent ei dari secundùm qualitatẽ suæ personæ, & non parentis, licèt qualitas patris aliquid addat, vt in quadam decisione diximus. nec etiã intra quintum potest relinqui filio habenti vnde se alat, etiam pro alimentis, vt contra Couar. magis cõmuniter doctores sentiunt. Secus verò in matre & in patre respectu filij naturalis, cui vt extraneo potest legari intra quintum: fateor tamen, quòd si spurius tempore relicti esset pauper, licèt postea fuerit dives, non teneretur reddere relictum sibi solutũ, quidquid dicat præsens decisio, quam nullus prædictorum allegat.

## Additio ad Decisionem CCCXLVII. 344

ADde huic decisioni, quæ diximus ad decisionem. 70. & ad decisionẽ 192. & ad decisionem. 93. & ad decisionem. 26. num. 5. semper cõclusimus cõtra Autorem hîc cum Molin. & alijs, & magis communi opinione, bona maioratus nô posse præscribi per mînus tempus quam immemoriale, licèt in alijs Autorẽ sequuti simus, excepto quo ad locãda vel emphiteoticãda bona maioratus per tempus longum vltra decem annos, in quo Molinam & magis communẽ sequuti sumus, licèt in aliquo ab eo discesserimus.

## Additio ad Decisionem CCCXLVIII. 345

NOta duo ex hac decisione. Primũ, quòd filius non repræsentat patris personam quo ad succedendum patruo transuersali: de quo vide quæ latè diximus & distinximus decision. 59. & 158. &. 174. & in alijs locis ibi citatis, & sẽper diximus, non procedere has decisiones, quæ non admittunt repræsentationem inter transuersales secundùm legẽ 40. Tauri, & confutauimus periculosas extensiones Molinæ, & Gutierrez, cum Velazquez, & alijs: vide ibi.

Secundum, quòd consensus potest interuenire post actum, & quòd nõ probatur ex sola præsentia: de quo vide dicta ad decisionem 27. & ad decisionem 215. & ad decision. 72. & ad decisionẽ 168. & interim vide latissimè Mascard. in tract. de probatio. lib. 3. concl. 1219. & 1. part. conclu. 417.

## Additio ad Decisionem CCCXLIX.

ADde huic decisioni quæ diximus ad decisionẽ. 250. aliàs. 251. & ad

decisionem.262.aliàs. 263. vbi late de materia egimus, & plures allegauimus. Addit tamen hæc decisio, quòd præsentia consanguineorum purgat metũ præcedentem,aut suspiciones metus:cui cõtradicit Autor,quando de metu cõstat, de quo vide Alcia.in tract præsumptio. reg. 1.præsumptio.21. & cum Grãmat. Crauet.Cæpol.& alijs infinitis,videMenoch.in tract.de præsumptio.128.Mascard in tract.de probatio.lib.2. conclu. 151.à nu.27. & notanter Menesſ. in. l. transactionemque dominij.C.de transactio.vbi an metus purgetur ex præsentia consanguineorum, arbitrio iudicis dimittit:quod verum credo.

## Additio ad Decisionem CCCXLIX. aliàs CCCL.

NOta ex hac decisione, quòd testamentum imperfectũ imperfectione voluntatis,scilicet,quia defunctus perficere non potuit, non valet etiam quoad partem perfectam:& ita dicit iudicatũ: de quo vide quæ diximus ad decisionẽ 221.aliàs.222.& decisionem.46.& decisionem. 81. Vide etiam dicta per me lib.1.quæstionum,quæst.1. Ad id quod dicit Autor hìc de voluntate minus solenni,an causet retentionem,vide Mauticam de coniecturis,lib.2.titul.14. numero. 16.

Nota secundò, quòd ex his verbis, Mea terça ha de ser de mi marido, non inducitur legatum, contra notata in dicta decisione.81.& adde Bal.cons.198. lib.4.Crotum cons.143.num.30.Manticam de coniecturis lib.3.tit.12.Crassum in.§.fideicommissum.q 4.à nu.11. adde etiam Simonem de Pretis & alios allegatos ad decisionẽ 345.aliàs.343. & adde elegans consilium Sfortiæ.64. libro. 1.per totum, qui in propria causa consuluit,latè in puncto Meno.in tract. de arbitrarijs iudicum lib.2.cent.5. casu.496.à num. 20. qui omnino vidẽdus est,& certè verum dicit Autor, nam verba enuntiatiua, maximè de futuro, nisi vel propter fauorem piæ causæ,vel quia pluries sint geminata, vel constet ex alijs coniecturis de absoluta & perfecta voluntate,non disponunt,& ideò in omnibus & per omnia bene iudicauit præsens decisio, quidquid in quadam causa iudicatum fuerit in contrarium in Cancellaria Vallisoletana per contra Masc. & alios dicta in locis citatis.

## Additio ad Decisionem CCCLI.

NOta ex hac decisione, qualiter furor & dementia probetur, & qualiter probetur sanitas mentis, de qua materia egimus ad decisionem. 46. & ibi plura citauimus,& interim vide Mascardum in tract.de probation.2. part. concluſ. 1040. & concluſ. 824. &.825.& 826.&.827.& vide quæ diximus ad dec. 303.

Nota secundò de valore donationis omnium bonorum cum reseruatione vsusfructus, & alicuius quantitatis ad testandum,de qua egit Autor decis. 166. &.185.&.155.& nos in locis hìc ab eo citatis,& ibi plura diximus.

Nota tertiò,qualiter donatio insinuari debeat, & quando non sit necessaria insinuatio: de quo plura diximus post Autorem ad decisionem.120. & ad decis.163.& ad decis.213.

## Additio ad Decisionem CCCLII.

NOta hanc decisionem valde singularem, & bene disputatam, quæ continet, quòd venditio mercis liberæ ab omni tributo, comprehendit tributa præsentia, & non futura, nec ea quæ

ea quæ per casum fortuitum,& nunquã solitum nec excogitatum ex voluntate Principis proueniunt : & quòd factum Principis insolitum iudicatur casus fortuitus,& nunquam quis in generali obligatione censetur se velle obligare ad tales casus fortuitos. Adde huic decisio ni Menoch. latissimè consil.27. per totum.lib.1.Crauet.cons.95.num.1.libr. 1.allegat Bald.cõs.395.lib. 2. & eundẽ Crauet.cons.233.numero.1.lib. 2. Alban.cons. 1.num. 5.Nenizan.consil.91. numero. 5. Plures alios recensẽt Menochius d.cons.27. à numero. 18. cum sequentibus,& vide Menoch.cons.49. numero.5.qui recensẽt Deci.cons.4. Aluarum Valascum in tractatu de iure emphiteotico,quæstione.27. à numer. 35. cum sequentibus : adde etiam Mariam Riminaldum cons.154 libro.1. & vide notanter Crauettam cons.716. numer. 14.lib 4.&.499.num.1.&.957. nu.3. lib.5.& dicto consil.716.nu.13. & eleganter ad propositum eundem consil. 586.num.3.&.811.nume.14. Roland. cons.45.nume.3.lib.3. Riminald Iuni. cons.441.num.47.lib 4.Sebastian. Medicis in tract.de fortuitis casibus. 1. parte,quæst.11.12.&.13.Fabi.Turret.cõs. 51.Bursat. cons.16 lib.1.& 138.lib 2. & cons.151.num.124.&194.num.16. Iacobum Leonium cons.21. Franciscũ Becium cons.82.lib.1.per totum.Bonifacium Rogerium cons.4. num.14. lib. 2.& cons.57.num.16.lib.1.& cons.18. num.15.lib.1.& cons.1.a num.101.lib. 1. Tandem ex omnibus his & ab eis citatis constat clarè, veram esse nostram decisionem, & quòd iste fuit casus fortuitus,& damnum ex casu fortuito contingens post venditionem cedit damno emptoris, & quòd factum principis insolitum iudicatur casus fortuitus,vt per Crauettam in dictis consilijs, & quòd de his tam insolitis casibus in generali loquutione non censetur cogitatum,

## Additio ad Decisionem CCCLIII.

ADde huic decisioni Molinam hic citatum, & adde dicta ad decisionem 308.alias 310.notabili.4. & adde Caldas in tractatu de renouatione emphiteosis.quæst.11. per totam. Et adde quòd licet opinio huius decisionis in rigore verior sit, in praxi tamen non seruatur in his regnis, sed solum opinio Couar.& adde etiam Auend.respon.5. &quæ latè diximus ad decisionem 135

## Additio ad Decisionem 351 CCCLIIII.

ADde decisionem.233.alias.235.& quæ tibi diximus,&vide Caldas ibi allegatum, & adde Menoch.cons.106. num.67. lib. 2. pondera hanc decisionem, in quantum dicit posse nominari filios secundi matrimonij; non existentibus filijs primi, etiam si prima vxor, & filij eius fuerint nominati ex præsumpta concedentis mente : quod dubium maximè est,& contra dicta in dicta decisione,nisi defẽdatur ex eo quòd tres vitæ sunt expressæ, & emphiteosis erat hæreditaria. Cogita in actu practico,& vide dictum Caldas,qui melius alijs rem disputat.

## Additio ad Decisionem CCCLV.

ADde decisionem similem huic.180 & quæ ibi diximus,& adde in materia dispensationis, an trahatur in præiudicium tertij, & litis pendentis super delicto,de quo dispensatum est,Oldrad. consil.299.Hericum & Bellameram in cap. fin. vt lite pendente, Decium in cap. at si clerici. §. de adulterijs, à numero.152. de iudicijs.Anton. Gabriel, libro. 2. communium resolutionum,

titulo de iudicijs,conclusione.2.&.3. & cum Menoch. Parisio, Ferreto & alijs, vide Lanzelotum in tract.de attentatis, 2.parte,cap.4.limita.21.& de dispensatione & indulgentia Principis,an extendatur ad maioratum perditum, aut ad bona confiscata & perdita,vltra repetentes in.l.Gallus.§.& quid si tantum. ff.de liberis & posthumis,adde latissimè Sfortiam in tract. de in integrum restitutione. 2. parte, quæstione. 94. 95.96.97. 98. & Menoch. de recuperanda possessione,remedio.10.à num. 101.& latissimè & meliùs quàm alibi per Marcum Antonium Peregrinum in tractatu de iure fisci,libro.5.titulo.2. Vide etiam elegans consilium Bursati. 187. libro. 2. Tandem in casu huius decisionis, quia reus non erat condemnatus, nec bona fisco, nec tertio applicata, ex æquitate contrarium tenerem, & contrariũ iam vidi iudicatum.

## Additio ad Decisionem CCCLVI.

ADde huic decisioni latissimè Molinam in tractatu de primogenijs, libro. 1. cap.25. per totum, qui allegat elegantem decisionem Afflictis, vbi vide Vrsillum drcisione. 101. & Burgos de Paz consil.21.& adde text. in l. 7.titulo.13.libro.4.recopilation. & text.& iura quæ allegat Burgos de Paz in dicto consil.&.l.13.titulo.10. libro.5. recopilation vbi Azeued.& Matien. &.l. 3.titulo.3.libro.7.eiusdem libri,& adde l.1.titulo.20.libro.2. recopilatio. & ibi Azeued.& vide Gregor. Lopez in. l. 2. titulo.10.parte.2.& in.l.6.tiulo. 4. partit. 3. & Guillermum Benedictum in cap. Raynutius, verbo. *Duas habens filias*, à nume 36.de testamentis,& Boer. decisione. 149. & Albertum Brunum consil. 92. & Rebuffum in 2. tomo ad ll. Galliæ, & in alijs locis citatis à Burgos de Paz vbi sup. qui Corneũ & alios allegat,decisioq; præsens vera est, & ad alia quæ decisio dicit,adde Menoc. consil.51. &.52. lib.1.

## Additio ad Decisionem CCCLVII.

NOta primò ex hac decisione, contra sententiam transactam in rem iudicatam allegari posse de iniustitia, si pars fuit admissa ad allegandum & probandum, & aduersarius non contradixit.

Nota secundo, quòd per inuentariũ probatur ætas filij.

Nota tertio, quòd defectus mandati non sanatur ex ratificatione tacita vel expressa,quando lex apertè mandatum requirit.

Nota quartò,quòd conditiones censentur repetitæ in substitutionibus ad perpetuitatem maioratus.

Nota quintò, quòd non fit digressio de vna linea ad aliam,ad excludendum fœminam filiam vltimi possessoris, sed semper fœmina de linea possessorũ præfertur transuersalibus.

Nota sextò, quòd proximior vltimi possessoris præfertur semper in successione maioratus, etiam si testator dixerit,Proximiores meos,aut de me.

Notabili primo adde Ias. post Innocent.in.l patre furioso,à num. 22. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Felin. in cap.quoniam contra falsam, nume. 29. de probatio.& adde Grego.in.l.13. tit. 11. par. 3. latè Robertum Lancelotum in tract.de attentatis.2.par.c.4.lim. 15. à nu.14.Azeue.in l.4.à n.4.tit.17. li. 4. recopilatio.& in l.1.tit.21.num.16.eo. lib.4.& in l.3.numer.9.tit.2. eod. libro. Rarò tamẽ in praxi, aut nunquam hæc doctrina seruatur.

Secũdò adde latè Mascar.in tract.de proba-

probatio.part.2.conclusione.669.670. 671.672.673.674.675.

Tertio dicto adde Imol. in cap. cum in iure peritus, nu. 25. de officio deleg. Menesſ.in.l.vbi pactum,num.10. & 12. C.de transaction.Boeri.decision.171.à num.20. & adde cum Rebuffo, Azeue. in dicta.l.3.à num.9. 10. 11. 13. & in l. fin.à num 6.titul 21.lib.4. recopilatio. Resolutio est, quòd mandatum potest ratificari, gesta scilicet per procuratorem assertum posse ratificari per dominum, antequam à parte sit oppositum, siue in via exequutiua,siue ordinaria, & de consensu tacito ex pra sentia videMatien.in.l.3.titulo.3.à numero.5.libro.5. recopilation. & licèt ex ibi allegatis videatur sufficere tacitus consensus ad ratificationem mandati, tamen quod nostra decisio dicit,semper practicatur.

Quarto dicto adde quæ latè diximus ad decisionem.27. & ad decisionẽ 224.aliàs.225.

Quinto dicto adde in terminis Burgos de Paz consil.29.per totum,& Molin.libro. 3. de primogenijs capit.4.per totum. Velazquez de Auendaño in leg. 27.Tauri glo.2.numer.10.& adde quæ diximus ad decision.93.&.59 &. 158. &.164.&.337.aliàs 339.

Sexto dicto adde laté dicta ad decisionem septimam in proprijs terminis, & conclude, quòd nisi ex coniecturis & verbis testamenti constet fœminas exclusas, benè iudicatum est in præsenti decisione, & sic pluries in his regnis iudicatum est.

## Additio ad Decisionem 355
## CCCLVIII.

NOta singularem decisionem contra mentem Autoris,quòd dos promissa consanguineo pro matrimonio contrahendo ex dispensatione summi Pontificis,præfertur doti contractæ medio tempore ante aduentum dispensationis, nec dispensatio trahitur retro in præiudicium tertij, cui est ius quæsitũ. Adde tex. cum glo. in. l.si sponsalibus. ff.de iure dotium, & Campegrĩ in tractatu de dote,parte.1.quæstione.93. numero. 4. & Bald. Nouellum de dote, membro.14 in conuenientijs inter dotem putatiuam & veram, conuenientia 3.& 2. & conuenientia. 1. & de ratihabitione. Tiraquel. in tractatu de retractu,libro.1 §.1. glo. 10 à numero.69. cum sequentibus, & glo. 18 à numero 82.& adde optimè ad propositum Negussantium in tractatu de pignoribus, 5.parte,membro.2. versiculo *Sexto decimo*,à num.10.cum sequentibus. Marcum Antonium Peregrinum in tractatu de iure fisci,libro. 5. titulo.2. per totum.Adde etiam Parisium cons. 18. libro.1.Bursat.consil.44.à nume.9. libro 1.& consi.40.num 14.& consil.33.nu. 6.Osascum decisio.Pedemon.119. nu. 23 Resolutio huius decisionis est vera, quidquid Gamma dicat, quia contractus à principio ex parte dantis dotem fuit licitus,imò etiam ex parte recipientis,si recipit sub conditione dispensationis,vel aliàs bona fide, & per expressam obligationem præfertur doti posteriori non ex priuilegio dotis, sed ex ipso iure communi: argumento notatorum in. l. assiduis. C. de iure dotium latè Couar. lib.1.variarum.c.7.

## Additio ad Decisionem 356
## CCCLIX.

HAEc decisio tractat de pacto de nõ alienando, an impediat translationem dominij. Materia trita est: vide tex.& autores in l. si creditori. §. fin. ff. de distracticne pignor. & ad propositum decisionis vide Tiraquel. de retractu libro.1.in præfatione à num. 15.

Auend.in responsis,respõsio.12. Gutierrez lib.2.practicarũ,quæst.167.&168. & alia allegat Felicianus, de quo infra. Guid.cons.49.Decius cons.613. Riminal.in.l.traditionibus.C.de pactis. Natta & Molin.ad Alex.cons.10.lib.1. Anton.Gome.variarum tomo.1.c.2. num. 29.Caballinus in milleloquio.595.par. 2.Couar.lib 2 variarum c.15. à nume. 3.Afflictis decisione. 326. Tiraquel. de constituto.1.parte,nume. 37. Menoch. de recuper.remedio.1.quæst.22. Anto. Gomez.2.tomo variarum, cap.3. num. 9 Caballin. in milleloquio 633.parte 2.Boer.decis.200.Caualcan. decis. 16. parte.1.Azeued.in.l.fin.titul.10 nume. 14.lib.4.recopil Rebuff 1 tomo ad ll. Gallicas, tit. de litterarum obligationibus,articulo.2.glo.9.à num.28. & glo. 1.à nume.63. & glo 3.à nume.22.Doctorem Paz in sua praxi, tomo. 1. parte 4.cap.1.à num.49. Dueñas regula. 24. Auend.ad.l.4.*de las excepciones*, numer. 26. Intellige tamen ad præsentem decisionem, quòd si cum pacto apponatur hypotheca specialis, pactum impedit translationem dominij ex dicto. §. fin. & potest res retrahi pro tanto, nisi pactum in censibus apponatur: quod non practicatur, vt semper consului, & vidi iudicatum contra ea quæ Gutierrez vbi supra dicit; cui adde Fellicianum in tractatu de censibus lib.3.cap.6. & lib. 1.cap.10.

## Additio ad Decisionem CCCLIX. aliàs CCCLX.

NOta, quòd quando matrimonium separatur quo ad torum culpa viri, vxor lucratur medietatem bonorum lucratorum durante diuortio, secus si absque vllius culpa, cui adde cum Auendaño, Segura & alijs quos allegat, Ioann. Garciã in tract.de acquæstu, à nu. 163. & Gutierrez in tract. de iuramento cõfirmatorio.1.par.c.1.à nu.56. Coua.in 4.par.2.c.7.§.1.à nu.6.Auend. responso.20 limit.6.Castell.in.l.16.Tauri,nu. 52.Dida.Perez.in.l.4.titu.4. lib.5. ord. fol.164.col.1.Matien.in.l.2. glo.1. à n. 42.& ibi Azeued.à nu.14. qui nostram decisionem refert,tit.9.lib.5. recopi.

## Additio ad Decisionem CCCLXI.

NOta, quòd quæsitum ex hæreditate vel legato aut donatione constante matrimonio,non dicitur acquisititium, nec ad eius comunicationem societas coniugalis extenditur, nisi aliter deducatur in pactum,saltem per verba nimis generalia.Adde Anton.Gomez in.l.53 Tauri nu.72. & tex. & ibi Azeu. & Matien.in l.3.tit.9.lib.5.reco.maximè Matien.ibi glo. 1.quiGreg.& alios allegat, latè Ioan.Garciam de acquæstu, à nu. 120.

## Additio ad Decisionem CCCLXII.

NOta, quód in generali donatione non cõprehenditur ancilla quã donans vt filiam diligebat,& ab alio habebat recommendatam, quia in generali obligatione non continentur quæ quis in specie verisimiliter non esset concessurus.Adde latissimè Ripam, quem miror Autorem non allegare, in.l. obligagione generali,hîc citata,&adde Fabiũ Turretum cons.61.ànum.70.libro.1.& elegantem doctrinam Bonifacij Rugerij cons.41.numer.40.lib.1. qui allegat Ang.cons.248.col.2.Facit Soci. & omnes in.l.cũ quid.ff.si certũ petatur.Confirmatur decisio,quia verba quantunuis generalîa restringuntur in fauorem personæ dilectæ, ex leg. decurionibus, vbi glo.Barto.& Platea.C.de silentiarijs,li. 11.latè Rip.in.l.1.nume.58.ff.de vulg.

Alciatus

Alciatus in tract. de verborum signifi. lib. 1. pag. 33. latè etiam Aluarado in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib 4. c. 1. à num. 2. cum sequentibus, latè Tiraq. in l. si vnquã, in verbo *libertis*, à nu. 79. de reuo. donat. Couarru. in cap. requisisti, a nu. 6. de test. Manti. de coniecturis lib. 6. tit. 11. a nu. 25. elegantissimè ad propositum huius decisionis agit Simon de Pretis in tract. de interpret. vltimarum voluntatum, lib. 1. iterpret. 2. dub. 2. à num. 35. ex quibus patet, æquam & veram esse hanc decisionem.

## Additio ad Decisionem CCCLXIII.

NOta ex hac decisione, quòd pupillæ minori septennio, aut decẽnio, habitãti cum auunculo, non solùm nõ debetur salarium, sed alimenta debet ex bonis proprijs soluere, & quãdo post nouennium aliqua seruitia faciat, compensanda sunt cùm alimentis. Habes similem decisionẽ supra decisione. 216. vide Bursat. Laram, & alios ibi per me allegatos, & quod ibi diximus verũ est ad hanc decisionem.

## Additio ad Decisionem 36 CCCLXIIII.

NOta primó, nominationem ad emphiteosim non posse probari testibus nec confessione, sed necessariã esse scripturam.

Nota secundo, quòd non obstante temporis cursu, præsumitur finita emphiteosis ex successione trium personarum, & non præsumitur renouata in fauorem quartæ, non obstante libro censuali, & quadam eius inscriptione.

Nota tertio, quòd pater possidens emphiteosim nemine filij à matre nominati, non potest ei præiudicare, nec petere renouationem in eius fauorem, scilicet patris.

Nota quarto, quòd filius vltimi possessor is potest petere renouationẽ emphiteosis, excluſa nouerca, quæ iam ante à impetrauerat.

Primo dicto adde Mascard. de probat. lib. 2. cõcluſ. 602. & 604. & Aluarum Valascum in tract. de iure emphiteotico, quæst. 7. maximè ad punctum, nu. 28. & num. 11. Ego nõ reperio, quòd nominatio requirat scripturam, & si requirit, confessione aut quinque testibus potest probari, vt per dictos, hæc tamen confessio tertio non præiudicabit, nec inconuenit quòd sit facta in alio iudicio, vt per Valascum consul. 33. Mascar. in tract. par. 1. concluſ. 384. num. 19.

Secundo notabili adde latissimè Menoch. in tract. de præsumptionibus lib. 3. præsumpt. 108. 109 & 110. & pluries supra diximus, & Mascard. vbi supra, concluſ. 605. Credo, quòd si tẽpus fuisset longissimum, etiam renouatio præsumeretur: vide Caldas in tract. de renouatione emphiteosis, quæst. 2.

Tertio adde latè in puncto dictum Senatorem Caldas, quæst. 16. in d. tract. de renouatione.

Quarto adde eundem Caldas in d. tract. de renouatione, quæst. 9. per totam, & quæst. 13. à num. 9.

Ex quibus omnibus mihi videtur, quòd si quatuor illæ personæ possederunt per tempus longissimum, saltim sexaginta annorum, quòd non benè iudicauit Senatus, de quo vide dicta ad decisionem. 297. aliàs 299. vel 298. & 144. & decisione. 48. & decisione 43. & decisione 26. & decisio. 244. aliàs 245. vel 246. & decisione 7.

## Additio ad Decisionem 362 CCCLXIIII. vel CCCLXV.

ADde huic decisioni, quæ diximus ad decisionem 179. & ad decisionē 52. nihil enim amplius hìc addendum restat.

## Additio ad Decisionem CCCLXVI.

HVic decisioni adde aliam similem decisione 279. vbi plura diximus, & allegauimus leges huius regni, quæ agunt de concordia inter regnum Castellæ, & Lusitaniæ, ibi vide: & est in meo num. 280. adde etiam dicta ad decisionem 179. in medio.

## Additio ad Decisionem CCCLXVII.

NOta, quòd fructus percepti ex melioramentis, nō restituit possessor vllus, etiam malæ fidei, nec compensantur etiam cum impensis, contra opinionem quorundam Auditorum modernorum. Hæc decisio elegans est, & ei adde Aluarū Valascum, qui in puncto de materia agit in tract. iuris emphiteotici, q. 25. à nu. 26. & Menoch. in tract. de recuperanda possessione, remed. 15. quæst. 50. nu. 609. Ioseph. Ludouicum in Rota Lucana decisione. 7. nu. 12. Redoan. in tract. de rebus Ecclesiæ. §. de emptore, nu. 4. & §. si verò, num. 9. Caualcan. decisione. 28. num. 8. part. 1. decisionem Perusinam. 34. Caualcan. decisione. 44. & in iudice, verbo, *melioramenta, & expensas* num. 1. & num. 3. & decisione. 45. nu. 67. latissimè & melius quā alibi Ioan. Garciam in tract. de expensis, cap. 23. à num 54. cum sequentibus. Certè licet in pūcto iuris dubia & controuersa videatur hæc opinio, tamen in praxi frequentius seruatur, & semper consulo seruandam iudicando, & consulendo, quia æqua est.

## Additio ad Decisionem CCCLXVIII.

DE hac decisione vide quæ diximus ad decisionē 106. vbi materiam tractauimus, & plures in puncto allegauimus: & adde etiam dicta ad decisionē 226. aliàs. 227. & decisione. 58 & interim vide notanter Anton. Tessaurū in sua decisione Pedemōtana noua. 111 & Seraphi. in tract. de priuilegijs iuramenti, priuilegio. 71. nu. 10. Gutierrez in tract. de iuramento confirmatorio. 1. part. cap. 6. Burſat. consi. 205. num. 23 lib. 2. Rolan. consi. 98. nu. 15. lib. 1. Afflictis, & ibi Vrsillum in additione decis. 202. & an milites nostri temporis gaudeant priuilegijs militaribus, vide eundem Præsidem Tessaurū vbi supra, nu. 5. & Gutierrez vbi supra, num. 9. Auen. in dictionario suo, verbo, *Caualiero*, Didacum Perez in. l. 1. col. 1218. tit. 1. lib. 4. ordinamen.

## Additio ad Decisionem CCCLXIX.

HÆc decisio tractat illam solennē quæstionem, de qua diximus latè ad decisionem. 186. quæ cum ista concordat: & ad id quod dicit, quòd vxor tenetur ex bonis dotalibus soluere æs alienum, in nostro regno iam nullum dubium est ex. l. Tauri hîc citata, quæ est recopilata in titu. 9. lib. 5. recopil de qua vide Azeuedo, & Mantiençio ibi: imó attende, quòd fere semper, quando maritus accepit pecuniam mutuo ad alendam vxorem & familiam, si ipsa non sit obligata, etiamsi maritus nō sit soluendo, non compellitur vxor ad soluendum ex bonis proprijs dotalibus: & licit Gamm. hìc, & in dicta decisione 186. id tenuerit cum Palatios Rubios, rarò tamen practicatur, ideò notanda est præsens decisio.

## Additio ad Decisionem CCCLXIX. alias CCCLXX.

Hæc

HAEc decisio singularis est, scilicet, quòd substitutio facta mentecaptæ de duabus sororibus, iuxta dispositionẽ tex. in l. humanitatis. C. de impuberum & alijs, comprehendit filiam sororis, cũ auuncula matre decedente in vita mẽ tecaptæ: & pluralitas resoluitur in singularites, scilicet si sororibus substituti sũt filij earum, cui libet earum per se intelligitur facta substitutio ex. leg. Lucius. §. Caio, ad Trebell. & ex. l. hæredes mei. § cùm ita, eod. titul. de qua materia vide latissimè ambos Socinos, Zanchum, Torniel. & alios in d. §. cùm ita. Alex. Iaſ. Curt. Iun. in. l. fin. C. de impuberum & alijs. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumptio. 62. & magis aptè ad propositum Alex. Trintacinqum in tractat. de substitutio. part. 2 cap. 6. à num. 9. & de substitution. exemplari eundem part. 3. cap. 5. à num. 5. Sfortiam in tractat. de compendiosa, part. 4. quæstione 8. Doctorem Spinum in tract. de testamentis, glo. 14. à nume. 18. Crassum in tract. sententiarum. §. substitutio, quæst. 48. aut. 47. & quæst. 79. per totam, maximè in terminis nostræ decisionis, à numer. 15. in terminis dictæ. l. humanitatis. nullus eorum quos ego viderim, ponit dictam conclusionem, nec eius quæstionem, salua tamen pace tanti Senatus, suspectam eam puto, quia nepotes ex fratribus existentibus fratribus, non possunt substitui furioso, aut mentecaptæ in terminis dictæ legis, vt ibi fatentur omnes. Minus ergo de eis intelligetur dicta substitutio, præsertim quia caducato primo gradu, pereunt ab eo profluentes. Cogita.

## Additio ad Decisionem CCCLXXI.

ADde huic decisioni quæ diximus ad decisionẽ. 63. hic citatã. quæ est huic similis. Vide ibi, quia nihil aliud addendũ restat, & verum existimo quod ait, & addit hæc decisio, scilicet, quòd si adulterium non sit clarum, aut lata sententia, non pateat marito licentia, vltra simplex exilium, aliam grauem pœnam corporalem infligere.

## Additio ad Decisionem 369 CCCLXXII.

NOta ex hac decisione, quòd pactũ denegans audientiam & omnia pacta, nisi requirant industriam personæ, & sint nimis personalia, vt scilicet, pactum, quòd talis sit depositarius, transeunt ad hæredem, & contra hæredem. & etiam pactum de capiendo, & exequendo, quæ videntur personalia; & quòd pactum nõ extenditur de vna persona ad aliam: de quo vide late Tiraq. in tract. de retract. libr. 2. §. 1. glo. 6. per totam, & lib. 1. §. 1. glo. 9. à num. 129. & Menoch. in tract. de adipiscenda remedio 5. nu. 97. & nu. 106. & Anto. Gabr. lib. 5. conclusionum, concluſ. 8 á nume. 31. & Gotiffredum in sua praxi, tom. 2. folio. 1590. latissimè Petrum Pechi. in tract. de iure sistendi, cap. 1. num. 10. 11. 12 & 13. & dictũ Dionysium Gotiffredum vbi supra, fol. 598. &. fol. 603. Rebuffum in 1. tomo ad ll. Galliæ, titul. de lit. obligatorijs artic. 6. glo. 3. à nũ. 14. Xuarez in repet. l. post rem iudicatam, extensione. 1. num. 10. Azeuedo in. l. 1. à num. 109. & in. l. fin. à num. 20. titul. 21. lib. 4. recopil. Parladorium lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. part. 3. §. 3.

Nota secundo, quòd exclusio exceptionum per statutum, intelligitur de friuolis: quod est vtile ad d. l. 1. recopil. de quo vide Azeued. ibi à numer. 176. & à nu. 159. & à nu. 180. & Gutier. lib. 2 practicarum, quæst. 19. & vide ad propositum latissimè Albertũ Brunum in tract. de statutis & consuetudinibus, verbo, *excipere*, per totum.

Additio

## Additio ad Decisionem CCCLXXIII.

NOta tria ex hac decisione.

Primum, quòd sufficit fides notarij, licet de tenore scripturæ, cuius fit mentio in aliquo contractu, non appareat, in præiudicium contrahentium.

Secundum, quòd arrhæ debẽtur iuxta quantitatem dotis solutæ.

Tertium, quòd pars dotis à marito remissa pro soluta habetur.

Primo dicto adde Ang. in. l. si donatio. C. de donatio. Bursa, consi. 24. à nu. 10. lib. 1. Curt. Iun. conf. 166. n. 3. & 14 Ceph. consi. 177. num. 40 lib. 2. Socin. Iun. conf. 57. lib. 1. Craue. in tract. de antiquitate temporis, part. 2. versi. *ex præmissis*, Aymon consi. 88. ad finem lib. 1. & cum Vitali, & alijs Mascar. in tractat. de probatio. part. 2. conclusio. 1101. n. 6. & 10. & 711. à num. 31. & 52. Crau. cons. 196 nu. 6. Nattam conf. 483. nu. 8. & 9. & adde elegantissimum consiliũ ad propositũ Prosperi Pasethi, qui plura refert. 72. à num. 60. cum sequẽtibus, & conclude, quòd consensus expressus vel tacitus partium operatur id quod dictum est, aliàs falsum esset.

Secundo dicto adde Xuarez in. l. 1. col. 1. tit. 2. *de las arrhas*, lib. 3. fori. Matien. in rubrica titu. 2. glo. 2. nu. 4. lib. 5. recop. Couarru. in. 4. 2. part cap. 3. §. 7. nume. 7. Aluarum Valascum consult. 2. à num. 7. & ad punctum vide Aluarum Valascum consult. 3. per totam, qui approbat nostram decisionem, & dicit sic practicari, & num. 5. allegat Xuarez & alios, & adde etiam ad punctum notanter Baezam in tract. de non melioran-dis, cap. 32. à num. 18. allegat Afflictis decis. 242. & decis. 333. Ad id quod Autor in hac decisione in fine dicit, quòd arrhæ deducuntur de aceruo, addedicta ad decisionem. 308. aliás 310.

Tertio dicto adde eundem Matth. Afflictis, Valascum in fine, & Baezam, & eundem Baezam in d. tract. cap. 24. & DD. in. l. singularia. ff. si cert. petatur. Et facit, quia maritus est dominus obligationum datarum in dotem, & cedunt eius periculo, vt cum pluribus iuribus probat Ioan. Garcia de expensis, ca. 13. Ex quibus patet, bene iudicatum in hac decisione.

## Additio ad Decisionem CCCLXXIIII.

NOta, quòd promittens vendere, potest alij vendere, & potest pœnitere ante confectam scripturam, si requirebatur. Adde ad propositum dicta ad decisionem. 43. & adde latissimè Tiraqu. in tract. de retractu, lib. 2. ad finem tituli, à num. 56. cum præcedentibus & sequentibus. Matienz. in. l. 6. tit. 6. glo. 7 à nu. 4. & in. l 2. glo. 7. tit. 16. lib. 1. recop. Auend. respons. 12. Gutierrez lib. 2. practicarum, quæst. 167. Hipp. Rimin. cõsi. 52. lib. 1. & vide quæ dixi ad decisionẽ 206. aut 207. nu. 7. Conclude, quòd promittens vendere, compellitur vendere, & si non faciat, tenetur ad interesse: si tamen alij vendat, valet venditio. De alijs verò dictis in hac decisione, diximus in locis citatis, quid iure regio tenendũ sit.

## Additio ad Decisionem CCCLXXV.

NOta, quòd si probatio casus requirat scripturam, & ex dispensatione Principis sufficiat probare per testes, sufficiunt duo, & non sunt necessarij quinq;. Adde Aluarum Valascum de iure emphiteotico. quæst. 7. & quia aliàs gratia Principis nihil operarerur; arg. l. si quando. C. de in officio. testamento, & quia res de facili redit ad suam naturam, vt in. l. si vnus. §. pactus ne peteret,

& ibi

& ibi Oroscius. ff. de pactis. & adde Sfortiam consi. 100. a num. 85. lib. 1.

## Additio ad Decisionem CCCLXXVI.

NOta, quód pater filij administrator potest renuntiare commisso in emphiteosi filij, maximè si res dubia sit. Adde in argumentum quæ notat Baiza in tract. de nõ meliorandis, cap. 24. per totũ. Adde etiam Pin. in l. 13. part. a nu. 102. versic. *alia ampliatio*. C. de bonis matern is, & a num. 44. & in puncto eleganter Socin. consi. 66. num. 20. lib. 3. Corn. consi. 187. num. 1 lib. 1. Aurel. Corbulum in tract. de causis ex quibus amittitur emphiteosis, tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, limit. 125. a num. 17. qui secundum hanc opinionem concludunt. Limita, nisi esset in filij damnum habere talem emphiteotam.

## Additio ad Decisionem CCCLXXVII.

ADde huic decisioni Autores omnes. maximè Purpuratum in. l. cum quid, hîc allegata, & Albanum ad Bart. in. l Paulus, de solutionibus, & adde latissimè & melius quam alibi per Albertum Brunum in tract. de augmẽto & diminutione monetarum, part. 1. per totam: & dominum episcopum Couarr. in tract veterum collatio numismatũ, cap 7. §. vnico & sequenti, per totum, & adde Caballinum in tract. de contractibus, quæst. 10. & quæst. 93. & Matienzo in. l. 2. glo. 8. tit. 13. lib. 5. recop. & Azeu. in. l. 6. titu. 21. lib. 5. recopil Doctorem Gutierrez lib. 2. practicarũ, quæst. 179.

## Additio ad Decisionem CCCLXXVIII.

HÆc decisio singularis est, & quotidie in praxi contingens, quæ dispo-

nit, q̃ filia cõsentiente patre, & volens religionem profiteri, potest absque iuramento renuntiare successionem futuram, & præiudicabit monasterio, etiã si ea professa obueniat hæreditas, & iam aliquibus vicibus habui in praxi, & obtinui: cui vltra Couarru. & Gutierrum hic citatos, adde Burgos de Paz consi. 5. per totum, & decisionem capit. 16. sessione. 25. in sacrõ Concilio Tridẽtino de reformatione, & adde nouissimè Bursatum consi. 521. a num. 6 cum sequetibus lib 4. & adde latissimum & elegantissimum consiliũ Putei post consilia Sfortiæ, per totum, & melius ad punctum adde Paul. & Imol. in. l. qui superstitis. de acqu. hæred. Paul. & Alexand. in. l. pactum quod dotali. C. de collatio. Corne. consi. 272. lib. 3. & Doctorem Spino in tract. de testamentis, glo. 12. a nu. 51. & Tellum Fernandez in. l. 6. Taurì. a nu. 61. Couarru. in cap. 1. num. 20. de testamentis, & in cap. quãuis pactum. 3. part. §. 2 in principio, de pactis in. 6. Gutierrez in d. c. quamuis pactum in principio a num. 61. & versicu. *dum nuptui tradebatur*, in principio. Tandem duæ sunt communes contrariæ, sed vera est nostra decisio, & secundum eam quotidiè iudicatur.

## Additio ad Decisionem CCCLXXIX. 376

NOta, quòd pater tenetur dotare etiam filiam nuptam sine dote, & diuitem, quæ alias habet vnde se dotet: mater verò solum modo filiam inopem, quæ non habet vndè se dotet. Adde Rip. nume. 70. Paris. num. 160. Bolognet. num. 94. in. l. 1. ff. solut. matrimo. Menesf. in authentica res quæ a num. 72, C. communia de legatis, decisionẽ Perusinam. 21. num. 20. Spino de testamentis glo. 10. a num. 12. cum sequentibus, & l. 8. tit. 11. part. 4. Couarr. in. 4. 2.

parte

parte,cap.3.§.8.à nu.8.Baezam de non meliorãdis dotis ratione filiabus, capit. 5.à num.3.Palat.Rubios in cap.per veſtras 3.notabili.§.22. num. 4. Mexiam ad l. Toleti. 1. part.fundamento. 2.à nu. 34. Guiller. Benedict. in capit. Raynutius,verbo,*dotem quam ei dederat*, num. 24.de teſtamentis.Greg.in.l.6.titu. 19. part.4.Ioan.Garciam de expenſis, cap. 4.á nu.22.&in puncto de matre adde.l. 2.titu.11.part.4.& Greg.in.l.3.tit. 19. part.3.Mol.lib.2. de primogenijs, cap. 15 nu.2.Ioan.Garciã. de expenſis cap. 3 à nu.29. & facit dicta l.3. latè & eleganter Spino vbi ſupra, à num. 36.Matienz.in.l.7.glo.7.à nu.7.tit.9.lib.5. recop.Proſperus Paſethus conſ. 52. num. 23.lib. 1. & quia hæc cõcluſio vera eſt, nihil ampliùs illi adendum eſt.

## Additio ad Deciſionem CCCLXXIX aliás CCCLXXX.

NOta duo ex hac deciſione.

Primum,quòd Abbas & conuentus non poſſunt monacho concedere emphiteoſim cum facultate nominandi perſonas, quia proprium habere non poteſt. nec perſona ab eo nominata ius aliquod conſequitur. Secundum, quód filia ſpuria monachi nominari non poteſt,nec per tẽpus vt nominata præſcribere emphiteoſim.

Ad ſecundũ adde latiſsimè Senatorem Caldas, qui hanc noſtrã deciſionẽ allegat in tract. de nominatione quæſt. 19.à nume.75.& à nume.78.& 79.qui allegat Balb.de præſcrip.4.part.4. partis.q. 18.Pine.in rub. de bonis maternis fol. 26. Crauet. de antiquitate temporis.fol.13.num.10.Menoch. illuſtrium controuerſirum.q.81.nu. 28. Tiraq. de primog.q.30.à n. 9. & adde noſtrũ Autorem,& quæ ibi diximus deciſ. 149.

Ad primum adde eundem Caldas in d.tract.quæſt.6.& de renouation. q.19. à nu.6.&. 7. & Spinum de teſtamentis, glo.12.à nu.20. Bertachi.in repertorio, verbo,*monachus acquirit*,& verbo, *monachus ſuccedit*. Conclude, quòd nec monachus poteſt cõſtitui verus emphiteota ab Abbate,nec ipſe nominare ex proprio contractu, nec nominare ſuũ filiũ ſpurium: abſurdũ enim nimis mihi videtur,exiſtimare, quòd monachus etiã ex licentia Abbatis poſsit acquirere ius irreuocabile ex contract. ſibi aut alij:hoc enim eſt proprium habere, & ſic exiſtimo,iuſtè &ſanctè iudicatum eſſe in hac deciſione. Cogita.

## Additio ad Deciſionem CCCLXXXI.

NOta ex hac deciſione, quòd legatũ factum alicui nomine proprio, ſi ſit alius eiuſdem nominis, debetur ei qui magis propinquus, dilectus & amicus teſtatori erat, & pro quo cõiecturæ voluntatis defuncti exiſtunt, de quo vide Peraltam in,§.inter duos, hic allegato,& Mathæum de Afflictis in cap.1.§. & ſi clientulus,de alienat. feudi. Anch. conſ.38.not.1.& conſ.27. Roma. conſ. 408.nu.4.Curt.Iun.conſ.22.nu.8. Menes.cum Bal.ibi in l.voluntatis.C. de fideicommiſsis.Roma.conſ.438.num.6. in fine,& cum Decio & alijs vide Manticam bene ad propoſitum huius deciſionis loquentem in tract. de coniecturis vltimarum voluntatum, lib.8 titulo 4.à nume.3. cum ſequentibus Craſſum in ſuo libro ſententiarum. §. legatum, quæſt.74.Menoch. de præſumptionib. lib.4.præſumptione. 107. & conſ.434. lib. 5.

## Additio ad Deciſionem CCCLXXXII.

Nota

NOta, quòd fide iussor indemnitatis, etiamsi constituat se principalem, & renuntiet omnibus legibus pro eo facientibus, non potest conueniri, non excusso principali. Adde Xuarez ad titulum *de los emplaçamientos* §. quæritur vlterius, num. 11. & .7. Auiles in cap. 10. iudicum syndicatus, glo. 1. nu. 4. Anto. Gomez lib. 2. variarum, cap. 13. nu. 3. Afflictis, & Vrsill. decisio. Neapolitana. 318. Ducñas reg. 335. Gutier. de iuramento confirmatorio. 1. part. cap. 23. a num. 26. Azeu. in l. 13. titu. 5. lib. 3. recop.? Resolue, quód iure communi & Regio hæc opinio vera est, maximè si adsint verba, de quibus in l. decem, de verborum obligatio. In fidéiussoribus tamen iudicum & tutelarum. licet solùm videantur promittere indemnitatem: ex renuntiationibus tamen amplius contarium in praxi seruatur, de quo vide Gutierrez vbi supra & sic iam vidi iudicatum: vide etiã quæ dixi. lib. 1. quæstionum, quæst. 11.

## Additio ad Decisionem CCCLXXXIII.

NOta, quòd legata pia relicta in minus solenni testamento, valent, si duobus testibus probentur. Adde Ioan. de Anania consi. 28. col. 4. Anton. Rub. consi. 71. Couar. in cap. relatum. 1. nu. 3. de testamentis, & latè disputantem Burgos de Paz in l. 3. Tauri. 1. part. conclusio. 4. a num. 781 cum sequentibus. Mencha, de successionum creatione. §. 22. nume. 12. Crass. in tract. sententiarum. §. testamentum, quæ. 18. num. 8. & adde late Manticam in tract. de coniecturis, tit. 3. lib. 6. Simonem de Pretis in tract. de interpert. vltim. volunt. 1663. interpret. 3. fol 6. a nu. 7. & 8. opiniones sunt cõtrariæ & cõmunis, & magis communis contra legata pia, sed nostra decisio tenenda est iudicando & cõsulendo, nisi testamentum sit imperfectum imperfectione volũtatis, de quo vide Crassum vbi supra, q. 19. & quæ latè diximus lib. 1 quæstionum, quæst. 1. & in pluribus decisionibus huius libri.

## Additio ad Decisionem CCCLXXXIIII. 380

NOta primo ex hac decisione, quòd contractus potest in testamento fieri, & si fiat in fauorem absentis, & maxime si sit donatio, sortitur naturam vltimæ voluntatis, etiam si habeat clausulam constituti: secus si fiat parte præsente & acceptante, per notabile consilium Romani hic citatum, de quo vide dicta per me lib. 3. quæstionũ, quæst. 22. vbi latè & notabiliter declaraui dictum consilium, & quæ dixi ad decisionẽ. 8. decisione. 339. aut. 341. Iaf. consi. 6. lib. 4. & Matien. in l. 7. glo. 1. num 20. titu. 10. lib. 5. recopil. & in l. 1. glo. 4. a num. 24. tit. 6. lib. 5. recop. Tiraquel. de constituto. 1. parte num 23 & 2. part. 24. ampliatio. Baezam in tract. de non meliorandis, cap. 20. num. 16. & omnino vide Matienzo vbi supra, quĩ plura allegat & ponit: quẽ de donatione facta vide latissime, & cum pluribus disputantem in l. 7. glo. 2. a num. 9. tit. 10. lib. 5. recop. Couarru. lib. 1. variarum, cap. 14. & in rubrica de testamentis. 3. part. a nu. 12. Iulium Clarum lib. 4. sentẽtiarum, quæst. 12. 13. & .76. & eũdem de contractu facto in testamento, in §. testamentum, quæst. 75. de quo omnino vide Paris. consi. 2. nume. 19. lib. 3. & consi. 46. nu. 36. lib. 4. & Boer. decis. 353 nu. 4. & omnino vide Ceph. consi. 713. nu. 31. & .717. num. 38. & .738. nu. 12 & per totum consilium, lib. 5. Menoch. consi. 489. num. 17. & .443. num. 4. & vide Tiraqu. in ttact. de priuilegijs piæ causæ, priuilegio. 115. Vide etiam Tiraqu. in tract. de constituto. 1. parte

in

in principio num.23. Ex quibus allegationibus constat, quòd Autor benè loquutus est in decisione secundi dubij: in decisione verò primi malè, propter fauorem piæ causæ, in cuius fauorem valet donatio absenti facta, nemine pro eo acceptante, absq; eo quòd possit reuocare, & ex verbis testamenti constabat, quòd testator voluit donare, & donare irreuocabiliter: & certius hoc est iure nostro regio, vt diximus in dicta decisione. 8. & notant Matiençó, & alij supra citati.

Nota secundò, quòd donationes de pluribus rebus factæ pluribus eodem tẽpore & contextu, requirunt insinuationem: de quo vide Iulium Clarũ in d. §. donatio. quæst. 17. Couarr. libro. 3. variarum resolution. cap. 16. nu. 4. & Ioan. Mariam Aquilinum in. l. 1. §. sed si mihi, à num. 8. ff. de verborum obligation. Emanuel. Xuarez cum pluribus lib. 8. communium, tit. 23. à nu. 138. Ego verò, si personæ non sint accessoriæ vna alteri, & quód in effectu videatur vna donatio in fauorem omniũ, sed sint differentes, & res differentes, & causæ donandi differentes, & fraus absit, suspectũ hoc dictum puto. Cogita.

## Additio ad Decisionem CCCLXXXV.

ADde quæ diximus ad decisionem 173. num. 6. & adde Tiraq. ad. l. boues. §. hoc sermone, limit. 1. num. 1. cũ sequentibus Molinam de primogenijs lib. 2. cap. 4 à num. 38. Aluarum Valascum cons. 102. per totam. Adde Hieronymum Gabriel. consi. 83. à numer. 30. lib. 1. qui quasi in terminis loquitur, & Ioan. Marcum Aquilinum in. l. Centurio num. 5. ff. de vulg. & pupillari.

## Additio ad Decisionem CCCLXXXVI.

NOta tria ex hac decisione. Primum, quòd sententia lata inter duos principales, & ad quos principalis defensio causæ pertinet, nocet alijs in consequentiam ius prætendentibus non citatis.

Secundùm, quòd libertorum fratrũ vnus succedit alij, licèt mater mortua fuisset in seruitute.

Tertium, quòd dispensatus quo ad quædam, non consequitur ius patronatus, nisi sit plenè legitimatus.

Primo adde latè Molin. lib. 3. de primog. cap. 8. à num. 3. Couar. in practicis cap. 13. num. 6. Pinel. in. l. 1. 3. part. num. 48. C. de bonis maternis. Menesf. in. l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. n. 14. de leg. 2. Menoch. lib. 1. de succes. creatio. §. 6. num. 28.

Secundo adde Portium in. §. vltimo, instituta de successione libertorum, & Petrum Gregorium in syntagmate iuris vniuersi, part. 2. lib. 45. cap. 19. à nu. 9. allegat. §. 1. instituta de successione libertorum, & l. 3. de suis & legit. hæred. & §. 2. & §. postea, eodem titul. & §. & sed nostra constitutio. Adde Bolognin. ad Mattheſilanum hîc citatum, qui contra eum tenet.

Tertio adde dicta decis. 278. aliàs 279. & decis. 134. & decis. 11. & in decisionc. 2. & 3. & adde Tellum Fernandez in. l. 12. Tauri num. 22.

## Additio ad Decisionem CCCLXXXVII.

ADde huic decisioni Autores quos citaui ad decisionẽ. 335. aliàs. 337.

## Additio ad Decisionem 385 CCCLXXXVIII.

NOta singularem conclusionem, quòd in successione maioratus, vbi vocatur filius maior, & semper con-

san-

sanguineus proximior, non admittitur repræsẽtatio,& ideò nepos maior ex filia minori, præfertur nepoti minori ex alia filia maiori : adde dicta ad decisionem.345. aliàs. 347. & ad decisionem 215.& ad decisionẽ.307.aliàs. 308. & ad decisionem:69.& ad decisionẽ. 74. & ad decisionẽ.7.& ad decisionẽ. 174. & ad decisionem. 59. & ad decisionem 158.& in puncto addeCostam in tract. de successione regni,pag. 174. & 175. & cum referẽtem senatorem Caldas in tractatu de nominatione emphiteutica, quæst.17.à nu. 51. & adde in simili Velazquez in.l.40.Tauri.glo.9. nu. 75. & Alex.Raudensem in consi. pro Rege nostro super successione regniPortugalliæ 142.à num.30.lib.2.consiliorumZileti de vltimis voluntatibus,& Greg. in.l.2. tit.15.part.2.verbo,*el mas propinque*,& ibi Humada.Anto.Gomet. in.l.8. Tauri,nu.19.Mieres de maioratibus.1.par. quæst.5.nu.31.Velaz.in d.l.40.glo.14. nu.25.&.27.Gutierrez lib.3. practicarum,quæst.66.à num.12. cum sequẽtibus, Autor semper tenuit hanc sententiam, sed in descendentibus á primis vocatis absque dubio datur repræsẽtatio, vt sæpe diximus, & sic non vera est, nec in his regnis practicatur,ex.l.40. Tauri, nec etiam in descendentibus à primo, qui vt proximior successit in defectum vocatorum.Habet tamen locum in primo succedente, vt proximiore in defectum linearum vocatarum, vt in dicta decisione. 308. aut. 307. vel. 345. aut 347. diximus, licèt plures contrarium velint.

## Additio ad Decisionem CCCLXXXIX.

DE hac decisione diximus ad decisi. 350.aliàs.348.& ad decision.146. & ad decisionem.339.vel.341.&plura dixit Clarus lib.4.sententiarum. §. donatio quæst.19.& Couarr.lib.3.resolutio.cap.12.& Molin.latissimè lib.2. de primogenijs cap.10.à num.10. Dueñas reg.219.& infinita refert Matienz. in.l. 8.glo. 1.tit.10.lib.5.recop.

Vnde cùm de materia sit plene actũ ab his autoribus,ab eis citatis, & nos resolutiones veras demonstrauimus, frustraneum erat ab officio additionatoris egredi,& de cõcertationibus inter Corrasium & Autorem iudicium exactum interponere: sufficit, quòd autoris opinio vera & communis est, & sequenda iudicando & consulendo, & contraria aperte falsa.

## Additio ad Decisionem CCCLXXXIX. aliàs. CCCXC.

ADde quæ diximus ad decisionẽ. 156 vbi cum pluribus latè de materia egimus. Adde etiam Molin. de primogenijs lib.1.cap.11.à num.28.Clarum in lib.sententiarum,quæst.6.§.emphyteusis,& adde Parisium consi. 34. lib. 4 & adde Ioan. Garciam in tract. de expẽsis cap. 9.à nume.94. cum sequentibus, & Nauar.cons.57.tit.de præbendis lib. 3. & in tit.de rebus ecclesiæ,con.11.Tandem nostram resolutionem diximus in dicta decision.156.& nunc addimus,bene iudicatum esse in præsenti decisione si hospitale erat profanum,quia ex vnione beneficium fuit laicale effectum quoad commoditatem, siue mauis patrimoniale,præsertim quia extrauagans malè practicatur,de qua vide ibi Canophilũ. Et adde de vnione Mandos.ad reg.Cancellariæ,reg.11.quæst.1.&.2.adde etiã Clarum lib.4.sententiarum. §.feudum, quæst.32.num. 3. Adde etiam Becium cons. 92.per totum, lib.1. & Berretam cons.111.& cons.92.lib.1.Adde etiam Burs at.cons.50.à num.12. lib.1. & cõs. 127.à n.121.lib.2.& consi.104. à n. 6. lib.

lib. 1. & Ioan. Marcum Aquilinum in. l. 1. §. sed si mihi, à num. 35. ff. de verborũ obligat. & de vnione bonorum adde Re buff. in praxi lib. 1. tit. de vnionibus, per totum, & de materia decimarum laicarum adde Hippol. Riminaldum Iuniorẽ consil. 41. lib. 1. & de hospitali & bonis eius, an sint bona laica, adde latè vltrà Paris. Menoch. de recup. rem. 15. à nu. 20. cum sequentibus. Tandem concludo, iustam esse decisionem præsentẽ in omnibus, quidquid Gamma dicat, maximè si bona erant solita locari vltra triẽnium. Et cum his finem impono additionibus ad 389. decisiones supremi Lusitani Senatus, ad laudem & gloriã diuini nominis, & natiuitatis Iesu Christi, in cuius solenni die ac nocte eas finiui: & quicquid in eis dixi, subijcio correctioni sanctæ matris Ecclesiæ, & melius sentientium.

LAVS DEO.

## Finis secundæ partis Additionum.

B
102
1
f